HISTORIA PHILOSOPHICA,

CONTINENS

Veterum Phil. qui quidem Præcipui fuerunt, ſtudia ac dogmata, modernorum quæſtionibus in primis exagitata,

Tradita ab

ABRAHAMO GRAVIO,
in Friſiis Profeſſore P.



FRANEKERÆ FRISIORUM.
Excudit JOHANNES WELLENS, Illuſt. Friſiæ Ord. & eorund. Acad. Typographus Ordinarius. A. CIϽ. IϽC. LXXIV.

Sereniſſimo Principi,

HENRICO CASIMIRO,

Principi Naſſaviæ: Comiti Cattimelibocorum, Viandæ, Dietziæ, Spigelbergæ: Domino Bielſtenii: Libero Baroni Liesveldiæ: Gubernatori Friſiæ, Groningæ, Omlandiæ, Drentiæ, & Præfecto Militiæ ſummo &c. &c.

U T E T

Illuſtribus ac Præpotentibus,

Ordinum Friſiæ,

DEPUTATIS NOVEM-VIRIS:

D. SABINO à WISSEMA,
Prætori in Idaerderadeel.

D. ARNOLDO JOANNI à LOO,
Domino in Hodepijl.

D. DUCONI ab HEMMEMA,
Ex-Centuriori Princip. Naſſ. Prætoriano.

D. VALERIO à GLINSTRA, J.U.D.
Domino in Cornjum.

D. DOMINICO à SIXMA,
Domino in Heeſens.

D. JOANNI HEINSIO, J&o &c.

D. CYPRIANO à BRUINSMA, J.U.D.
Conſuli in Sloten.

D. JOANNI L. SUIDERBAEN,
Conſuli Doccumano.

D. FEIONI JOANNI WINTER,
M. D. & Conſuli Leovardienſi.

D. GYSBERTO à VIERSEN, U. J. D.
Illis D. à Secretis:

NEC NON

Nobilissimis & Magnificis Dominis,

Academiæ Franequeranæ

CURATORIBUS.

D. HERONI ab OCKINGA, Curiæ Provinc. Ex-Senatori, nunc Quæstori Gen. &c.

D. SUFFRIDO ÆBINGA ab HUMALDA, variis antè Reip. muneribus functo, & nuper ad Comitia Pr. delegato.

. . . .

D. ALLARDO PETRO à JONGESTALL, Curiæ Pr. Senatori primo; Ex-Legato Anglicano: nunc ad res pacis Galliarum Regi &c. dandæ, faciendæque cum eo, tranctandas delegato &c.

S. P. D.

Serenissime Princeps,
Illustrissimi, Præpotentes,
Et Nobilissimi, Magnificique, Domini,

INusitato nunc sermone, dum pacis studia consector in hac publica rerum tempestate, vos affari videor; qui importunus gravissimis occupatos curis ita interstrepam, ut nullum aliud calamitati, cuncto importatæ Belgio, levamen adferam, quàm boni ominis: quod mecum concipiunt, postquam lamentatio ac gemitus populi conticuit, omnes, quot salutem muniri & Remp. salvam esse volunt. Præ cæteris, ubi vident, eruditioni pretium & honorem, unde patriæ columen, fortissimum rebus trepidis præsidium, statui. Ubi antiquam Vestram, Optimi Proceres, *usurpo memoriam, mecumque reputo, quanta olim in Musas at-*

tentione

tentione vos usi estis, quos operosa belli moles & infesta illis tempora à Magnificis erga eas cogitationibus non deterruerunt; recordor, & multa & magna fuisse, quæ per vos rem literarum nostrarum adornarunt. Quin imo quoad longissimè & ego respicere spatium præteriti temporis possum, & pueritiæ meæ ætatem capere ultimam, inde usque repetens; hanc video, solam principem & ad suscipiendam ingrediendamque rationem omnium studiorum, viam extitisse. Et fateor, illius antiquæ liberalitatis hodieque apud nos superesse vestigia: quæ studiosè & vos, Illustrissime Princeps, Præp. ac Nobiliss. Domini, *premitis: Et nos, qui aliàs, multum nobis decessisse, lugemus, non uno colligimus exemplo. Unde spes est, ut per vos etiam, accitis in Rempl. nostram viris laudatissimis, qui eandem nobiscum famam adprobent, ea efflorescant studia artesque, quæ publicis serviant necessitatibus & summum decus suis cultoribus circumdent: queis plenæ sint sapientum voces, eruditorumque & nomina & lumina, sic explendescant; ut habeat, unde domi forisque celebretur, hæc Frisia, magnorum olim ingeniorum felix Patria. Rectè itaque auguror, si exploratè judicem de effectu consiliorum vestrorum; brevi fore, ut, quemadmodum Reip. Civili afflictæ & jacenti (ceu quondam,* Ser. Princeps, *per* Majores *tuos acerrimos libertatis publicæ vindices heroas felicissimè factum est) dextram porrexistis, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuistis: ita quoque Rei Academicæ per vos is status obtingat, quo obducta vulneris cicatrice, omnis redeat sanitas vigorque: robur artium crescat, & famæ, quam adhuc tenet adseritque satis, splendor frequentiore conventu se explicet. Interea* Celsiss. Princeps, Præp. & Nob. Domini. *dum adhuc præsens malum gemat plebes & solicitudo hominum vix se capiat, non cessamus, ut à voto, quo fructuosissima sit professio bonæ voluntatis; ita ab ipso opere, quod, ut melioribus temporibus, quàm nunc, vehementius colatur, exoptamus. Ut, quemadmodum bona valetudo jucundior iis est, qui è gravi morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt; sic omnia nostra desiderata magis, quàm*

assiduò percepta, delectent. Id & ego spectavi, cum non minus hac rerum nostrarum conditione luctuosa contristatus, licet à malignis ob id petitus, quàm alii: manus tamen mentemque justis laboribus non detraxi; sed eò acrius intendo publicè privatimque, quò vidi, defectum rerum Acad. etiam mea remissione properantius venturum. Inde quoque est, ut ea privati mei laboris pars, quam nunc edo, vestris, Ser. Princeps, Præp. ac Nobiliss. Domini, Nominibus inscribatur. Quæ, licet extra Professionis meæ metas excurrat, illi tamen socia & innexa, ut publicè, si id mereatur, juventuti ad eruditionem formandæ sub vestro præsidio dari possit, submissè peto. Argumentum ejus & quorundam desideria amicorum ad scribendum me perpulerunt. Liceat ideo in præsens, pace vestra, dum liberalius loquor, hujus operis usum fructumque compendio ostendere. Antiquorum in eo Philosophiam à modernis sciolis laceratam irrisamque, institui, in quantum veritas ibidem tradita permittat, iis præcipuorum Philosophorum placitis, quæ disputationibus frequenter occupantur, vindicare. Quod fieri vix potuit, nisi contextu Antiquorum Scriptorum, qui ea aut docuerunt, aut ediderunt, suis quique seculis, sparsa. Quæ meo ordine collecta sic exhibui historicè & quasi in tabula, subjectis ad numerum, sæpe iteratum, auctorum & locis & titulis; uti consensus sententiarum liquidò constaret, quidque de singulis judicandum esset, & visis & lectis, non magno labore quæreretur: Et discerent illi, quorum insolens imperitia & arrogans, nihil non in Philosopha Vetustate fugiendum sibi statuit, exquisitius judicare & accuratè cogitatèque scribere: ac longe quoque ab ineptiis abessent, qui ea avidè sectari solent, quæ ab illiteratis tristibusque Magistris eorum veritatis specie venditantur & jactationem tantum habent in populo. Simul etiam inservire volui nostrorum discipulorum captui, ad conquirendas ex omnis Veteris ævi Scriptoribus Philosophematum varietates copiasque haud comparato: sic tamen hic per illa instructo, ut & ex facili ea capere illi possint, unde, si velint, feliciter proficiant: Et manuducere juventutem nostram, tot annis, tot, etiam eruditis

ditis auctoribus inductam abreptamque, ad inquisitionem Antiquitatis; ex qua tanquam Matre fœcunda omnis, quam circumferimus ostentamusque Philosophi, sapientia prodiit: Et in qua positum est imprimis, ut sola viri ea parte studiorum eruditi, fama ostendatur. Ideo existimo, non levem esse Philosophicarum rerum Professionem, quæ nec perfunctoria, ut quibusdam, esse debet: nec citra historiæ aliarumque præsidia artium: neque, si quosdam Antiquos, & intelligendi dicendique gravissimos auctores, Philosophos imitari velimus, citra eloquentiæ studium danda. Licet hæc agrestioribus Musis relicta, nonnullis non tantum non culta; sed ne quidem nota habeatur. Rhetorum officinas hodie spatia Academica, (quod dolendum corruptique seculi vitium est) satis securè & impune aspernantur; licet Magni Platonis vestigia, unde curricula multiplicium variorumque sermonum, ex iis ducantur. Pervetera censentur illis, & ideo ceu inaudita, ceu nimis altè repetita funditus repudiant. Qui cæterorum studia, si quos præstantis ingenii vis fortè non deficeret, & exemplo suo & inertia restinguunt: Et, ut spes discipulorum infringatur languescatque industria, quavis arte, ut sibi similes enitantur, laborant. Hæc ideo instituta mihi magis displicuere, quod citra Mathesin meam, quam Philosophiæ regulam statuo, utriusque linguæ exercitio & Antiquitatis eruditæ studiis octodecim propemodum annos me contrivi: ut rideam eorum Philosophorum angustas cogitationes: quibus uni tantum Philosopho novitio se mancipant: Et, quæ ab aliis subtiliter olim inventa meditatoque prolata stylo quærere ac intueri negligunt. Qui tamen exigua sua supellectile, quamvis non ad judiciorum certamen, ad popularem tamen aurium voluptatem totos se fingunt, & ceu celebres, iis præmiis, quæ summorum studiorum essent maxima, ditantur honoranturque. Optandum autem esset, Celsissime Princeps, Præpot. & Nobilissimi Domini. *Ut sic omnis doceretur Philosophia, quâ nostri temporis ingeniis eruditissimis sic adhæresceret juventus, ut imbuta prius, quoad ejus fieri posset, Veterum ratiociniis artibusque in omni genere Magnarum disciplinarum optima*

aut iis

aut in proxima quæque teneret & cogitaret. At nil desperandum existimo; sed quàm maximè sperandum, eam fore, superatâ hujus temporis, (quod brevissimum Deus esse jubeat!) iniquitate, vestri in nos providentiam, quæ hactenus singularis fuit, quâ ablata exiguo in Remp. emolumento privilegia, nostris Civibus reddantur: docentiumque (ut cœperam dicere) ordo, mortibus quorundam Collegarum intercisus, rectissimè nectatur: Et omnis Academia, quæ fuit: & Antiqua Franequera ejusmodi lenociniis, Vobis auctoribus liberatissimis, sibi restituatur. Intereà, quietem à curis bellicis, pacemque, quæ liberalium artium nutrix est, omni Belgio optimam: Et in ea vobis, Illustriss. Princeps, Præpot. & Nobilissimi Domini, *rei civilis regimen administrationemque, & nostræ curam, felicissimam, summis votis apprecatur*

Vestræ Celsitudinis: Vestrarum Præpot.

Amplitud. & Nobilit.

diligens cultor

A. G.

Notet Lector; quod opusculum hoc censeri completum velit Author: etiamsi ab initio Libri secundi tertiique &c. mentio fiat Partis Primæ. Cum prius in aliam partem, quæ secunda esset, ille excursurus videbatur; sed deinceps mutato consilio, unius ejusdemque (amplioris tamen) voluminis modum excedere noluit.

PAR-

PARTIS PRIMÆ
LIBER PRIMUS
De Sapientia Veterum Philosophorum,
PROOEMIUM.

QUam primùm lux mentis hominem destituit & multiplex deinceps corruptela incessit, sensim eò majora primævæ sapientiæ damna secuta sunt, quòlongius ab origine recessit posteritas. Et eò studiosiùs posteà quidam, ut fortius contra torrentem niterentur ultràque vulgi errores se tollerent, ingenium colere artesque eruere cœperunt; quas secuturis temporibus in hæreditatem darent, atque viam rerum inveni-

endarum, quotquot discendi studio traherentur, latiùs aperirent. Nec etiam sic immemor esse *Factoris* sui potuit homo quamvis turpi infamia undequaque opertus, quin vel invitus eò raptus sit, & tum è reliquiis temeratæ imaginis, tum etiam cœlitùs edoctus illum cogitare venerarique debuerit. Quod si ab exordio genus humanum revocemus juxtàque mundi ætates examinemus, constabit non eodem illud tenore usum, neque eodem ingenio & affectu cultum sui ac Numinis exercuisse. Sed, quotiens quisque formam animi ac morum reddidit, totiens varietatem cogitationum sub exemplo reliquisse: excitatos esse quosdam ad meliora corrupti status pudore ac rerum angustarum pulcritudine: quosdam verò accita malitia & præ-
sum-

ſumpta deſperatione, ad exitium feſtinaſſe: Hinc factum, quod alii ut ſtudiis honeſtis copioſi vitæque fama celebrati ſint; alii ut inertes vanitatumque Magiſtri æternæ ſibi pretium ignominiæ; utrique tamen, quoad vixerunt, ceu fragilis ac laborioſa mortalitas cenſeri, meruerint. Quemadmodum autem diligenti intentione ſe nonnulli ad hominem paulatim reparandum verterunt, rudeſque poſteros ea docere anniſi ſunt, quibus poſtea Divinarum humanarumque rerum notitia purior extitit & vitæ melioris præcepta conſcientiis humanis argumenta indiderunt, carptim tradere inſtituimus.

CAP. I.

Mosi *potiùs quàm aliis aut Hebræis aut Græcis Scriptoribus de Antiquissimis rebus credendum. quæ notitia rerum primo homini indita! alligatur* Philo Iudæus. *Iejunam esse antiquitatem Sapientiæque exordia non à longo petenda ostenditur.* Senecæ & Lactantii *de ea testimonia.* &c. *male à fictis originibus humanas res trahi aut Diis adscribi. melius fecisse quosdam Philosophos. à Theologia hic scribendo abstineri. unde error de Deorum turba.* Sachoniato *qualis scriptor.* Numæ *scripta de Diis periisse.*

E Sacra memoria, quæ ante & illicò post diluvium admodum concisa est, parum constat quid primis temporibus longævi Patres suis inventionibus ediderint; cum nec præter *Mosen* Jactatis *Enochi* & *Noachi* scriptis cum Augustino credimus; nec qui vulgantur à Talmudicis & *Cabballistis Enochi* & *Abrahæ* libris. Neque apud *Græcos* hæc atque talia jactitantes quicquam explorati est ante *Olympiadas* ut observabit Africanus in tertio Annal. apud Euseb. *lib.*x. *præp. c.* 1. & verum esse novimus tum aliàs, tum è *Varroniana* temporis ἀδήλου, μυθικοῦ, καὶ ἱστορικοῦ divisione. Post quas paulo verecundior historia Græcorum sivit à falsis vera discerni. Interim cujus fidei

fidei ſint omnia quæ *Beroſus* Joſephi, *Manethon*, *Mochus*, *Iſidorus Echathæus*, *Hellanicus*, *Acuſilaus*, *Eſtius* & *Hieronymus* Ægypt: prodiderunt, quilibet judicet, qui multa eorum Fabulis poetarumque commentis miſta deprehenderit. vid. Euſeb. *lib*. 9. *Præp. ev. cap*.4. Et Joſephum. Sic ut, licet extarent quæ periêre à Moſe recedentia, certa magnæ illius Antiquitatis veſtigia non patefacerent. Hactenus ergo ſtandum *Moſe* exordii rerum narratore indubitato & vetuſtiſſimo, ceu oſtendit Euſebius *lib*.x.*præp.Ev.c*.3. Credendumque Supremi Numinis notitiam, utilitatumque vitæ primo Parenti inſitam fuiſſe & amplius poſteris ejus, quos meliori ſorte dignatus eſt Deus, aliis in pejus euntibus, inculcatam. Hebræorum res & ſtudia ſacris tradita voluminibus, tanquam quæ omnibus Chriſtianis nota eſſe poſſunt, (quibus narrandis hic me abſtinebo) gentiles plurima parte ignorarunt, quæque de mundi Antiquitatibus tradidêre in totum hallucinati fallunt. Philo Judæus libro de præm. & pœnis Græcorum errores taxans de Sparſis in terram ſeminibus à Triptolemo, docet cuncta ad vitam ſpectantia à Deo animantibus ac hominibus

bertim proſpecta fuiſſe & quæ ſtudiis hominum exacta videntur, in natura latuiſſe: dicique poſſe; quæ ediſcuntur, ab illis & ex eorum ingeniis profluxiſſe. Jejuna ſane in multis eſt Antiquitas, ad quam ſi quis reſpiciens penſitet, quæ in ſacris de longævitate Patrum, qui ſuorum temporum res notas habuerunt, ſcripta ſunt, videbit pleraque Gentilium de humani generis aut rerum primordiis & inania & falſa eſſe. Atque adeo quæ jactata eſt apud illos *Sapientia* propinqua habere initia dicente *Seneca*; *nondum ſunt mille anni ex quo initia Sapientiæ nata ſunt:* quod irridens *Lactantius* lib. 3. cap. 16. inſtit. *Multis ergo*, inquit, *ſeculis humanum genus ſine ratione vixit*: & acerbiùs adhuc Perſius Satyr. 6. *Poſtquam ſapere urbi cum pipere & palmis venit.* At interim ille Cordubenſis *Ep.* 90. *circa fin.* ſenſit Sapientiam & bonas artes cum Græca *Sapientia* cœpiſſe: nec capere potuit primis hominum temporibus illam conſtitiſſe, ubi ait: *Quamvis egregia illa vita fuerit & carens fraude, non fuère Sapientes, quando hoc jam in opere maximo nomen eſt.* Et porrò: *non tamen negaverim fuiſſe alti Spiritus viros & ut ita dicam, à Diis recentes.*

tes. Huic communis gentium inscitia fuit, qua rerum inventa, vitæ humanæ & cultus artes à fictis originibus ipsaque victus rudimenta à Cerere & Libero repertoribus traxerunt, licet earum initia ultra *Mosen* tulerint, quod falsò fieri docet *Eusebius lib.* 10. *præp. c.* 3. & 10. *libri tertii.* Eò quoque delapsæ sunt, ut plerarumque præstantium inventa rerum aut Diis adscriberent aut Deorum nominibus ornarent: utque *sic infirmitatis suæ memores portionibus colerent, quibus maximè indigerent.* Licet omnibus his erroribus non sint Patrocinati, qui apud Græcos melioris Philosophiæ authores celebrantur, quos inter erant *Pythagoras, Anaxagoras, Socrates* & *Plato* &c. Et si quos pudebat impietatum vulgi, fabulamenta poetarum allegoricè interpretantes ii, ab *Eusebio lib.* 3. *præp. Ev. c.* x. *remedia turpitudinis Deorum* excogitasse censentur. Græcos & Ægyptios Diis suis luxuriantes præ reliquis destituerunt multis modis Romani instituto Romuli, ut est apud Theodoretum & *Euseb. lib.* 2. Etiam *Scythæ* ideo suum *Anacharsin*, quod redierat Græcorum Deorum plenissimus, interfecisse visi sunt. Non dicam hic de tri-

plici apud eos recepta Theologia (quæ est Varroniana divisio) *fabulosa*, quæ Historica appellabatur quamque Poetæ exercebant: *Naturali & Mystica*, quæ Philosophis adprobata fuit: Et *civili*, quæ in singulis civitatibus consuetudine ac legibus defensabatur. v. *Eusebium* lib. 4. Præpar Evangel. cap. 4. Neque de *Theologia* Phænicum de qua v. eundem lib. 1. cap. 7. Neque *Ægyptiorum* lib. 2. cap. 1. Neque de cætera Græcorum lib. 2. c. 2. *Atlantum* cap. 3. Neque *Phrygum* c 4. v. & *Augustin.* lib. 5. de civit. Dei cap. 5. & 6. Sciendum hic, quod Gentilium, ut cum *Eusebio* Latinè loquar, omnium error, quo Deorum multitudinem falsò crediderunt, à Phœnicibus atque Ægyptiis cœptus & ab his cœteros homines ac ipsos quoque Græcos aggressus multis postea orbem invasit, ut ipsorum Phænicum testatur historia quam *Sachoniato* vir priscus, quem ante Trojana tempora floruisse docuit, Phænicúm lingua exquisitissima conscripsit. Quæ *Numa* Pompilius de Diis commentus est, quæque de jure Pontificio libris septem Latinis & totidem Græcis de sapientia aperuisse creditus est, ætatem non tulerunt. cum libri ejus sub terra

terra reconditi & poſteà ab aratore reperti per Prætorem Rom. publica authoritate in comitio combuſti feruntur.

Cap. II.

Philoſophiam alii à Græcis alii Barbaris communiter arceſſunt. ubi de Muſæo Lino *&* Cadmo *&* Orpheo. *Philoſophi antiqui ap. Barbaros* Sapientes *dici volebant.* Magia *quæ ſit & quorum. ubi* Plinius *&* Clemens. Magi *quales & eorum placita & theologica & philoſophica. & communis vita. Magorum authoritas & munia. ubi* Zoroaſter *& alii* Magi. *Perſ. philoſophia à* Magis. *varii citantur authores. illi & ſacerdotes. Chaldæi & eorum Philoſophia. cit. varii authores. illorum aſtrologia.* Indorum *Sapientes* Gymnoſophiſtæ *&* Brachmanes*, eorum ſapientia ſive philoſophia qualis & vita. ibi* Sarmanæ, *&* Germanes. *ibid. varii authores. illorum religio & eorum, qui* σεμνοὶ *&* σεμναί. *illorum & harum Aſtrologia.*

PHiloſophiam non à Barbaris, ſed à Græcis initium habuiſſe cenſet Laertius in Proœmio de vit. philoſ. & *Muſæum* Athenis, *Linum* Thebis florentes olim Sapientiæ Antiſtites extitiſſe. quorum alter *Deorum generationem* tradidiſſet *Sphæramque* inveniſſet & *ex uno fieri atque in idem reſolvi omnia, dixiſſet*: Linus ſcripſiſſet de *mundi generatione, de ſolis & lunæ curſu, de animalium ac fructuum generationibus*. Qui & operi ſuo hoc initium prætuliſſet: ἦν ποτέ γοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ

ἅμα παντ᾽ ἐπεφύκει. i. *tempus erat quo cuncta simul sunt condita rerum.* quæ creationem mundi ſpectaſſe non obſcurè, dici poſſet. Qui Philoſophiæ initia *Barbaris* aſſignant ut eſt apud eundem, *Orphea* Thracem eſſe volunt Philoſophum Antiquiſſimum. ſed Laertius dubitat an Philoſophorum numero accenſeri poſſet, qui de Diis talia commentus eſt, quæ latius poſtea & impietatem in Deos exſequitur. Et communiter dicitur quod *Cadmus Agenoris filius Phœnicia* myſteria & ſolennitates Deorum Græciæ tradidit, Simulachrorumque conſecrationes & hymnos. deinde ex Thracia *Orpheus*, *Linus* etiam & *Musæus*, quos circa tempora Trojana vixiſſe tradunt, à quibus nihil aliud quàm Ægyptiorum & Phœnicum falſitas paucis commutatis Græciæ commendata eſt. Ex his *Barbaris* plerique, licet eſſent Philoſophi, *Sapientes* tamen cenſeri voluerunt & nominari, ut poſtea videbimus. Eo titulo habita eſt olim *Magia* ap. Perſas Chaldæos & Aſſyrios atque alios Orientis populos. Sic & Plinio *lib.25. cap. 2. & Magi Perſidis Arabiæ* & *Æthiopiæ ac Ægypti dicuntur fuiſſe.* Ea tamen etiam Philoſophia appellatur Clementi *lib.1.* στρωμ. *pag.* 308.

308. Φιλοσοφία τοίνυν, inquit, πολυωφελές τι χρῆμα πάλαι μὲν ἤκμασε παρὰ βαρβάροις κατὰ τὰ ἔθνη διαλάμψασα. ὕστερον δὲ καὶ εἰς Ἕλληνας κατῆλθεν. προέστησαν δὲ αὐτῆς Αἰγυπτίων τε οἱ προφῆται καὶ Ἀσσυρίων χαλδαῖοι καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι καὶ Σεμαναῖοι Βάκτρων καὶ Κελτῶν οἱ Μάγοι· Ἰνδῶν τε Γυμνοσοφισταὶ καὶ ἄλλοι φιλόσοφοι βάρβαροι, i. e. *Philosophia res est quædam valdè utilis, olim quidem floruit apud Barbaros per gentes resplendens. postea autem venit ad Græcos. Ei autem præfuerunt & Ægyptiorum Prophetæ & Assyriorum Chaldæi & Gallorum Druidæ, Semanæi Bactrorum & Celtarum ii qui Philosophati sunt & Persarum Magi & Indorum Gymnosophistæ & alii Philosophi Barbari. De singulis* breviter. Μάγοι, inquit Suidas, παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόθεοι. i. Dei sive Deorum amantes. Et τὸν θεοσεβῆ καὶ θεολόγον καὶ ἱερέα *Magum Persis vocitatum vult*. Ita nominibus illis studia atque munia congruebant. qui ideo dicuntur Laertio in proœmio, *Deorum* vacare cultui & preces illis ac vota & sacrificia, quasi soli ab iis exaudiantur, offerre. Item, de *Deorum* substantia ac generatione disserere, quos & ignem & terram & aquam esse arbitrabantur. vid. etiam *Clem. in admon. ad gente.* p. 43.

etiam

etiam ſigna ſtatuaſque reprehendere & eorum imprimis, qui mares eſſe *Deos* ac fæminas dicebant, errores improbare. De *juſtitia* quoque verba facere & iniquum arbitrari atque impium igni ſepelire. Iuſtum matri ac filiæ miſceri, ut tradit authoritate Sotionis. item dicuntur divinitatem prædictionemque exercere, ſibi *Deos* apparere aſſerentes, plenum eſſe Dæmonibus aera, qui tenuiter & ex comparatione cernentum oculis influant atque exteriorem cultum & auri uſum interdicere. Laertius in procemio etiam dicit Ægyptiis Magos Antiquiores fuiſſe teſtimonio Ariſtotelis. juxtàque illos eſſe principia *bonum Dæmonem* & *Malum.* alterum ex his *Iovem* & *Horomaſdem*, alterum *Plutonem* & Arimanium dici. & ſecundum eos homines *revicturos ſive immortales* futuros & univerſa illorum *in precationibus* conſiſtere. & ſtatuere eos, *Deos* eſſe genitos. Communis vita eorum ab eodem deſcribitur: quod veſtis eorum erat candida, Lectus humus, eſca olus, caſeus paniſque cibarius. Arundine pro baculo uſos eſſe, cujus in ſummitate præfixum caſeum ori applicantes mandunt. Ciceroni *lib.* 1. *de Divinat.* 46. *&* 2. *de l.* 26. *Sapientes* & *Doctores* appellantur ubi

&

& traditur, tantæ æſtimationis fuiſſe illud Genus hominum, ut eorum conſiliis publica privataque Sacra inſtituerentur & ipſi *Reges* majorum ſacris initiarentur. etiam regibus à conſiliis fuiſſe teſtatur *Dio Chryſoſt. orat.* 49. ὅτι, inquit, τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι καὶ θεοὺς εἴδησαν ὡς δεῖ θεραπεύειν. v. *Suidas* de *Zoroaſtre* & Diogen. Laert. quem ex interpretatione nominis ſui ibidem *Dinon* & *Hermodorus* aſtrorum aſſerunt fuiſſe cultorem. Magos plurimos ſibi invicem ſucceſſiſſe *Hoſtonas*, *Aſtrapſycos*, *Cobrias* ac *Pazatas* author eſt quoque *Laertius* in Proœmio. & ab his derivatam eſſe *Philoſophiam* idem vult. plura de Magis vid. cap. *Xenophontem Pæd. Cyr. lib.* 8. *& alibi ſæpe. v. & Strab lib.* 15. *& ſeq. Appian. lib.* 2. *bell. civil. Juſtin. lib.* 1. *Apulejum lib.* 1. *Apol.* 1. ubi *hos apud Perſas vult dici Magos, quos alii ſacerdotes* vocant. *Chaldæi*, inquit, *Cicero* lib. 1. de div. *non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati.* dicuntur *Suidæ* potiſſimum περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἀκριβούμενοι. & *Ciceroni* l. 5. *diuturna obſervatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe ut prædici poſſit quid cuique eventurum & quo quiſque fato natus eſſet.* v. *Gellium* lib. 14. c. 1. & *Diodor.* lib. 3. & 17.

Vitruv.

Vitruv. lib. 9. cap. 7. & *Diog.* in vit. *Democriti.* & *Philon.* Jud. lib. de somn p. m. 446. ubi; χαλδαῖοι μὲν ἀστρονόμοι. Hi etiam *Babylonii* dicuntur ap. *Iulium Firmicum* lib. 11. cap. 3. & numeri *Babylonii Horatio* lib. 1. od. v. De Chald: *Isidorus* lib. 1. orig. cap. 9. *Gell.* lib. 1. cap. 9. *Censorinus* de dienat. cap. 14. & *Augustin.* de Doctr. Christi lib. 11. cap. 21. *Diod.* Sicul. lib. 1. cap. 3. & *Curt.* lib. 10. Strab. lib. 17. & 15. ubi *Chaldæos* in plures sectas fuisse divisos testatur. postea etiam dicti sunt *Genethliaci ac Planetarii* Augustino lib. 4. confession. & *Mathematici* in Cod. Theod. & Justinian. ac passim ap. Authores. Sapientes *Indorum* erant *Gymnosophistæ* & *Brachmanes*, inter quos *Porphyrius* hoc differentiæ esse dicit: quod *Gymnosophistæ* sunt, qui, si generis successione in studio religionis & sapientiæ præcederent *Brachmanes* dicebantur. de prioribus sic appellatis vid. *Plutarch.* in vita Alexandri & *Arrianum* in Indicis. & *Laertium* in procem. & *Curtium* lib. 8. cap. 17. & *Philostratum in Apollon.* lib. 2. cap. 1. & lib. 6. cap. 4. & *Hieronym.* ad Paulinum. videatur præter *Plin.* lib. 7. cap. 2. & *Solinum* cap. 65. & *Apul.* in Apol. *Augustinus* lib. 14. de civi-

civitate Dei cap. 17. & lib. 15. cap. 2. ſic dicti etiam, quod *nudi Philoſopharentur* in Solitudinibus Indiæ. v. & *Strabonem* lib. 16. *Philo* Jud. de Abrahamo *Tertullian.* in Apologetico cap. 42. ubi eo nomine eos *ſylvicolas & exules vitæ appellat.* Eos ortos eſſe à Magis vult *Clearchus* Solenſis in libro de diſciplin. ap. *Diogen. Laert.* hodie eos *Iogues* appellari communiter tradunt. Etiam Ægyptiorum *Gymnophiſtas* fuiſſe vult *Philoſtratus* lib. 1. & 6. Apoll. & alibi ſæpius. v. & *Hieronym.* lib. 4. in Ezech. c. 14. qui & *Æthiopum Gymnoſophiſtas* fuiſſe tradit. *Gymn. ſtudia* breviter tradit *Laertius* in proœm. quod Philoſophari ſolebant per *ſententias* ; *Colendos Deos: nihil mali faciendum & exercendum fortitudinem: ac mortis eſſe contemtores*, authoritate *Clitarchi.* Eadem hæc *Brachmanes* ſtatuebant juxtà *Clem. Alex.* lib. 3. στρώμ. p. 451. teſtimonio *Alexandri* Polyhiſtoris in lib. de rebus Indicis. καταφρονοῦσι ; inquit, θανάτου καὶ παρ' οὐδὲν ἡγοῦνται τὸ ζῆν, πείθονται γὰρ εἶναι παλιγγενεσίαν. De *Brachman:* vid. *Philoſtratum Apoll.* lib. 1. cap. 1. & 13. item lib. 3. cap 4. ubi & eorum habitationem & inſtituta deſcribit. v. & *Euſeb.* lib. 6. præp. Evang. cap. 8.

ex

ex *Bardesane.* & Theodoret. lib. 5. de curat. Græc. Aff. Eorum Philosophia antiqua dicitur *Euseb.* lib. 9 præp. Evang. cap. 3. *Brachmani apud Indos, qui & Iudæi vocantur, multò prius* quàm Græci *philosophati sunt. Strab.* l. cit. *Indorum Philosophos* describens duplicis eos facit generis sc. *Brachmanas* & *Germanes* & illos his præponit. *Clementi* lib. 1. στρωμ. p. 305. διττὸν δὲ τούτων τὸ γένος, οἱ μὲν Σαρμάναι, αὐτῶν, οἱ δὲ Βραχμάναι καλούμενοι. Sc. *Sarmanæ* & *Brachmanes.* Ex illis *Hylobios* (Clemens eos vocat *Allobios*) i. e. Sylvicolas honoratissimos esse dicit Strabo. v. & *Diod.* lib. 2. Bibl. & *Arrianum* in Indicis. vid. *Suidam* & Steph. de urb: qui multum eos celebrant. *Hierocles* in studiosis historiæ viros sapientiæ cultores esse Deumque amicos & soli potissimum initiatos vult. dicitque eos à carnium esu abstinere & degere semper sub puro Jove veri amantissimos. v. & *Apulejum* lib. 2. Florid. Latius vitam eorum & mores describit *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. p. 305. Καὶ inquit, τῶν Σαρμανῶν οἱ Ἀλλόβιοι προσαγορευόμενοι οὔτε πόλεις οἰκοῦσιν οὔτε στέγας ἔχουσιν, δένδρων δὲ ἀμφιέννυνται φλοιοῖς καὶ ἀκρόδρυα σιτοῦνται, ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσιν. οὐ γάμον, οὐ παιδοποιΐαν.

πιῶσιν ἴσασι, ὥσπερ οἱ νῦν Ἐγκρατῖται καλέμθμοι. Id eſt, *Ex Sarmanis quidem ii qui appellantur Allobii neque urbes habitant, nec domos aut tecta habent: arborumque baccas concedunt & aquam bibunt manibus: non nuptias, non liberorum norunt procreationem, quemadmodum ii qui nunc vocantur Encratitæ.* Dio Chryſ. orat. 35. Dicit privatim eos convenire & ſtudere. Labores admirandos adſciſcere corporibus & initiationes acerbas perferre & habere peculiarem fontem ſc. Veritatis, quem nunquam ii, qui repleti ſunt, guſtant. *Brachmanes* quod his congrua obſervarunt ſuis moribus & religione idem docet lib. 3. p. 451. Βραχμᾶναι γ᾽ οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσι οὔτε οἶνον πίνουσι· ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτῶν, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ὡς ἡμεῖς τὴν τροφὴν προσίενται. ἔνιοι δὲ αὐτῶν διὰ τριῶν ἡμερῶν. i. e. *Brachmanes neque animatum edunt neque vinum bibunt: ſed aliqui quidem ex iis quotidie, ſicuti nos, cibum capiunt, nonnulli autem ex iis tertio die.* unde fortè eſt, quod dixerit Damis comes Apollonii ap. Philoſtratum, *Brachmanes & Gymnoſophiſtas vitam Pythagoricam duxiſſe:* ſive hi ex ipſo ſive ipſe ex illis ea hauſerit. v. *Euſeb.* præp. Ev. lib. 6. cap. 8. Et addit Clem.

οἱ δὲ σέβουσιν Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα. *aliqui colunt Herculem & Pana. Diaboli* cultum ipsorum successoribus hodiernis adscribunt, ut tradit *Ludovicus Barthema.* lib.2. Dell' India cap. 2. laudatus A. Kirchero in China Illustrata cap.3. memoratque Clemens alios adhuc esse in India, οἱ τοῖς Βούττα πειθόμενοι παραγγέλμασιν. ὃν δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος εἰς Θεὸν τετιμήκασι. i. e. *qui Butta parent præceptis, quem propter insignem reverentiam erga Deum honorarunt.* Et inde dicti sunt Σεμνοὶ apud eundem lib.3. στρωμ. p.451. quorum instituta sic exsequitur: Οἱ καλούμενοι Σεμνοὶ τῶν Ινδῶν γυμνοὶ διαιτῶνται τὸν πάντα βίον. οὗτοι τὴν ἀλήθειαν ἀσκοῦσι, καὶ περὶ τῶν μελλόντων προμηνύουσι καὶ σέβουσί τινα πυραμίδα, ὑφ' ἣν ὀστέα τινὸς θεοῦ νομίζουσιν ἀποκεῖσθαι. i. e. *qui ex Indis vocantur* Σεμνοὶ i.e. *Venerandi, nudi totam vitam transigunt. ii veritatem exercent & futura prædicunt & colunt quandam Pyramidem sub qua existimant alicujus Dei ossa reposita.* Et porrò dicit neque *Gymnosophistas* neque Σεμνοὺς uti mulieribus, ut suprà: quod iniquum & præter naturam existimant, ut sic se castos conservent. Item & virgines ibidem esse Σεμνάς, sic ob idem studium vitæ dictas. &

de

de omnibus dicit: δοκοῦσι παρατηρεῖν τὰ οὐράνια καὶ διὰ τῆς τούτων σημειώσεως τῶν μελλόντων προμαντεύεσθαί τινα. i. e. *videntur observare cœlestia & per eorum significationem quædam futura prædicere.* In universum *Brachmanes, ut tradit Euseb. lib.* 6. præp. Evang. cap. 8. dicuntur *traditione Patrum & legibus nulla simulacra colere, & ab omni Deorum malignitate abesse, Soli Deo attendentes,* ita ut nec *maligni cæteri homines eos pellere possint ad malefaciendum.*

Cap. III.

Ægyptiorum Sapientes sive Magi *erat* Sacerdotes & Prophetæ, *illorum habitus & vita ac Sacra.* Trismegistus Physicus. *illorum philosophia. ut* Geometriæ *Astrologiæ & Arithmeticæ inventores esse voluerunt & cultores.* Prophetæ. *& eorum studia Astrol: hi non multum à prioribus distabant.* Arpedonaptæ *& eorum studia* Geometrica. *Bactrorum* Magi, *ubi &* Semanæi. *eorum princeps* Jarcha &c.

ÆGyptiorum *Sapientes* sive *Magi* erant *Sacerdotes*, de quibus *Theodoret.* lib. 2. de curat. Græc. aff. Videatur Herodotus lib. 2. ʃ. ed. Steph. 45. ubi alibi eas *Comatos* dicit, sed in Ægypto *derasos*. quod ideo vult factum tertio quoque die, ne qui pediculus *Deos* colentibus aut alia fordes creetur. Veste linea, calceis papyra-

ceis induti erant, Lavabantur ter interdiu & bis de nocte *frigidâ*. Et quomodo ab impensis omnibus liberi paratos semper habebant cibos sacros & vinum. item ut à fabis abstinebant & *Deorum* sacris initiabantur refert idem *Herodotus*. & quomodo ex iis unus erat *Pontifex*, cujus officium & reliquæ in sacris *ceremoniæ* ab eodem traduntur in seq. v. & *Diodor. Sic:* lib.4. bibl. c.1. & lib.1. cap.80. testatur ex *Platone Marcilius Ficinus* in argumento libelli *Merc. Trismegisti* ex Philosophis *Sacerdotes* eligi & Severus ap. Stobæum Sermone 41. unde *M. Trismegistus* Magister omnium *Physicorum* dicitur à *Tertulliano* adversf. *Valentinianum*. de *Sacerdotibus* illis plura vide ap. *Lactantium* lib.1. institut. cap.5. & *Suidam* & *Clem.* lib. 5. στρωμ. *Valer. Max.* lib.8. cap. §. 2. in ext. *Apulej*. 2. *Flor.* 15. & *Laertium* in vit. *Democriti* & *Iamblich*. in vit. *Pyth*. c. 2. *Macrob*. lib. 7. Sat. c.13. *Philisophiæ Antistites fuisse Sacerdotes hos & Prophetas testatur Laertius* in procemio. Ea *vetustissima* erat & à Chaldæis magna parte profecta, imprimis, ut quidam volunt, ab Abrahamo. licet ipsi eam teste Diodoro ab Iside & Osiride, Vulcano, Mercurio

&

& Hercule arcesserit: Philosophia Ægyptiorum qualis fuerit sic refert Diog. Laert. l. cit. Latinè versus: *Sc. materiam principium fuisse rerum ex qua deinceps quatuor elementa discreta & perfecta sunt plures animantes. Solem & Lunam Deos esse, alterumque Osirim, alteram Isim appellatos. Exprimere illos per Scarabeum & Draconem accipitrem aliaque animalia Manethon Author est in naturalium Epitome & Hecateus in primo de Ægyptiorum philos. libro. Statuas præterea & phana à se fabricari, quod ignorent effigiem Dei. mundum genitum mortalemque & ad Sphæræ similitudinem rotundum esse. Stellas ignem esse, quarum temperata mixtione cuncta super terram nascantur. Lunam deficere cum terræ incidit in umbram. Animam & perdurare & subinde migrare. pluvias ex aëris conversionibus fieri. De justitia quoque Leges constituerunt, quas ad Mercurium referunt. utiles quasque & usui hominum accommodatas animantes divino honore persecuti sunt.* Unde constat eorum *Theologiæ* philosophiam fuisse mistam ut & fatetur *Diogenes*, juxta quem & *illi aßerunt se Geometriam, Astrologiam & Arithmeticam primos invenisse.* vid. *Martianum Capell.* in lib. de *Geographia. Geometriam*

præcipuè *Malchus* sive *Porphyrius* in vit. Pythagoræ *Ægyptiis* philosophis vendicat. v. *Herod.* lib. II. & *Strab.* XVII. & *Serv.* in *Ecl.* 3. *Cassiod.* & *Procl.* Et Pythagoras fertur, ut postea videbimus, *Arithmeticam* & *Geometriam* accepisse ab *Ægyptiis*, ut testatur *Euseb.* lib. 10. præp. Evang. cap. 2. qui & apud *Platonem* in Phæd. dicuntur invenisse πεττείαν ϗ κυβείαν, i.|e. artem calculis & cubis numerandi. *Astrologiam* sic ferunt ap. eos esse *repertam*, ut non excludantur Babylonii. Dixerim potius *excultam*. quod discimus è *Ciceronis* lib. I. de Divinat. ubi sic: *Ægyptii & Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere posset, omnium curam in siderum cognitione posuerunt.* unde dicuntur *Græci* ab utrisque *Kalendaria* & *Hemerologia* accepisse, teste *Theone* Alex. in Διοσημεῖα Arati. ἐδέξαντο δὲ, inquit, αὐτὰ Ἕλληνες παρὰ Αἰγυπτίων ϗ χαλδαίων. *Diod. Sic.* lib. I. solos *Ægyptios* inventores *Medicinæ* & *Astrologiæ* facit, cum dicit *Babylonem* esse Ægyptiorum coloniam à *Belo* Neptuni & Libyes filio deductam. Ab eo *Babylone* institutum *Sacerdotum* collegium, qui, ut in

in Ægypto fieri solebat, sidera observarent. Circa quæ studia sua potissimum habebant *Prophetæ*, qui & Ægyptii erant Philosophi teste *Laertio* in procem. qui præ reliquis dicuntur futura prædixisse ut & ipsa vox docet. *Apuleius* 2. met. meminit cujusdam *Zachla*, qui Propheta apud eos erat primus. & *Clemens* lib. 1. ςρωμ. p. 303. *Sonchedis Archi-Prophetæ Ægyptii & Sechnuphidis Heliopolitani & Conuphidis*. v. *Macrob.* lib. 7. cap. 13. Sat. *Et Horus*, inquit, *Disari, verum est, ita ut dicis, Ægyptios opinari, ut ego, Sacerdotes eorum, quos prophetas vocat.* Unde videre est non multùm hos à prioribus discretos fuisse. cum & sæpe circa idem studium junguntur *Laertio* in procem. ubi utrique *Philosophiæ Antistites* dicuntur. & ap. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 4. Plura de *Proph. qui* vult legat *Clem.* lib. 1. ςρωμ. p. 300. & 302. & 305. & lib. 5. p. 559. *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 3. & *Diod.* Sicul. lib. 1. cap. 99. & *Euseb.* præp. Evang. lib. 10. cap. 2. addo quod est ap. *Clementem* lib. 1. ςρωμ. ἐν δὲ τῷ περὶ ψυχῆς Πλάτων πάλιν προφητείαν γνώριζων προφήτην εἰσάγων τὸν τῆς Λαχέσεως λόγον ἐξαγγέλλοντα πρὸς τὰς κληρονόμους ψυχὰς

προσθεσπίζοντα. i. e. *In dialogo enim de anima ipse Plato videtur agnoscere Prophetiam, introducens Prophetam Lachesis Orationem enunciantem & apud eas quæ sortiuntur animas, prædicantem &c.* Geometriæ Professores alio vocabulo dicebantur *Arpedonactæ* uti videre est ex eodem *Clemente* lib. 1. στρωμ. p.304. ubi sit Democritus: Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα. καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα. καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς πω μέ παρήλλαξεν. οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται. i. e. *Ergo ex iis, qui in eo tempore fuerunt, plurimas terras peragrui, ea quæ procul erant remota inquirens & aëres atque terræ vidi regiones plurimas & homines doctos audivi plurimos & componendis eum demonstratione lineis nemo me adhuc superavit, ne quidem qui Ægyptiorum vocantur Arpedonaptæ.* v. & *Euseb.* lib. 10. de præp. Evang. cap. 2. Etiam Bactrorum *Magi* sive Sapientes erant, quorum primus *Zoroastres Bactrianorum Rex Astrologiæ peritissimus magicas artes creditur invenisse & leges iis dedisse*, teste *Iustino* lib. 1. & *Plin.* lib. 30. cap. 1. v. *Clem.* Alex. lib. 1.

lib. 1. στρωμ. p. 334. licet *Pythagoras* eum fuisse Persam ostendat. Apud *Clemen.* eod. libr. pag. 304. Ζωροάστρην, inquit, δὲ τὸν Μάγον τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν. & *addit:* βίβλους ἀποκρύφους τἀνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν αὐχοῦσι κεκτῆσθαι: i. e. *qui Prodici hæresin sequuntur gloriantur se arcanos libros hujus viri possidere.* Communiter *Bactrianorum* Philosophi appellabantur *Samanæi* teste eodem *Clement.* pag. 305. ubi Σαμαναῖοι Βάκτρων, quorum Princeps apud *Philostratum* lib. 3. in vit. Apoll. & ab *Eusebio* contra Hieroclem *Iarcha* vocabatur.

Cap. IV.

Druidarum Bardi, Vates, Eubages, Semnothei, Saronides *qui. & eorum præmia & studia sacra atque prophana. quæ* Astrologica & Physica & Magica. & *vita.* Theologia *eor. ubi & animarum immortalitas & μετεμψύχωσις ab iis asserta. etiam fœminæ* Druidæ. &c.

Celtarum sive Gallorum *Druidæ* erant quoque Sapientes sive Philosophi. de his ut paucis dicam (cum & alii de illis speciatim scripserunt) sciendum, eorum communiter sic dictorum nomina fuisse *Bardorum*, *Vatum*, *Eubagum*, *Semnotheo-*

rum & Saronidum. Alii inter hæc ſingula diſtinguentes etiam diverſa munia iis adſcribunt juxta illud *Lucani* lib. 1. bell. pharſ. à verſ. 452.

> *Vos quoque, qui fortes animas belloque*
> *peremptas*
> *Laudibus in longum* vates *dimittitis ævum*,
> *Plurima ſecuri fudiſtis carmina* Bardi,
> *Et vos barbaricos ritus moremque ſini-*
> *ſtrum*
> *Sacrorum* Druidæ *poſitis repetiſtis ab armis.*

Hæc *Strab.* lib. 4. Geogr. Latius adhuc exponit, ubi ſic: παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστὶ, Βάρδοι τὲ καὶ Οὐάτεις καὶ Δρυΐδαι. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι. Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ φυσιολόγοι καὶ ἐθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. i. e. *apud omnes tres paſſim nationes eximio in honore ſunt Bardi Vates, & Duidæ. Bardi quidem Laudationibus rebuſque Poëticis ſtudent. Vates autem ſacrificiorum naturaliumque cauſarum curæ dediti. Druidæ præter cauſarum naturalium ſtudia moralem diſciplinam exercent. Diodor. Sic.* lib. 5. c. 31. *Bardorum* meminit & *Saronidum*, cum dixerat *Philoſophos* apud eos & *Theologos* eſſe,

ſe, quos eximio honore dignantur, addit; ἓς ϰ̀ Σαρωνίδας ὀνομάζουσι. Et porrò: εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ϰ̀ ποιηταὶ μελῶν ἓς Βάρδους ὀνομάζουσι. i. e. *ſunt & ap. eos poëtæ carminum, quos Bardos appellant.* v. & *Athenæum* lib. 6. Deipnoſoph. *Feſto Bardus* eſt cantor Gallicè. *Ammianus* lib. 15. fin. *Bardi quidem*, inquit, *fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus Lyræ modulis cantitarunt.* Ergo *Bardi* erant poëtæ. De *Vatibus* quoque idem *Diodorus* l. c. Auſpicia, victimæ & divinatio & tota plebs ab iis pendere dicuntur. & illos etiam philoſophos ibidem appellat: De iis & *Druidis* v. *Cæſarem* lib. 6. B. G. cap. 16. quos Generaliter acceptos & Equites dicit eſſe, qui aliquo honore ap. Gallos cenſentur. *Ammianus* à *Bardis* & *Druidis* diſtinguens *Eubages*, dicit, *eos Scrutari ſumma & ſublimia naturæ.* Licet hic alii *Eubages* corruptam vocem eſſe velint ex ὀυατεῖς. Etiam Σεμνόθεοι *dicuntur apud Suidam. Druidæ*, ut militiæ vacationem habebant & aliis præmiis ad diſciplinas liberales colendas incitabantur, refert *Cæſ.* l. 5. *Tantis*, inquit, *excitati præmiis ſua ſponte multi in diſciplinam conveniebant & à parentibus propinquiſque mittebantur:*

ma-

magnum ibi numerum versuum ediscebant neque fas esse existimabant ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis privatisque rationibus Græcis Literis uterentur. *Laertius* in procem. dicit etiam hos obscurè *Philosophari* per sententias; *colendos Deos, nihil mali faciendum & exercendam fortitudinem.* Et Luc. loco cit. iis adscribit hæc:

Solis nosse Deos & cæli numina ——
Aut solis nescire datum, nemora alta remotis
Incolitis lucis, vobis auctoribus umbræ
Non tacitas Erebi sedes Ditisque profundi
Pallida regna petunt.

Strab. lib. 4. Tum hi, tum alii statuunt: *mundum ignem & aquam superatura.* & *Cæs.* loc. cit. *multa insuper de sideribus eorumque motu, de mundo ac terrarum magnitudine, de Deorum immortalium vi ac potestate disputant Druidæ ac juventuti transdunt.* Et porrò de temporibus sic: *Spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium diffiniebant. Et dies natales mensiumque ac annorum initia sic observabant ut noctem dies sequeretur.* etiam futura prædixisse aliquando author, est *Dio* Prusæus. Docet nos *P. Crinitus* lib. 6. cap. 4. ad eorum *Magiam* pertinuisse quæ *Virgilius*

cecinit

cecinit. 6. Æneid. de aureo ramo & visco. sed universam *Magiam* eorum latius nobis aperit *Plin.* lib. 16. cap. 44. circa fin. *Nihil habent*, inquit, *Druidæ (ita suos appellant Magos) visco & arbore in qua gignantur (si modo sit robur) sacratius. jam per se roborum eligunt Lucos nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt ut inde appellari quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enim verò quicquid adnascatur illis è cælo missum putant signumque esse selectæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu. & repertum magna religione petitur: & ante omnia sexta Lunâ: quæ principia mensium annorumque his facit & seculi post tricesimum annum, quia jam virium abundè habeat nec sit sui dimidia. omnia sanantem appellantes suo vocabulo sacrificiis epulisque ritè sub arbore præparatis duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit. falce aurea demittit. candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit: fœcunditatem eo poto dari cuicunque animali sterili arbitrantur contraque venena omnia esse remedio. tanta*

gen-

gentium in rebus frivolis religio est. De visco *Druidarum*, quo fausta precantur illud Ovidij,

> *Ad viscum Druidæ, Druidæ, cantare solebant,*

Quidam intelligunt. quomodo sacrificia publica & privata curaverint & religiones sunt interpretati, pluribus refert *Cæs.* l. cit. quæ hic recensere nimis longum esse puto. refert *Cæsar* lib. 6. c. 18. *Gallos* omnes à *Dite* patre prognatos se prædicare, idque à *Druidis* proditum. *Animarum* immortalitatem & μετεμψύχωσιν etiam statuebant, ut testatur *Strab.* lib. 4. l. c *Non interire animas*, inquit *Cæsar*, *sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto.* quod dogma in vulgus effluxit ex his, quæ præcipiebant in *Specu* & abditis *Saltibus*. v. & *Pomp. Mel.* lib. 3. & *Diodor.* lib. 5. quod dixi de *Specu* & *Saltibus*, in quibus degebant, sic exprimit *Lucanus* l. c.

> —— *Nemora alta remotis incolitis lucis*

Et animarum immort. & migrat. in alia corpora sic:

> —— *Regit idem Spiritus artus*
> *Orbe alio: longè (canitis si cognita) vitæ*

Mors

Mors media est &c. *haud urget lethi metus inde ruendi*
In ferrum mens prona viris animaq; capaces
Mortis & ignavum reditura parcere vitæ.

Et sciendum non tantum viros fuisse ejusmodi *Professores Druidas*, sed etetiam fæminas, quarum frequens mentio apud historiæ Augustæ scriptores. nomitim apud *Vopiscum* in Aureliano & Numeriano. Et apud *Lampridium* in Severo; ubi talis mulier eunti Severo exclamat Gallico Sermone: *Vadas nec victoriam Speres nec te militi tuo credas.* Concludo ergo hic, *Druidas* fuisse apud Gallos & Britannos (unde juxta Cæsarem in Galliam transiêre) quales Persis &c. *Magi* erant: ap. Græcos, ut pòst videbimus, Philosophi: apud Babylonios Chaldæi: apud Indos Gymnosophistæ & Brachmanes & apud Ægyptios Magi, Sacerdotes & Prophetæ &c. ad Græcorum Sapientes transeo.

Cap. V.

Philosophia *Græcorum à Barbaris accepta. qui illi. Etiam* Mathesis *juxtà quosdam ab iisdem.* Ethica *ab Hebræis accepta. quando cæpit* Sapientia *Græcorum.* Thales M. *primus* Sapiens & *Ionicæ Philosophiæ author.* Eusebii *error. duplex* Philosophiæ *genus* Italicum & Ionicum. *ab aliis additur* Eleaticum. *cum quo.* Philosophiæ *appellatio cæpit? De* Sapientibus.

tibus. *qui communiter septem, aliis plures. qui σοφοὶ.* Lactantio *& aliis non sunt tales sic habiti &c.*

A *Barbaris*, quos inter etiam Hebræi sunt habiti, Græci *Sapientiam* suam & quæ ad eam pertinebant, accepisse dicuntur juxta *Clem.* lib. 5. στρωμ. pag. 306. ὐ μόνον, inquit, δὲ φιλοσοφίας ἀλλὰ καὶ πάσης σχεδὸν τέχνης εὑρεταὶ Βαρβάροι. i. e. *Non tantum Philosophiæ, sed & pene omnis artis inventores sunt Barbari.* Exempla in sequentibus per cuncta eorum nomina extendit. amplius hæc refert *Diodorus* Sicul. lib. 1. ubi vult omnia pleraque Græcos desumsisse è *Barbaris.* etiam hæc ostendit *Euseb.* lib. x. præp. cap. 2. Cum cap. 1. ostendisset multa Græcos è *Barbaris* furtim abstulisse. Et nominatim *Plato* ap. *Clement.* Alex. lib. 1. στρωμ. p. 303. agnoscit se & *Pythagoram* plurima & præstantissima dogmata apud *Barbaros* didicisse, in quibus *Ægyptios* nominat præcipuos. Etiam ab *Hebræis* varia accepisse *Græcos* testatur *Euseb.* lib. x. proœm. ubi refert *Græcos* & vitam & doctrinam *Hebræorum* admiratos fuisse suisque authoribus hoc se ante demonstrasse. Et sequentibus libris à decimo ostendit, *Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam*

nomiam, *Medicinam* & ipsa *Literarum elementa* *artesque* cæteras à *Barbaris* eos accepisse. v. eum lib. x. præp. c. 2. ubi & hoc addit; quod, qui veri aliquid ap. *Græcos* dicere videantur nec fabulis *Theologiam* immiscere, *Hebræorum* doctrinam plane imitari cognoscantur. *Juniores enim*, (sic Latinè) *sunt, qui apud Græcos rectè aliquid Philosophati sunt, non Hebræis solam nec Phænicibus atque Ægyptiis, sed Priscis etiam ipsis Græcis.* Inter alia demonstrat quoque *Clemens* lib. 5. στρωμ. p. 656 *Ethicæ* doctrinæ rivos *Græcos* esse mutuatos ab *Hebræis*. v. & *Euseb.* lib. 11. præp. in procem. plura in sequentibus hoc probabunt. Nondum agnita fuit jactata à *Græcis Sapientia* Rege *Numa*; cum *Thales Milesius* primus eo nomine designatus Jönicæque Philosophiæ author *Anci Martii* demum tempore vixerit Nam natum *Thaletem* anno primo olympiadis 35. i.e. U. C. 113, testatur *Laertius* in ejus vita. Cum & sciamus *Ancum* illicò pòst 114 anno U.C. successisse, & *Numam* testibus *Dionysio*, *Plutarcho* & *Livio* auspicatum esse regnum anno 3. olymp. 16. i.e. ab U. C. 39. Et scribit *Plinius* lib. 2. c. 12. apud *Græcos* primùm investigasse eum so-

lis defectum Olympiadis 40 anno 4. prædicto eo, qui *Alyatte* Rege factus est anno 170. Urb. C. *Eusebius* in Chron. & *Phlegon* apud *Suidam* in octavam Olympiada conjiciunt *Thaletem*, quos secutus est *Augustinus* lib. 18. civit. cap. 24. qui cum *Romulo* coævum facit manifesto errore sive ipsius *Eusebii* sive Librarii. Et ille sibi adhuc minùs constat, cum dicit lib. 10. præp. cap. 3. *Thaletem* vixisse quinquagesima Olympiade. *Laertius* v. tempore *Damasii* Athenarun Principis. Addo; quod, cùm constat *Thaletem* cum *Cyro* vixisse, non potuit ille sic *Cyri* tempora contingere, hoc est ab Olympiade octava ad quinquagesimam vixisse i. e. annis fermè ducentis. Apud *Græcos* duo præcipue Philosophorum genera *Italicum* & *Ionicum* extitisse demonstrat *Augustin.* lib. 8. civit. cap. 2. *Laertius* in proœm. sic: Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασιν ἀρχαὶ, ἥτε ἀπὸ Ἀναξιμάνδρου καὶ ἀπὸ Πυθαγόρου· τοῦ μὲν Θαλοῦ διακηκοότος, Πυθαγόρου δὲ Φερεκύδης καθηγήσατο καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μὲν Ἰωνικὴ ὅτι Θάλης Ἴων ὢν καθηγήσατο Ἀναξιμάνδρου. Ἡ δὲ Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε. Tria genera facit *Clemens* Alexandrin. lib. 1. στρωμ. pag. 30.

Φιλο-

φιλοσοφίαν, inquit, τοίνυν μετὰ τοὺς προειρημένους ἄνδρας τρεῖς γεγόνασι διαδοχαὶ ἐπώνυμοι τῶν τόπων περὶ οὓς διέτριψαν. Ἰταλικὴ μὲν, ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου. Ἰωνικὴ δὲ ἡ ἀπὸ Θαλοῦ Ἐλεατικὴ δὲ; ἡ ἀπὸ Ξενοφάνους. i. e. *Philosophiæ post quos anteà dixi, tres fuêre successiones, quæ nomina sumserunt è locis in quibus versatæ sunt Italica quidem quæ derivata est à Pythagora, Ionica v. quæ à Thalete, Eleatica autem; quæ à Xenophane. v. Euseb.* lib. 10. præp. cap. 2. *Laertius* in Proœm. refert, quod *Ionica* desinat in *Clitomachum, Chrysippum, Theophrastum: Italica in Epicurum.* ita ut Philosophorum propriè sit appellatorum initia malimus trahere ab *Anaximandro* & *Pythagora*, quàm aliundè, ut posteà videbimus. Ab Ionico Exordiar. Illius, inquit *Augustinus* lib. 8. cap. 2. *Princeps fuit Thales Milesius*, unus illorum septem, qui *appellati sunt Sapientes.* Ap. *Euseb.* l. cit. Ipsi Græci confitentur post *Orphea, Linum, Musæum* Antiquissimos, ut illi dicunt, *Theologos* multorum auctores errorum septemque quosdam viros admirabiles adeo *Sapientia* fuisse, ut *Sapientes* vulgò appellati sint. De septem *Sapientibus* Græci inter se non æquè senserunt ambitiosè suis unoquoque faven-

te. Et præterquàm, quod Σοφοὶ quoque dicti sunt arte aliqua præstantes viri & *Poëtæ* ut *Hesiodus* & *Homerus* & *Sophistæ* etiam & qui τὴν σοφίαν profitebantur, ap. *Laert.* in procem. fatetur *Dicæarchus* de *Thalete* & *Biante* ac *Pittaco* atque *Solone* satis constitisse. quinam his jungendi, disputatum fuit. tres addit *Laertius* l. c. *Cleobulum Lindium*, *Chilonem*, *Periandum*. sic etiam Augustinus. *Plato* in Protagora pro Periandro substituit Mysonem, item Cheneum, quem dicunt etiam μισάνθρωπον fuisse. *Leandrius* nec Mysonem nec Cleobulum ponit, sed Leophantum Ephesium & Epimenidem Cretensem. *Hermippus* 17 Sapientes fuisse tradit & alii aliter. vid. *Diog. Laert.* in vit. *Thaletis* & *Theodoretum* lib. 5. de curat. Græcarum aff. *Tzetzes* sic eos expressit:

> Σόλων Θαλῆς Περίανδρος καὶ Πιττακὸς
> καὶ Χίλων
> Τίς σοφίης πάντων πρῶτος τοῦτο τρί-
> ποδ᾽ αὐδῶ.

v. *Clem.* lib. 15. στρωμ. pag. 299. & *Laert.* in procem. *Plat.* in Hippia in pr. & in protag. p. ed. Serr. 343. & in Epist. ad Dionys. p. 311. hos omnes rejicit *Lactantius* lib. 4.

lib. 4. inst. cap. 1. ubi vult nec illos suprà recitatos neque omnes, qui hoc nomen *Sapientum* sibi arrogabant, illud meruisse. addit enim; *Postquam Sapientia sublata est, tum demum sibi homines sapientum nomen vendicare cœperunt. tum autem nemo sapiens vocabatur, cum omnes essent.* Etiam *Dicæarchus* Peripateticus septem illos *Sapientes* fuisse etiam negat. Ex ejus sententia *Cicero* in Lælio ait: *qui septem appellantur, eos ita subtilius quærunt, in numero sapientum non habent.*

CAP. VI.

Sapientes quibus distinguebantur, inter quos Thales *primus & sapientissimus habitus. ut huic & illis Sapientum vocabulum obtigit.* Thales *unde oriundus. Ejus studia Physica & Logica. Ejus peregrinatio. In Ægypto quid didicerit & Chald. ejus studia Geometrica & Astronomica sive Astrologica. & quæ in eo genere & invenit & edidit.*

A*ugustino* lib. 8. de civit. D. cap. 2. communiter dicti septem Sapientes *vitæ genere distingui & quibusdam præceptis ad bene vivendum accommodatis.* Quod *Thales* sit illorum *Sapientum primus* habitus, testatur etiam *Theod.* Cypr. Episc. ubi eum Antiquissimum vocat, & ante eum *Cicer.* 2. de

leg. 26. *Thales Sapientissimus inter septem.* non tamen absolutè; cum *Plato* in Protagora pag. ed. Serr. 343. dicat: ὗτοι πάντες ζηλωταὶ καὶ ἐρασταὶ καὶ μαθηταὶ ἦσαν τῆς Λακεδαιμονίων παιδείας. i. e. *hi omnes sc. Sapientes æmuli, studiosi & quasi amatores fuerunt Lacedæmoniorum eruditionis.* *Thaleti* & aliis quomodo è Tripode *Sapientis* nomen obtigerit, vid. *Diogen.* lib. 1. in ejus vit. Hic *Thales* dicitur ab eodem originem trahere è Phœnicum Nobilissimis & à *Cadmo* atque *Agenore* oriundus. *Thales*, inquit *Augustin.* lib. 8. cap. 2. civit. ipse *ut successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus est*, unde primus *Physicus* fuisse dicitur *Eusebio* lib. 10. præp. cap. 3. fin. *Diogenes* in principio ejus vit. dicit, quod μετὰ τὰ πολιτικὰ (quorum peritissimus quoque fertur ap. eund.) φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας. i. e. *se ad contemplandum naturam rerum transtulerit.* Et ibid. πρῶτος περὶ φύσεως διελέχθη. id est, *primus de rerum natura disputavit.* v. etiam *Lactantium* lib. 1. de fals. relig. cap. 5. & lib. 3. de fals. Sapient. cap. 16. Hinc cum in *Ægyptum* venisset, teste *Laertio*, *Geometriam* inde in Græciam trastulit (unde *Apulejo* 4. Flor. *Geometricæ penes Grajos primus repertor dicitur*)

citur) multaque ipse reperit, multa successoribus suis exposuit τοῖς μὲν, uti *Laertius*, καθολικώτερον, τοῖς δ' αἰσθητικώτερον ἐπιβάλλων. i. e. *aliis quidem plenius & uberius, aliis subtilius & minutius incumbens.* & deinceps hac *Logica* usus est. Dicitur quidem illi αὐτοδίδακτος, licet *Ægyptiis Sacerdotibus* eò profectus familiariter adhæserit eodem teste. & dicit παρά τε Αἰγυπτίων γεωμετρεῖν μαθόντα &c. *ab Ægyptiis pracepta Geometriæ eruditum.* Etiam *Astronomiam sive astrologiam.* sic & ipse testatur in Epist. ad Pherecydem ap. *Laert.* πλώσαντες δὲ ἐς Αἴγυπτον ὁμιλήσαντες τοῖς ἐκείνῃ ὅσοι ἱερέες τε καὶ ἀστρονόμοι. i. e. *Ægyptum penetravimus, ut illic Sacerdotibus & Astronomis congrederemur* & alibi. Etiam Græciam & Asiam peragrasse in fine dicitur. ut cum *Prophetis* Ægyptiorum sit congressus *Thales*, docet *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. pag. 306. & 302. *Geometriæ* quoque exercitium habuit apud *Ægyptios* cum *Pyramidum* altitudines metiretur, observando earum umbras, ut testatur *Hieronymus* ap. *Laertium.* in universum dicitur *Eusebio.* lib. 10. præp. Evang. cap. 2. quæ scripsit *de cælestibus & Divinis rebus ab Ægyptiis & Chaldæis cuncta didicisse.* Apud

Laertium dicitur πρῶτον καταγράψαι κύκλε τὸ τρίγωνον ὀρθογώνιον καὶ θῦσαι βοῦν: i. e. *primum descripsisse circuli triangulum rectangulum & (ob id.) bovem immolasse testimonio Pamphilæ.* Licet alii hoc *Pythagoræ* tribuant cum *Apollodoro.* Et ibidem *Callimachus* ait, Euphorbum Phrygem invenisse σκαληνὰ & *Trigona,* quæque ad lineæ speculationem γραμμικὴν θεωρίαν pertinent, ὅτος προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον, Ipse auxit & propagavit. Tradit *Eusebius* lib. x. cap. 3. *Thaletem* ab Ægyptiorum *Divinationibus* pleraque accepisse. Et *Augustinus* lib. 8. civ. cap. 2. eum *Astrologiæ numeris comprehensis defectus solis & Lunæ prædixisse:* v. & Plutarch. *de placit. Phil. lib.* 2. *cap.* 24. ita *Laertius:* δοκεῖ δὲ κατά τινας πρῶτος ἀστρολογῆσαι καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν. *Etiam ubertatem rerum.* ibid. porrò addit idem: πρῶτος δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τροπὴν πάροδον εὗρε. καὶ πρῶτος ἀπὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος τοῦ σεληνιακοῦ ἑπτακοσιοστὸν καὶ εἰκοστὸν μέρος ἀπεφήνατο. i. e. *primus & solis cursum à conversione in conversionem reperit solisque magnitudini Lunarem orbem comparatum, septingentesimam & vigesimam illius partem esse primus ostendit.* Et ita testatur *Cicero*

cero lib. 1. de divinat. *illam primum*, ut suprà, *defectionem solis, quæ Alyatte regnante facta est, prædixisse.* v. & *Plin.* lib. 11. cap. 12. & *Eufeb.* in Chron. ad annum mundi 4610. etiam ap. *Laertium*, πρῶτος καὶ τὴν ὑστέραν τοῦ μηνὸς, τριακάδα εἶπε. i. e. *primus mensis ultimam* Τριακάδα *hoc est tricesimam vocavit. Plutarcho* teste lib. 2. de placit phil. c. 12. dicitur cælum in Zonas quinque divisisse. *Callimachus* apud eundem eum voluit esse inventorem τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς his versibus:

> Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
> Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

Id est:

> *Plaustri notasse dictus est minusculas*
> *Stellas, periti queis Phœnices navigant.*

Hyginus quoque lib. 1 poet. Astron. in Arcto. *Thales enim qui diligenter de his rebus exquisivit & hanc primus* arcton *appellavit, natione fuit Phœnix ut Herodotus Milesius dicit.* Et addit: *Phœnices autem, quam à suo inventore acceperunt, observant & hanc Studiosius perspiciendo diligentius navigare existimantur & verè eam ab inventoris genere* Phœnicen *appellant.* Idem fertur divisisse annum in 365 dies

ap. *Diog*. Nihil ſcripſiſſe hunc *Thal.* juxtà quoſdam traditur. Et quæ refertur in eum ναυτικὴ ἀστρολογία, ſic *Laertius*, Φώκου λέγεται εἶναι τοῦ Σαμίου. i. e. *Phoci Samii eſſe perhibetur*. v. & *Simplicium* c. 2. 1. phyſ. & addit, *Laert*. ipſum ſecundum quoſdam duo ſolum conſcripſiſſe, περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, *de converſione ſc. ſolis i. e. ſolſtitio & æquinoctio*. Cætera facilia eſſe ad percipiendum arbitratus. quamvis aliàs ipſe diligentiſſimè *Sidera* obſervaſſe dicatur. De quo hoc faceti extat. ap. *Laert*. quod, cum domo exiret contemplandorum ſiderum cauſa, inque ſubjectam *Foſſam* incideret, petulanti probro ab *anu* domeſtica (*Iamblich. in protrept.* c. 14. *ancillam* Thracem vocat) ſit dictum; qua ratione ô *Thales*, quæ in cælis ſunt comprehenſurum te arbitraris; cum ea quæ ſunt ante oculos videre non vales. 4. *Apulejus* Flor. 18, ſic compendiosè ejus inſtituta tradit: *fuit Geometricæ penes Grajos primus repertor & naturæ rerum certiſſimus explorator, & aſtrorum peritiſſimus contemplator: maximas res parvis lineis reperit: temporum ambitus ventorum flatus, ſtellarum meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, ſolis annua reverticula: idem*

Lunæ

Lunæ vel nascentis incrementa vel senescentis dispendia, delinquentis obstacula. Idem sanè jam proclivi senectute, Divinam rationem de sole commentus est, quam etiam non didicit modò, verum etiam experiundo comprobavit: quotiens sal magnitudine sua curriculum, quem permeat, metiatur. v. & *Laertium* in vita ejus ubi hæc: Ἀστρόλογος πάντων πρεσβύτατος σοφία appellatur. Huc etiam pertinent, quæ Augustinus lib. 8. cap. 2. civit. refert; sc. ipsum *suas disputationes literis mandantem, enituisse.* Cæterum, an ea βραχέα ἀξιομνημόνευτα, quæ ipsi cum aliis Sapientibus communia facit *Plato* in protagora edit. Serr. p. 343, scripserit aut tantum dixerit, vix liquet. sed transeamus ad ipsius placita.

CAP. VII.

Thales Philosophus *quid de Deo senserit, ostenditur: principium rerum* aquam *statuit. quod probatur variis testimoniis. & quos in eo imitatus sit. quid de mundo senserit, quid de vacuo, stellis & terra: item de animabus, necessitate &* Nili *exundatione &c. quæ ejus sententiæ physicæ & morales.*

Hic *Thales* primus *Philosophus* dicitur *Lactantio* lib. 3 de fals. Sap. c. 16. Apud *Laertium* libr. 1. in ejus vita sic de *Deo* sensit.

ſit. Πρεσβύτατον τῶν ὄντων, inquit, ἀγέννητον γάρ. i. e. *Antiquiſſimum eorum quæ ſunt, Deus, ingenitum enim.* Juxtà *Plutarch.* lib. 1. de placit phil. cap. 7. Thales *ſtatuit mentem mundi eſſe Deum.* ap. *Laert.* etiam in ejus vita interrogatus; τί τὸ θεῖον; τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον μήτε τελευτήν, Reſpondit. i. e. *quod eſſet Deus? quod initio & fine caret,* Reſp. apud Euſebium lib. 14. cap. 6. m. dicitur aſſeruiſſe *mundum Deum eſſe.* v. & *Laert.* l. cit. ſed *plenius* ejus ſententiam nobis refert *Clemens* Alex. lib. 5. ςρωμ. p. 594. Τί δ', inquit, οὐχὶ κἀκεῖνα τοῦ Θάλητος ἐκ τῶνδε ἦρται. τὸ εἰς τοὺς αἰῶνας δοξάζεσθαι τὸ Θεῖον καὶ τὸν Καρδιογνώστην λέγεσθαι πρὸς ἡμῶν ἄντικρυς ἑρμηνεύει. Ἐρωτηθεὶς γέ τοι ὁ Θαλῆς, τί ἐστι τὸ Θεῖον, τὸ μὴν ἀρχὴν, ἔφη, μήτε τέλος ἔχον. πυθαμένου δὲ ἑτέρου, εἰ λανθάνει τὸ Θεῖον πράσσων τι ἄνθρωπος; καὶ πᾶν, εἶπεν, ὅς γε οὐδὲ διανοούμενος. i. e. *Quid v. non illa, quæ Thaletis, quæ ex his ſumpta ſunt in ſecula ſeculorum Deum gloria affici & cordis cognitorem à nobis dici apertè interpretatur? Rogatus enim Thales quid ſit Deus? Id,* inquit, *quod neque habet principium nec finem. Cum autem rogaßet alius, an Deum Lateat homo aliquod agens? Et quomodo, inquit,*

inquit, qui nec cogitans quidem: quod ultimum Valerius Maximus sic, lib. 7. c. 2. refert. *ut non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris cæleste nomen adesse credidissemus.* ap. *Lactantium* lib. 1. cap. 5. *Thales Deum dicit esse mentem, quæ ex aqua cuncta formavit.* Hic quoque *Elementum* à *principio* non distinguit. uti testatur *Plutarch.* de placit. phil. lib. 1. c. 2. quod ut fluxum dicebat esse, ita rerum materiam fluxam fecit, ut est apud eundem lib. 1. c. 9. de pl. Phil. & *Theodoret,* lib. 4. de curat. Græcar. affect. & *Lact.* cit. l. & sic ἀρχὴν πάντων ut inquit *Laertius* in ejus vit. lib. 1. ὕδωρ ὑπεστήσατο. i. e. *aquam omnium principium constituit.* Idem testantur *Aristoteles* lib. 1. metaph. c. 3. in Platonis Timæum *Chalcidius.* & *Seneca* lib. 3. n. Q. cap. 14. qui *valentissimum hoc elementum* ex ejus sententia & *unde omnia inceperunt*, appellat. *Augustin.* lib. 8. de civ. Dei cap. 2. *Diog. Laert.* in vit. ejus. *Lactantius* lib. 1. cap. 5. & lib. 10. *Euseb.* lib. 1. præp. Evangel. cap. 5. & lib. 14. cap. 5. *Minut. Fel.* in Oct. *Cicero* lib. 1. de nat. D. & 4. Academ. 4. *Nemesius* περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. 5. *Stobæus* Eclog. phys. c. 1. *Clemens* Alex. lib. 1. & 2.

1. & 2. στρώμ. *Ambrosius* lib. 1. Hexaem. cap. 2. *Cyrillus* lib. 1. *in Julian. Justin.* cohort. ad gentes pr. *Sext. Empiricus* lib. 8. adverſ. Mathematicos ubi de corpore. *Arnobius* lib. 2. contr. Gent. *Hermias* in irriſione Philoſ. Gentil. *Tertullian.* adverſ. Marc. *Plutarchus* lib. 1. de placitis Philoſ. cenſet *Thaletem* in eo imitatum eſſe *Homerum*: ubi illi: ὠκεανὸς γένεσις πάντεσσι τέτυκται. idem affirmat *Theodoret.* Cypr. Ep. lib. 2. Græc. aff. de princip. ſic tamen aquam eſſe principium arbitatus, ut ex eo omnia *Deus mens* formârit. ſic nos docet *Lactantius* lib. 1. de falſ. relig. cap. 5. ubi ita; *Thales Mileſius aquam eſſe dixit, à qua nata ſunt omnia: Deum eſſe mentem, qui aqua cuncta formaverit: ita materiam omnium poſuit in humore: principium cauſamque naſcendi poſuit in Deo. Mundum* dicebat hic Philoſ. tantum eſſe unum non plures, ut teſtatur *Plutarch.* lib. 2. de pl. Ph. cap. 1. Eumque dixit ἔμψυχον i. e. animatum. ut & ap *Laertium* in ejus vit. In hoc *vacuum* dari negabat teſte *Plutarcho* lib. 1. de placit. phil. c. 18. licet ut legere eſt ap. *Laertium* in ejus vit. dixerit τὸν κόσμον δαιμόνων πλήρη, i. e. *mundum dæmonibus plenum. Stellas* cenſuit eſſe terre-

ſtres,

ſtres, ſed ignitas, ut habet *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 13. idem de *Sole* & *Luna* ſenſit, uti vult *Theodoretus* lib. 4. Græc. aff. & *Plutarch.* lib. 2. de pl. philoſ. c. 24. a- apud quem etiam cenſuit *Lunam* à ſole illuſtrari eodem libr. cap. 28. *Terram* ſtatuebat unicam, ut vult *Plutarch.* lib. 3. de placit. philoſ. cap. 9. illam *Globi* formam habere dixit cap. 10. Et in medio mundi locatam cap. 11. putabatque ſuper aquis quieſcere, teſte *Ariſtotele* lib. 2. de cælo cap. 13. ὡς, inquit, διὰ πλωτὸν εἶναι. i. e. *quaſi natet.* v. *Senec.* lib. 6. n. Q. c. 6. & lib. 3. c. 17. ubi & hanc ſententiam refutare conatur. *Tremori terræ* cauſam dat ex aquis earumque impetu apud *Plutarch.* lib. 3. de placitis philoſ. cap. 15. quam ſententent. *Seneca* lib. 6. n. Q. c. 6. refellit. Inanimatis vulgò etiam tribuebat *animas* teſte *Laertio.* lib. 1. in ejus vit. ſic ille; καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι αὐτὸν ψυχὰς τεκμαιρόμενον ἐκ τοῦ λίθου τῆς Μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου Ἀριστοτέλης καὶ Ἱππίας φασίν. i. e. *Ariſtoteles & Hippias authores ſunt inanimatis illum animas ineſſe putaſſe, conjicientem id ex* Magnete *Lapide & ſuccino.* Etiam *animam* dixit eſſe immobilem naturam, ut teſtatur *Theodoretus* lib. 5. Græc. aff.

aff. Et *Plut.* lib. 4. pl. phil. cap. 2. Et ejus *immortalitatem* primus tradidisse dicitur testimonio *Chærili* Poëtæ, ut est ap. *Laertium* l. c. *Necessitatem* rebus adjacere putavit, quam omnium validissimam rem dixit, cui omnia subsunt. v. *Plutarch.* lib. 1. de placit. Phil. cap. 25. Ille quoque censuit *Etesiarum* adverso flatu *Nilum* attolli, quod sic ostia ejus obturentur. v. *Plutach* de placit. Phil. lib. 4. cap. 1. Et *Senec.* lib. 4. N. Q. cap. 2. Ἀξιομνημόνευτα ejus tradit *Laertius* l. c. illorum compendium ex ipso sic elicimus Latin. *præclarum aliquod eligendum, quo os loquacium hominum obstruatur. Antiquissimum omnium esse* Deum, *[ut suprà. pulcerrimum*, mundum *à Deo factum. maximum*, Locum: *velocissimum*, mentem: *fortissimum*, necessitatem: *Sapientissimum*, tempus. *Nihil* mortem *à vita differre*: noctem *priorem factam esse die*: Deos *nihil Latere* ut suprà: perjurium *adulterio non esse deterius:* Item *Difficile esse* se ipsum nosse: *facile esse, ab alio* moneri: *Suavissimum*, frui: Deum *esse, quod initio & fine caret, ut suprà:* Item, *difficile esse vidisse* Tyrannum senem: *facile* adversam fortunam *ferri, cum inimicos videamus deteriùs affici:* Iustissi-

ſtiſſimè *vivere nos, ſi quæ in aliis reprehendimus, ipſi non faciamus: felicem eſſe, qui corpore* ſano *& fortuna* locuples *ſit & animo nec ignavus neque* imperitus. *Memores nos debere eſſe* amicorum *præſentium & abſentium: præclarum eſſe, non inſtruere* faciem, *ſed* animum *bonis artibus: non oportere* diteſcere *injuſtè neque in jus nos vocare, quod dicitur contra ſocios. Eadem expectanda à* filiis, *quæ præſtiterimus* parentibus. additur & hoc: ἐγύα, πάρεστι ἄτη. i. e. Sponde noxia eſt præſtò. v. & Auſon. in Sapientes.

Cap. VIII.

Pittacus *quando vixit. quis & quæ ſcripſit & dixit. quæ ejus ſententiæ morales. & Elegi* &c.

De Reliquis Græciæ Sapientibus paucis acturo ſuccedit *Pittacus Mitylenæus.* de quo vid. *Auguſtinum* lib. 18. cap. 25. civit. Hic, velut cæteri ſequentes *præter Thalem Mileſium*, ut habet *Cicero* lib. 3. de orat. 135. *civitatibus ſuis præfuerunt.* & de *gubernandis cœtibus ſolummodò conſcripſerunt.* Obtinuit hic principatum *Phrynone* Imperat. Athenienſ. Pancratiaſte confecto ut teſtatur *Diog. Laert.* in ejus vita.

De *moderatione* ejus & *Clementia* eundem vid. *Plato* in Protagora pag. edit. *Serr.* 343. καὶ, inquit, δὴ καὶ τὸ Πιττάκειον ἰδίᾳ περιεφέρετο τοῦτο τὸ ῥῆμα ἐγκωμιαζόμενον ὑπὸ τῶν σοφῶν, τὸ, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. i. e. Peculiare Pittaci, quod à Sapientibus laudatur. i. e. *difficile est, ut quis vir bonus existat.* quod est inter ejus sententias. vid. & *Laertium* lib. 1. in ejus vit. de reliquis ex eo sic habe compend. Lat. sc. In reo cognoscendo *indulgentiam pœnitentiæ præferendam esse*, ὅτι συγγνώμη μετανοίας κρείσσων: *Ebrios, cum peccent duplici incommodo afficiendos.* & sic statuit ad detestandum temulentiam: *necessitati ne Deos quidem reluctari: principatum declarare virum* ἀρχὴν ἄνδρα δεικνύειν: *Optimum esse bene agere: Maximum imperium esse ligni varii, i. legem. victorias sine sanguine acquiri. non inveniri studiosum ac frugi virum*, ἄνθρωπον σπουδαῖον. *Maxime gratum esse tempus.* ubi χρόνον vocat: *Ausonius* in Sapient. καιρὸν. *obscurum esse, futurorum eventum: fidele esse, terram: mare infidum: prudentium esse virorum priusquam adversa contingant, prævidere, ne eveniant. fortium v. cum illa contigerint, ferre æquo animo: quod facere volumus, non prædicandum: infelicitatem nemini*

mini exprobrandam: Depositum (παρακαταθήκην) *esse reddendum: amico non esse maledicendum nec inimico: pietatem esse colendam: prudentiam diligendam. veritatem retinendam. Fidem, peritiam, dexteritatem, amicitiam & diligentiam esse custodiendam.* Dicitur & dixisse seq. *Sumpto arcu & jaculis sagittiferaque pharetra impetendum hominem improbum*, στείχειν ἐπὶ φῶτα κακόν. πιστὸν γὰρ, addit, οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος λαλεῖ, διχόμυθον ἔχουσα κραδίη νόημα. i. e. *Nam fidum nihil lingua loqui valet dum cordi duplex altè insedit sensus.* Quædam ejus sic tradidit *Ausonius* in Sap.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.
Bono probari malo, quàm multis malis.
Demens superbis invidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda compara.
Paucos amicos rebus adversis proba.

Subjicit *Laertius*; quod fecerit ἐλεγεῖα ἔπη ἑξακόσια καὶ περὶ νόμων καταλογάδην τοῖς πολίταις. i. e. *ad sexentos elegos versus & carptim de legibus ad cives.* Floruisse hic dicitur circa Olympiad. 42. & mortuus tertio ann. 52. Olymp.

CAP. IX.

Solon *quis & quando vixit: ut leges Ath. dedit & Rempl. iis constituit ac tenuit; quædam ex iis recensentur. quæ ejus apophthegmata & sententiæ. Civilis & Moralis philosophus potiùs, quàm Theoreticus ille fuit. Ejus peregrinatio. & de quibusdam rebus opiniones, nominatim de termino vitæ humanæ, & de fide mentis. ibid. mensis ἕνη καὶ νέα appellavit. Dies Lunares. De fato & Deorum provident: quæ ejus carmina, & de quibus.*

SOlon Atheniensis sive Salaminius Execestidæ filius juxta *Laertium* in vit. ejus, & *Plutarchum*. Illo teste floruit circa 46. olymp. tertium annum i. e. tempore Crœsi, quod & testatur ejus Epistola ad Crœsum scripta ap. *Diogenem* & alios Græc. Script. Etiam *unus ex septem Sapientibus fuit* juxtà *Ciceronem* in Brut. 15. & *Senecam* ep. 90. *Vir justitiæ insignis* dicitur *Justino* lib. 2. cap. 7. Princeps Atheniensium quoque fuit. ut *Plutarch.* in ejus vit. qua tempestate etiam *leges* (licet Anacharsis eas araneæ telæ similes dixerit) iis dedit, *quibus velut novam civitatem condidit* ut loquitur *Justinus*. v. *Clem.* Alex. lib. 1. στρωμ. & *Euseb.* in Chronico. & *Cyrillum* lib. 1. contra Julian. Idque abrogatis legibus *Draconis* factum, ut habet *Plutarch*. *Justinus* consentit *Aristoteli*, qui lib.

2. de

2. de Rep. cap. 12. vult non modò leges dediſſe *Solonem*, ſed & Remp. Ath. conſtituiſſe, quod factum vult *Gellius* lib. 17. cap. 21. *Tarquinio Priſco* Regnante annoque regni trigeſimo tertio. v. & *Plutarch.* in *Solone.* imo & *Cicero* vult lib. 1. off. ſic leges condendo & *Areopagum* inſtituendo eum plus utilitatis Reip. attuliſſe, quàm *Themiſtoclem*, licet hujus fama rerum geſtarum fuerit celebrior. ſic & *Plut.* Hic *Solon*, inquit *Iuſtinus* loc. cit. *tanto temperamento inter plebem Senatumque egit* (*cum ſi quod pro altero ordine tuliſſet alteri diſpliciturum videretur*) *ab utriſque parem gratiam traheret*; ideo *Senecæ* dicitur ep. 90. *Athenas æquo jure fundaſſe*. Cum dicere ſoleret: *æqualitas haud parit bellum*. Sic *Plutarch.* & *Laert.* qui etiam teſtatur in ejus vit. pr. πρῶτος μὲν σεισάχθειαν εἰσηγήσατο Ἀθηναίοις. i. e. primum σεισάχθειαν invexit Athenienſibus, quam explicat: τὸ δὲ ἦν λύτρωσις σωμάτων τε καὶ κτημάτων. i. e. *ſic appellabatur corporum poſſeſſionumque redemptio*. Eamque rectè teſte Budæo exprimunt per χρεοκοπίαν. Nam ante hanc *Solonis* legem, ut habet *Plutarch.* in *Solone*, οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασι ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσι ἦσαν. Et *Laertius*: ἐπὶ σω-

μάτων δανείζοντο καὶ πολλοὶ δὶ ἀπορίαν ἐθήτευον. i. e. *plurimi per ſummam inopiam fæneratoribus corpora ſua exponebant ac ſuper his fænerabantur.* Initium autem inſtituendæ σεισαχθείας à ſe ipſo petiit, uti tradit *Laertius*, cum ſeptem, quæ ſibi debebantur, talenta remitteret reliquoſque idem facere ſuo exemplo docuit. Et hoc cum bene ceſſit etiam magnum ad reliquas leges condendas momentum dedit. v. plura ap. *Plut.* in *Sol.* v. & *Gellium* lib. 10. cap. 1. quomodo autem Salaminem per fictam inſaniam liberavit, pluribus tradunt *Plutarch.* & *Diog.* & *Cicer.* lib. 1. off. quomodo *Cenſum* civium inſtituit relinquendo *Magiſtratus omnes divitibus, & reliquam Reip. partem etiam Pauperibus communem.* vide ap. *Plutarch.* l. c. unde civium mutuus conſenſus ortus eſt, ut idem vult. inſtituit quoque *neutralitatem* (ut ſic loquar) *obtinere poſſe in caſu ſeditionis contra communem opinionem.* Et ſuo exemplo firmavit v. *Laert.* in vit. ejus. tulitque *etiam legem de dotatis mulieribus, & alias nuptiales, item de mortuis non vituperandis: etiam legem de teſtamentis faciendis: de exitu mulierum: de luctu: de diſcendis artibus: de natis matre inhoneſta: de adulteriis*

&

& scortationibus puniendis. Sanxit quoque ut ex publico puteo, ne homines sitirent, ad Hippicum haurire liceret, hæc fusè traduntur à *Plutarcho* in ejus vit. Instituit præterea, sicut tradit *Laërtius : ut si quis parentes non enutrierit, ignobilis esset & obscurus.* (Licet tamen Spurios absolverit ab hoc onere ap. *Plutarch.*) *similiter, qui patrimonii versuram fecerit: otium sectantibus quorumvis accusantium libidini permisit: Eum etiam, qui nequitia ac flagris insignis esset, tribunali publicisque suggestis arcendum statuit: Athletarum præmia correxit: Eorum, qui in prælio occubuerunt, filios è publico enutriendos erudiendosque præcepit: de Curatoribus quid caverit: item de annulario sigillum alterius non retenturo: de erutis oculis, vide eundem.* Ubi & *quæ non posuisti ne tollas*, ἃ μὴ ἔθȣ, μὴ ἀνέλῃ & quidem sub capitis pœna: quemadmodum de Principe Ebrio sanxit. Cum tamen non statuit pœnam parricidis, Ut testatur *Cicero*. quia tantam impietatem fore non præsumebat. v. etiam *Val. Max.* lib. 5. cap. 9. & *Laert.* in vit. ejus. Addo, ci, quod suprà retuli de adulteriis, *Solonem*, ut ab iis cohiberet juventutem, coemptas meretriculas Athenis prostituisse

primum & in Vener. obvias esse voluisse, ne Matronarum contagio pollucrentur. sic *Philemon* in *Delphis* & *Nicander* Colophonius & ex iis *Athenæus* lib.3. Deipnosoph. v. & *Plutarch.* in ejus vita. Ubi & versus illius Philemonis adscribuntur. Etiam *Solonis* lege *Mœchum* interimere licebat, uti vult *Plutarch.* l. c. qui idem testatur etiam illum mandasse Atheniens. præter eos, qui sacra & genus ac stirpem Antiquissimam haberent, jus *Civitatis* nulli peregrino dari, nisi ei, qui perpetuo exilio expulsus patria esset, aut alicujus artis causa cum Penatibus Athenas commigrasset. licet hic etiam aliæ exceptiones fuerint, ut ostendit *Val.Max.* lib.3.c.7. exemplo *Cotys* & *Liv.* lib.31, in *Rhodiis*. Reliqua omitto. v. *Gell.* lib.11.c.18. addo tantum hoc; quod dicatur *Solon* jactasse leges suas à Minerva acceptas, ut plus authoritatis eis circumdaret. v. *Poliænum* lib.1. *Strat.* ubi de Lycurg. Et sciendum quoque multa ex legibus *Solonis* translata esse in 12. *tabulas*, ceu testatur *Cic.* lib. 2. de leg. moralium ejus sententiarum sive Apophthegmatum (præter quod suprà ἄ μὴ ἔθε &c.) compendium hoc desumi potest è *Laertio.* Scil. *Nil mentiendum: probitatem jure jurando*

do

do certiorem habendam; Principem prius edoctum esse debere, Ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι, *eidemque nisi optima consulenda, intellectum ducem esse debere, ne malè loquamur. Deos honorandos & parentes. Nihil homini metuendum, nisi ne felicitatem excludat. Neminem stultum tacere posse. Rectorem prius rectè, quàm populum, instituendum. Pravi hominis linguam acutiorem esse gladio. Si Principes & Majores secundum leges vixerint, quamque civitatem optimè regi posse.* quomodo hic *novum principum numerum ad sententias dicendas primus instituit ex Apollodoro tradit Laertius, ubi de sermone, Rege, legibus, silentio, de iis qui apud Tyrannos valent &c.* etiam ejus sententia fuit: μηδὲν ἄγαν i. Nil nimis. item: ὅρα τέλος μακροῦ βίου. i. *Specta vitæ longæ terminum.* quæ nata ex colloquio ejus cum Cræso de beatitudine quærente. v. Herodot. lib. 1. Laert. & Plutarch. in ejus vit. vid. & Ausonium in Sap. qui etiam sequentes huc spectantes versus adjicit:

Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata sunt,
Par pari jugator conjux. quicquid impar, dissidet.

Non erunt honores unquam fortuiti muneris.

Pulcrius multo parari, quam creari Nobilem.

Certa si decora sors est, quid cavere proderit.

Sive sint incerta cuncta, quid timere convenit.

Ex his constat, hunc Philosophum potissimum *moralibus*, ac *civilibus* philos. partibus fuisse intentum. quas Plinius jun. optimas esse vult. Id totidem verbis etiam nos docet *Plutarchus, qui sic Lat. redditur: pòst carminibus sententias inseruit Philosophicas intexuitque præcepta Civilis Sapientiæ, non ut eam memoriæ traderet, sed ut actionum rationes ita redderet: ac nonnullis in locis Athenienses adhortabatur, monebat, increpabat.* & pòst. *Ex omnibus partibus philosophiæ Moralis eam maxime amplexus quæ est de civitate instituenda: quod ei cum majori parte sapientum erat commune.* Sed physicæ hic Philosophus imperitus fuit. quod etiam sic refert *Plut.* d. l. *In ea vero* inquit, *quæ est de cognitione naturæ rudis admodum fuit & simplex.* quod patet è sequentibus ejus versibus:

Vis nivis ex nebula nec non & grandinis
extat.
Et tonitru à nitidi fulguris igne venit.
At pelagus venti perturbant: quod nisi
quisquam
commoveat: nil hoc justius orbis habet.
vid. plura in Elegiis ejus.

Unde verisimile hoc est, quod solam *Thaletis* Philosophiam ultrà usum ad contemplandum extulerit. & *Herodot.* lib. 1. §. 5. dicitur post leges latas Atheniens. *decem annos per causam contemplandi navigando peregrinatus & profectus in Ægyptum harum legum* (ad quas servandas eos jurejurando obstrinxerat) *& contemplandi gratia ad Hamasin se contulisse & Sardes ad Crœsum, qui & sic eum allocutus introducitur*: Hospes Ath. *quia multus ad nos rumor* (sic Latinè) *de te emanavit ob tuam Sapientiam tuamque discursationem, qui philosophando per multa videndi gratia es peregrinatus.* huc pertinet, quod & *Diodorus* lib. 1. Bibl. etiam refert, sc. eum Ægyptum petiisse *doctrinæ* gratia. & *Laert.* lib. 1. in ejus vit. eò venisse inquirendæ *veritatis* gratia & usque Thebas Ægyptias. Affirmat *Euseb.* lib. 10. de præp. Evang. cap. 2. ipsum venisse in Ægyptum, cum *He-*

Hebræi frequentes ibi habitarent. ipsique dictum esse, quod habet Plato in Timæo p. 22. Ed. Serr. ab Ægyptio, ô *Solon*, *Solon! Græci semper pueri estis. Senex Græcorum est nullus.* & vult *Theodoretus* lib. 1. de curat. Græc. aff. Illum ab *Hebræis* veri *Dei cognitionem* hausisse. Hactenus valere poterat, quod ipsius dictum fertur ap. *Dion. Chrysost.* orat. 8. γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος. ita ut præcipuè ad hominis ætatem attentior factus sit septenarioque numero totam eam finiverit. idque scripsisse sc. *in suis Elegiis.* ut testatur *Censorinus* de die natali cap. XI. & sic c. 15. ejus partes facit decem, ut terminum statuat Septuagesimum annum, uti etiam constat è colloquio ejus cum Crœso apud *Herodotum* lib. 1. ἐς γὰρ, inquit, ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζωῆς ἀνθρώπῳ προτίθημι. i. *ad septuaginta annos terminum vitæ homini propono.* v. Diog. Laert. ubi infertur Mimnernium increpasse, cum scripsisset, sexagesimum annum fatalem esse, monens ut octuagesimum scriberet. Solonis sententiam in priori loco Censorinus dicit, *Judæos in dierum omnium numeris sequi.* Et *Etruscorum* (qui multa dicuntur à Jud. derivasse in sua sacra) *libros Rituales vi-*

videri indicare. cum jam ante dixerat *Moses* Pſalm. 90. verſ. 10. ימי שנותינו בהם שבעים שנה ואם בגבורות שמונים שנה׃ i.e. αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη. Etiam hic *Solon* primus Trigeſimum diem menſis ἕνην καὶ νέαν appellavit, ut teſtatur *Laert.* in ejus vit. & ibidem Athenienſes monuit ut dies ſecundum Lunæ curſum (κατὰ σελήνην) agerent. De fato & *Deorum* providentia quid ſenſerit vid. in Elegiis ejus. Præterea quomodo hic *Solon* fidem exegerit in cognoſcenda veritate, docet *Theodoretus* eo citato lib. 1. de curat. Græc. affect. ſic Lat.; *Neque ſine ipſa fide poteſt intellectus ea videre, quæ intelligenda ſunt. hoc* & *Solon ipſe ita ſubinnuit:* Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι μέτρον.

i. *Difficile eſt animo abſtruſum cognoſcere mentis*
Conſilium, fines quod ſolum tendit in omnes.

Hæc de illis. Plura v. in Elegiis ejus. Cæterùm initio ſcripſiſſe *Solonem* etiam (nam & *Poeſeos* quoque ſtudioſus erat) præcepta dicit *Laertius*, quorum meminit. additque etiam ſcripſiſſe leges, conciones

&

& ad se exhortatoria (εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας) ac *Elegia* de Salamine. quorum meminit *Censorinus* de die natal. cap. 14. quæ extant apud Philonem Judæum περὶ κοσμοποιΐας pag. 16. & *Clem*. Alexandr. στρωμ. 6. pag. 291. Et *Ambrosius* lib. 6. Ep. 39 etiam de iis tradit quædam & nonnulla ex iis separatim edita quoque circumferuntur. Addit *Laertius* ipsum etiam scripsisse de Atheniensium Republ. ἔπη πεντακισχίλια, ad quinque millia versuum. item *Iambos* atque *Epodos*. reliquis brevitatis studio supersedeo.

CAP. X.

Chilo *quis & quando vixit, quid & quomodo scripsit. quid de* Deo *sensit. quæ moralia dixit & præcepit.* Periander *quis & qualis fuit; quando vixit. Quid scripsit, dixit & præcepit.*

CHilo Lacedæmonius Domageti fil. Ephorus fuit jam Senex circa quinquagesimam quintam Olympiadem, ut habet *Laertius* lib. 1. in vit. ejus. v. *Augustin.* lib. 11. civit. c. 25. inter Sapientes eum fuisse testatur Imagini ejus inscriprum Epigramma sequens:

Τὸν δὲ δορυστέφανος Σπάρτα Χείλων' ἐφύτευσεν,

'Os

Ὃς τ᾽ ἑπτὰ σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίῃ.

Hoc eſt:

Hic Sapiens fortunatus Lacedæmona Chilon
Qui è numero ſeptem maximus unus erat.

Gellius lib. 1. cap. 3. eum appellat unum ex inclyto numero *Sapientum*, & pòſt *præſtabilem Sapientia*. Scripſit Elegiam ad verſus ferè ducentos & *Laconiſmum* ſemper obſervaſſe fertur, unde ſtrictus loquendi modus ab Ariſtagora Mileſio *Chilonius* appellatus eſt. v. & Auſonium in Sap. Sic teſtatur idem *Diogenes*, qui & refert ipſum dixiſſe πρόνοιαν περὶ τοῦ μέλλοντος. i. e. *futurorum providentiam, ratione comprehendi poſſe pro virtute viri*. Admodum patientem fuiſſe idem narrat: ingratum nunquam fuiſſe; licet modicè motum, quod amicum & legem ſimul ſervare ſtuduerit in judicio. vid. & Gellium lib. 1. cap. 3. ubi plura. Ipſique conſtitiſſe roganti, ὁ Ζεὺς τί εἴη ποιῶν. i. e. *quid faceret Iupiter?* Reſp. τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν. i. e. *Excelſa humiliare & humilia extollere*. Item roganti quo differant *periti ab imperitis*, reſpondiſſe; ἐλπίσι ἀγαθαῖς i. e. *bona ſpe*, ac dixiſſe difficile eſſe, *arcana reticere & otium rectè diſpen-*

dispensare & injurias tolerare. Præcepta quoque moralia dedit; quæ Oracula *Plinius* lib. 7. cap. 32. vocat, ubi; *Mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio. tria præcepta ejus Delphis consecrando aut eis literis* quæ sunt hæc: *Nosse se quemque* & *nihil nimium capere, comitemque æris alieni atque litis esse miseriam*. v. *Plutarch*. in libr. περὶ τοῦ εἰ ἐν Δέλφ. De primo v. & *Auson*. in *Sapient*. secundum ei *Pindarus* & *Critias* tribuunt. v. & *Clem. Alex*. lib. 1. στρωμ. pag. 300. alii *Thaleti*, *Theophrastus Sisypho*. al. *Sodamo*. Reliqua petenda è *Laertio*, quorum synopsis hæc sic è Græco versa: *Linguam semper quidem, sed præcipuè in convivio compescendam, proximo non maledicendum, nulli intentandas minas, promptius ad amicorum adversos casus, quàm ad secundos successus accurrendum. Vxorem humilem apparatu modico ducendam, mortuo non maledicendum, honorandam senectutem, cavendum sibi ipsi, damnum potiùs quàm turpe lucrum eligendum, fortuna elato non arridendum, fortem mansuetum esse oportere, ut proximi non tam metuant quàm revereantur, discendum domui suæ ritè præesse, linguam non oportere animo praire. Superandam iracundiam,*

diam, Divinationem non execrandam, impossibilia non appetenda, in via non festinandum, inter loquendum non agitandam manum, obtemperandum legibus, quietem adamandam. Τῶν ᾀδομένων αὐτοῦ, inquit, μάλιστα εὐδοκίμησεν ἐκεῖνο. Sc. *Lapideis cotibus aurum examinari*, ἐν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται. *Auro autem bonorum malorumque hominum mentem cujusmodi sit, comprobari*, ἐν χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδωκ᾽ ἔλεγχον. quæ similia & reliqua sunt ejus sic describit *Ausonius* in *Sap:*

Nolo minor me timeat despiciatque major.
Vive memor mortis, uti sis memor & salutis.
Tristia cuncta exsuperans aut animo aut amico.
Tu bene si quid facias non meminisse fas est.
Quæ benefacta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quæ parilis juventæ.
Illa juventa est gravior, quæ similis senectæ.

Hæc de illo. cui adjungo *Periandrum* Corinthium Cypseli fil. Hic nihil fere habet, quod laudem mereatur, cum civitatis suæ Tyrannus fuerit crudeliterque Magistratum exercuerit, ira, incestu, furto publico & perjurio insignis. Et ideo è *Sa-*

pientum numero excisus à quibusdam. Licet *Sotion*, *Heroclides* & *Pamphilas* apud *Laert*. non hunc Corinthium Tyrannum, sed alterum quendam Periandrum *Sapientem* fuisse Ambraciæque natum velint. Ideo *Plato* Corinthium negat. aliter *Aristoteles* ibid. Elegorum scriptor dicitur *Athenæo* lib. 14. Deipnosoph. cap. 8. sive ille sit alius. Et scripsisse dicitur *Laertio* ὑποθήκας ad duo millia versuum. Fertur Claruisse circa Trigesimam octavam Olymp. teste *Laertio*. Qui quæ dixit ille olim sic tradit. *Nihil pecuniarum gratia agendum. Illis qui regnare velint summa ope nitendum ut benevolentia, non armis stipentur. Bonam rem esse quietem & periculosam temeritatem. Turpe, lucrum. populi administrationem Tyrannide præstantiorem esse. Voluptates corruptibiles, honores immortales esse. Esse oportere in secundis moderatum, in aduersis prudentem. Amicis & felicibus & infelicibus eundem se prabere oportere. Quod promiserimus, servandum. Secreta non esse revelanda. non peccantes modo, sed & peccare gestientes puniendos.* Prætereà ipsius & hoc; μελέτη τὸ πᾶν. i. e. *Exercitatio potest omnia*, ap. Eundem *Laert*. & *Clem*. lib. 1. ϛρωμ. pag. 300.
his

his addimus quæ cecinit *Ausonius* in *Sap:*

Nunquam discrepat utile à decoro.
Plus est sollicitus, magis beatus
Mortem optare malum, timere pejus.
Facis; ut libeat quod est necesse.
Multis terribilis, caveto multos.
Si fortuna juvat, caveto tolli.
Si fortuna tonat, caveto mergi.

Cap. XI.

Cleobulus *quis. ejus peregrinatio. quæ dixit ac præcepit moralia & civilia.* Bias *quis & qualis Sap. & Rhetor. Ejus præcepta moralia & civilia; quæ ap. omnes Sapientes (ubi & cur sic dicti vulgò) brevia & juxta Clem. ad imitationem Hebræorum prodita.*

CLeobulus Lindius Evagoræ filius (de quo ut *Sap. August.* lib. 18. civit. cap. 25.) sic amplexus est Studium *Sapientiæ* ut etiam aliorum instituto aliunde quàm è patria illam petere instituerit. Ideo in Ægyptum tunc omnis eruditionis Parentem habitam ivit, quod etiam testatur *Laertius* lib. I. in ejus vita ubi; μεταχεῖν τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φιλοσοφίας. i. e. *percipiendæ Philosophiæ gratia, quæ in Ægypto erat.* Cui etiam dicitur scripsisse, ἄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. i. e. *carmina & obscuras sententias ad tria millia*

verſuum. Ubi quoque legere eſt Midæ Mauſoleo inſcriptum Epigramma ejus, & de anno, atque habuiſſe filiam *Cleobulinam* hexametrorum ænigmatum vatem. Ipſius τ̃ ἀδομθύων (ſic *Laertius*) ſequentia ſunt: *Imperitiam in omnibus majori ex parte dominari & multitudinem verborum, ſed tempus ſufficere. Studendum ut Sentiamus & Sapiamus illuſtre aliquid & inclytum*, Φρόνει τὸ χεδνόν. *nec inanem & ingratum eſſe oportere. filias nuptui locandas ætate Virgines: ſed prudentia & ſenſu mulieres. Amicos beneficiis fovendos, ut amiciores ſint; Inimicos autem amicos faciendos. Deliberandum, quid ſit agendum priuſquam domo egrediamur, & reverſis recogitandum, quid actum ſit. Corpus ritè exercendum. Audiendi magis, quam loquendi ſtudioſum eſſe oportere* & *intentum ſtudiis potius, quàm indoctum eſſe. Linguam non maledicam eſſe oportere. Proprium* virtutis *eſſe alienum à vitio, injuſtitiam fugere. Civitati ea conſulenda quæ ſunt* optima. Voluptatem *frenandam. Vi nihil agendum. Erudiendos* liberos. Inimicitias *ſolvendas. Cum* muliere *neque blanditiis agendum neque præſentibus extraneis jurgandum.* γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖσθαι μηδὲ μάχεσθαι ἀλλοτρίων παρόντων.

ϛόντων. *famulum vino hilarem non puniendum.* Uxorem *sibi parem eligendam*, rationem addit: Ἂν γὰρ καὶ τῶν κρειττόνων λάβῃς, δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγενέας. i. e. *Nam si clariorem te duxeris Affines dominos habebis.* item: *iis qui convitiis perstringuntur non esse insultandum. Non* superbiendum *secunda fortuna, & adversa non frangi debere.* Etiam ejus fuisse (ut & *Solonis*) hoc; μέτρον ἄριστον, i. e. modus optimus est, dicit *Clemens* Alex. lib. I. στρωμ. pag. 300. authoritate Didymi. Sic de ejus dictis *Ausonius* in Sap.

Quantò plus liceat, tam lubeat minus.
Fortunæ invidiæ est immeritus miser.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoscas aliis multa; nihil tibi.
Parcit quisque bonis: perdere vult malos.
Malorum meritis gloria non datur.
Turpis sæpe datur fama minoribus.

Hæc de illo. Septem *Sapientum* vulgò sic dictorum hic agmen claudat *Bias* Prienæus Teutami filius, Qui quoque *Sapiens habitus est unus è Septem* à *Cicerone* de amicit. 60. & *Augustin.* lib. 18. cap. 25. *virum Sapientem ac nobilem eum* appellat *Gellius* lib. 5. cap. XI. Apud *Laertium* lib.

1. in ejus vit. *Satyrus* eum omnibus aliis Sapientibus prætulit. *Valerius Max.* lib. 7. cap. 3. ext. 3. *Bias cujus Sapientia diuturnior quàm patria Priene fuit.* Etiam ei specialiter tripoda esse exhibitam idem refert. & κόσμος μέγας dicitur fuisse Ἴωσι in suo Epitaphio. Optimum illum oratorem fuisse sic testatur *Laertius:* Λέγεται δὲ καὶ δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. Ἐπ' ἀγαθῷ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ προσεχρῆτο. ὅθεν καὶ Δημόδικος ὁ Ἀλειεὺς τοῦτο αἰνίττεται, λέγων. Ἢν τύχῃς κρίνων, δικάζει τὴν Πριηνίην δίκην. Id est, *Fertur & in causis orandis summus atque vehementissimus fuisse, bonam tamen in partem dicendi vim exercere solitus: Idque Demonicum Alirium significasse, cum diceret; oratori Prienæam causam esse imitandam &c.* Dicitur quoque consiliis & prudentia sua patriam graviter ab Halyatte Lydorum Rege Crœsi patre obsessam liberasse. & ipsi Regi dixisse. Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν. i. e. *Alyatten cepas edere & flere jubeo.* Scripsisse dicitur de Jonia ad duo milla versuum, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη. i. e. *quanam ratione quis felix esse posset.* τῶν ᾀδομένων ejus hæc sit Synopsis è *Laertio. Studendum civibus omnibus*

bus placere. Corpore valere naturæ munus esse. patriæ v. utilia dicere, animi & prudentiæ proprium. Pecuniarum copiam plurimis forte obvenisse. Infelicem esse, qui ferre nequiret infelicitatem. Morbum animæ esse, impossibilia amare & appetere, alieni verò incommodi non meminisse. Difficile esse ferre fortiter mutationem rerum in deterius. Si quid agendum, lentè cæptandum, & firmiter electis insistendum. Non citò loquendum. prudentiam diligendam. De Diis *ita ut sunt loquendum. Indignum hominem divitiarum gratia non laudandum. persuadentem accipere debere, non cogentem. Quicquid boni actum, in Deos referendum. Viatici loco à juventute ad senectam Sapientiam esse comparandam, quæ sola sit vera possessio.* Item dicebat, *vitæ tempus esse mensurandum, quasi diu & parum victuri sumus. ita amandum, quasi odio simus habituri.* de quo v. etiam *Valer. Max.* lib.7. cap.3. in ext. 3. In tempestate versans aliis Deos invocantibus dicebat, σιγᾶτε μὴ αἴσθωνταί ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας. i. e. *Silete ne vos hic navigare illi sentiant.* Percontanti impio *homini quod* pietas *esset?* nihil respondit. Et causam sciscitanti dixit: *quia de rebus*

ad me nil pertinentibus quæris. Item, rogatus quid esset *dulce* hominibus? Respondit, *Spes*, &c. Etiam, cum quæretur, quid nam faciens homo delectaretur, *Lucrans*, inquit. Præ cæteris pecuculiare ejus dictum fertur, οἱ πλεῖστοι κακοί. i. e. *plures mali sunt*, etiam ap. *Laert.* v. & *Clem. Alex.* lib. 1 στρωμ. pag. 300. sicut & illud; *omnia bona mecum porto*, ut *Cicero* in paradoxis scribit. quod miror nec à Græcis neque à *Laertio* expressum. Adjiciamus quæ carmine suo prodidit de Biante *Ausonius* in Sap.

Quænam summa boni? mens quæ sibi conscia recti.
Pernicies homini quæ maxima? solus homo alter.
Quis dives? qui nihil cupiat: quis pauper? Avarus.
Quæ dos matronæ pulcerrima? vita pudica.
Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? quum possit, nolle nocere.
Quid stulti proprium? posse & velle nocere.

Præterea quod hic *Bias* rogatus à quodam, deberetne uxorem ducere, an vitam cælibem

libem vivere responderit; ἤτοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχρὰν καὶ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινὴν, εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινὴν, vide plur. ap. *Gell.* lib. 5. c. 11. Et hic claudam *Sapientum* paginam nec, quos tradit insuper *Laertius*, hic memorabo. Addo tantum, *quod omnes hi Sapientes*, ut loquitur *Augustinus* lib. 18. c. 25. Civit. *appellati sunt, qui post Poetas, & Theologos claruerunt, qui genere vitæ quadam laudabilia præstabant hominibus cæteris & morum nonnulla præcepta sententiarum brevitate complexi sint.* Sic totidem fere verbis *Euseb.* lib. 10. præp. Præter alios ut posteà videbimus etiam *Clemens Al.* lib. 1. στρωμ. p. 299. putat in illa Βραχυλογίᾳ sentent. eos imitatos esse *Hebræos*, ubi sic. Ὁ τρόπος ὁ παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίας ὡς Ἑβραϊκὸς καὶ αἰνιγματώδης, ἤδη ἐπισκεπτέος. Βραχυλογίαν γ' οὖν ἠσπάζοντο τὴν παραινετικὴν τὴν ὠφελιμωτάτην. i. e. *quod modus ejus, qui fuit apud eos Philosophiæ, fuerit Hebraicus & ænigmaticus &c. brevitatem itaque amplectebantur, quæ est admonitoria & utilissima.* Et citra sententias memoratas *nihil*, ut *Augustinus* ait, *monumentotorum, quod ad Literas attinet, posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibeatur: Et Thales*

Physicus fuerit ac suorum dogmatum libros dederit. Addo; quod nonnulli, quos inter *Solon* & *Bias*, etiam carmina fecisse dicti sunt. Jam veniendum ad reliquos, Jonicos Philosophos communiter sic nominatos, de quibus proximè sequenti libro.

PARTIS PRIMÆ
LIBER SECUNDUS
De Philosophia Veterum Philosophor.

CAP. I.

Anaximander *qualis Philosophus, cujus discipulus & quomodo vixit. Quid de Deo & principio rerum statuit.* Item *de mundo, sideribus cæt. Sole ac Luna, de terra, meteoris, & mari: de hominis origine: de anima. quid hic in rebus Mathematicis invenit & sensit* &c.

POst *Thaletem* Jonicæ Philosophiæ (licet Pythagoras posteà memorandus *Philosophus* tantum dici voluerit) summus cultor fuisse traditur *Anaximander* Milesius Praxiadæ filius à *Laertio* in proœmio & lib. 2.

in ejus vita. qui, ut suprà, duo Philosophiæ principia ponit, quorum alterum ab *Anaximandro*, alterum à Pythagora defluxisse vult. non tamen excludendo *Thaletem*, qui ejus præceptor fuit juxta eundem l. c. & Sext. *Empiric.* lib. 8. contr. Math. & *Augustin.* lib. 8. de civ. Dei cap. 2. & *Strab.* lib. 1. *Geogr.* p. m. 6. qui eum *Anax.* Θαλȣ̃ γεγονότα γνώριμον ϗ πολίτην. i. familiarem & civem etiam appellat. & lib. 14. p. 605. ipsum Θαλȣ̃ ἑνὸς τῶ ἑπ̃τὰ σοφῶν τȣ̃ πρώτȣ φυσιολογίας ἄρξαντος ἐν Ἕλλησι ϗ Μαθηματικῆς Μαθητὴν. i. e. *Thaletis unius è septem Sap. qui primus physiologiæ & Mathematicæ author fuit, inter Græcos, discipulum fuisse dicit.* v. & *Euseb.* lib. 1. præp. Ev. c. 5. Qui eo argumento quoque φυσικὸς dictus est teste *Iamblicho* in vit. Pyth. cap. 2. alius hic est ab eo qui historias scripsit ap. *Laert.* *Plinio* dicitur lib. 2. cap. 8. *rerum fores primus aperuisse.* Vixisse dicitur *Diogeni* secundo anno quinquagesimæ octavæ Olympiadis. Sic quoque *Plinio* l. c. tuncque ætatis annum egisse sexagesimum quartum. Hic juxta *Clementem* in admonit. ad Gentes pag. 43. τὸ ἄπειρον. i. e. *infinitum pro Deo habuit.* quod principium rerum esse volebat. nec

ab

ab elemento distinguebat. Sic *Sext. Empiricus* lib.8. contra Math. ubi de corpore tractat: ἔλεξε πάντων εἶναι ἀρχὴν τὸ ἄπειρον. i. e. *dixit omnium rerum principium sive causam esse infinitum. Euseb.* lib.1. de præp. Ev. cap. 5. τὸ ἄπειρον φάναι τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως τε καὶ φθορᾶς. i. e. *infinitum videri habere omnem causam generationis & corruptionis, quæ fiunt in mundo.* ubi text. Græc. ab aliis malè versus alium sensum inferret. *Augustin.* lib.8. de civit. cap.2. *quæ rerum principia singularum credidit infinita.* v. *Plutarch.* de placit. Phil. lib. 1. cap.5. *Euseb.* lib. 14. cap. 5. *Theodoret.* lib.2. in princip. & *Laert.* lib. 2. in vit. ejus. Ἔφασκεν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὸ ἄπειρον, οὐ διορίζων ἀέρα ἢ ὕδωρ ἢ ἄλλό τι. i. e. *Principium sive elementum immensum & infinitum esse dixit, non tamen definiens aëra & aquam aut aliud quidpiam esse.* Sic etiam *Plutarch.* loc. cit. & addit *Laert.* καὶ τὰ μὲν μέρη μεταβάλλειν, τὸ δὲ πᾶν ἀμετάβλητον εἶναι. i. e. *Partes quidem ejus immutari, totum vero immutabile esse.* Ubi illud πᾶν illum mundum esse voluisse constat teste *Theodoreto* lib.4. de cur. Græc. affect. qui dicit *Mundum unum tantum eum constituisse. Euseb.* lib.

1.præp.

1. præp. cap. 5. mundos autem, quos plures appellavit, esse stellas eum existimasse vult *Cicero* lib. 1. de nat. Deor. *quas nativos esse Deos longis intervallis orientes occidentesque & innumerabiles esse mundos ibidem dicit.* v. *quoque Aristotelem* lib. 1. phys. auscultat. *Eusebius* lib. 1. προπαρασκ. cap. 5. dicit ipsum voluisse ἐξ ἑ sc. παντὸς τοῦ ἀπείρου ἀποκέκρισθαι καὶ καθόλου τοὺς ἅπαντας ἀπείρους ὄντας κόσμους. Observandum autem quod dicit *Augustin.* loco cit. quod *neque hic Philosophus aliquid Divinæ menti* in his rerum operationibus tribuebat. Et in hoc reprehenditur à *Plutarcho*, quod, cum materiam substituat, efficientem tollat. Tradit tamen *Euseb.* lib. 1. cap. 5. ex ipsius sent: Τὸ ἄπειρον πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς. quomodo autem dicta generatio mundi & cæli ac stellarum facta sit juxta ipsum dicto loco tradit *Euseb.* ἀπεφήνατο δὲ, inquit, τὴν φθορὰν γίνεσθαι καὶ πολὺ πρότερον τὴν γένεσιν, ἐξ ἀπείρου αἰῶνος ἀνακυκλουμένων πάντων αὐτῶν. ubi pro γίνεσθαι putem legendum γενέσθαι, ut sit sensus. *ostendit autem corruptionem factam esse & multò prius generationem ex infinito seculo omnibus illis invicem circumvolutis. Sc:*

hic

hic quoque textus Gr. ab aliis male versus est. Ex Laertio suprà constitit, ipsum hac constitutione rerum facta partes jam subinde mutari, totum v. id est mundum immutabilem esse. quod intelligendum puto secundum universalem mutationem. Supra è *Cicerone* diximus hunc *Stellas* constituisse *Deos*, quod etiam tradit *Plutarch.* lib. 1. de placit. Phil. cap. 7. *Eusebius* l. c. monstrat ejus sententiam de generatione stellarum. Φησὶ δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀϊδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀποκριθῆναι καί τινα ἐκ τούτου φλογὸς σφαῖραν περιφυῆναι τῷ περὶ τὴν γῆν ἀέρι, ὡς τῷ δένδρῳ φλοιόν. ἧς τινος ἀποῤῥαγείσης καὶ εἴς τινας ἀποκλεισθείσης κύκλους, ὑποστῆναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας. i. e. *Dixit vim generativam ex æterno calore & frigore circa originem hujus mundi separatam fuisse & quandam ex eo sphæram flammæ circumnatam aeri, qui est circa terram, ut cortex arbori circumnascitur, qua avulsa & in quosdam circulos conclusa constitui Solem Lunam & stellas.* Quæ explicans *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græc. affect. sic dicit Lat. *Anaximander stellas dixit esse aeris quasdam compositiones in orbem globumque coactas, tum differtas igne flam-*

flammas à quibusdam apertionibus jaculari. Et *Stellas moveri à circulis & orbibus quibus quævis insistit.* ap. *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. c. 16. de loco *Solis* & *Lunæ* sic *Plutarchus* lib. 2. de placit. Phil. cap. 15. *Soli* in *cœlo fecit locum proximèque Lunam subjecit.* De magnitudine solis sic *Laert.* lib. 2. in ejus vit. τὸν ἥλιον ἐκ ἐλάττονα τ̃ γῆς εἶναι. aliter ap. *Plut.* eod. lib. c. 20. *Solem esse circulum cujus duodecima pars terræ molem æquet.* Et cap. 21. *Solem terræ æqualem* esse, *circuli autem à quo erumpit habitu & in quo fertur quantitate molem terræ vicies octies contineri.* Ideo forsan *Theodoretus* lib. 1. de curat. Græc. aff. asserit illum putasse vicies septies *Solem* esse majorem terra. v. eundem lib. 4. Gr. aff. de substantia solis sic apud *Plutarch.* lib. 2. pl. Phil. c. 20. Quod *Sol sit ignis.* Et ap. *Laert.* l. c. ἥλιον εἶναι καθαρώτατον πῦρ. i. e. *purissimum ignem.* Addit *Plut.* *Etiam orbita præditum qualis fere est rotis curruum ignis plena, qui quadam exparte effulgeat per orificium tanquam per fistulæ foramen.* *Eclipsin Solis* dicebat fieri tradente *Plut.* eodem libr. cap. 24. quando *obturatur foramen per quod ignis exspirat.* De *Luna* sic ap. *Plutarch.* ejusdem lib. cap. 25. *Scil. circulum esse* novende-

vendecuplum proportione terræ, itidem ut *Solem* ignis plenum cap. 28. *Lunam* proprium habere lumen sed rarius. Juxtà *Laertium* l. c. τὴν τε σελήνην ψευτοφανῆ καὶ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι. i. e. *Falso lumine lucere & à Sole illustrari. Luminis defectum* ei accidere teste *Plut.* cap. 25. ob inversionem rotæ currus, quæ habeat orbitam concavam igne repletam unoque exspirandi foramine præditam. & cap. 29. *Defectum* ejus fieri osculo rotæ obstructo. De *terra* sic: Apud *Euseb.* lib. 1. cap. 5. ὑπάρχειν δέ φησι τῷ μὲν σχήματι μὲν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ τοσοῦτον βάθος ὅσον ἂν εἴη τρίτον πρὸς τὸ πλάτος. Id est, *Esse autem dicit terram formâ cylindricâ & habere tantam profunditatem quanta esset tertia pars ad latitudinem.* Juxtà *Laertium* dixit σφαιροειδῆ. i. e. *rotundam*, *sive globosam.* ap. *Plutarch.* lib. 3. cap. 10. terræ figuram dedit planæ columnæ lapideæ. Eandem putavit in medio infinito durare sive quiescere centrique vicem habere. sic *Laert.* Μέσην τε τὴν γῆν κεῖσθαι κέντρου τάξιν ἔχουσαν. Sic quoque apud *Plutarch.* plenius hoc *Aritosteles* lib. 2. de cælo cap. 13. sic ille; Εἰσὶ δέ τινες οἳ διὰ τὴν ὁμοιότητα φασὶν αὐτὴν μένειν, ὥσπερ τῶν ἀρχαίων Ἀναξί-

Ἀναξίμανδρος. Et rationem quoque addit: μᾶλλον γὰρ οὐθὲν ἄνω ἢ κάτω ἢ εἰς τὰ πλάγια φέρεσθαι προσήκει τὸ ἐπὶ τοῦ μέσου ἱδρυμένον καὶ ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα ἔχον. ἅμα δ' ἀδύνατον εἰς τἀναντία ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν ὥστε ἐξ ἀνάγκης μένειν. i. e. *Sunt autem, qui quiescere ipsam sc. terram ob similitudinem dicunt. Vt ex Veteribus Anaximander dicebat. Id enim, inquiunt, quod est in medio locatum & aquè ad extrema se habet, non ad supera magis quam ad infera aut versus latera ferri oportere & simul ad contraria moveri non posse, quàm necessariò illud quiescere dicunt.* De *tonitru & fulgure* hoc sensit hic Philos. apud *Plutarch.* lib. 3. de placit. Philos. cap. 3. quod ab aere gignatur, cum is densa comprehensus nube vi erumpit ob suam partium tenuitatem & levitatem ac ruptura *Sonitum* edi. divulsione nubis facta juxta nigredinem nubis *fulgorem*. Idem hic, ut *Seneca* lib. 2. N. Q cap. 18. omnia ad Spiritum retulit, *tonitrua*, inquit, *facit nubis icta sonus*. vid. & ibidem, cur inæqualia sint & etiam sereno cœlo fiant cap. 19. *Ventum* dixit esse fluxionem aeris motis in eo à sole & colliquatis partibus tenuissimis humidissimisque teste *Plutarcho* 3. de placit.

Phil. cap. 7. de *Mari* sic. Apud *Plutarch.* lib. 3. de pl. Phil. cap. 16. *Mare* esse primi humoris reliquias, quarum major pars ab igne exsiccata est, & reliquum ob ardorem est mutatum. De hoc plenius sic *Aristoteles* lib. 2. meteor. cap. 1. εἶναι γὰρ, inquit, τὸ πρῶτον ὑγρὸν ἅπαντα τὸν περὶ τὴν γῆν τόπον. ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηραινόμενον, τὸ μὲν διατμίσαν, πνεύματα καὶ τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης φάσιν ποιεῖν. τὸ δὲ λειφθὲν, θάλατταν εἶναι. i. e. *Totum locum, qui circum undique terra innititur principio humidum, mox fervore Solis exsiccatum esse. quod in vaporem transit, flatus conversionesque Solis & Lunæ efficere, quod superest* mare *esse. De hominis* origine sic ap. *Euseb.* lib. 1. præp. c. 5. Ἔτι φησὶν ὅτι κατ' ἀρχὰς ἐξ ἀλλοειδῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος ἐγεννήθη. Ἐκ τοῦ τὰ μὲν ἄλλα δι' ἑαυτῶν ταχὺ νέμεσθαι. μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον πολυχρονίου δεῖσθαι τιθηνήσεως. διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς οὐκ ἄν ποτε τοιοῦτον ὄντα διασωθῆναι. i. e. *Dicit insuper quod homo ex animalibus aliarum specierum sit prognatus. Eo quod quidem alia à se ipsis citò pascantur. Solum autem hominem diuturna lactatione. quare nisi talis esset ab initio, non posset servari.* De animalibus & hominibus simul apud Censorinum de die nat. cap. 4.

cap. 4. *Dicit videri sibi ex aqua terraque calefactis exortos esse sive pisces sive piscibus simillima animalia: In his homines concrevisse fœtusque ad pubertatem intus retentos tum demum ruptis illis, viros mulieresque qui se jam alere possent, processisse.* vid. *Plutarch.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 19. & lib. 8. Symp. quæst. 8. f. *Animam*, dixit hic Phil. aeriam, ut testatur *Theodoret.* lib. 5. de Græc. aff. curat. hæc de ipsius plerisque placitis. Adde è *Laertio* quod rerum Mathematicarum non fuerit rudis. dicit enim ille: εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι. i. e. *primus Gnomonem invenit ipsumque Lacedæmone in loco captandæ umbræ idoneo statuit.* Addit: κατά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα. i. e. *quò (ut ait Pharorinus in omnimoda historia) conversiones solis & æquinoctia notaret.* Cui accedit, quod refert *Plinius* lib. 2. n. Hist. cap. 1. signiferi *modò inventionibus non dilatis obliquitatem ejus intellexisse hoc est rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur primus.* licet hoc alii Pythagoræ vendicent ut postcà intelligemus. Addit *Laertius*; ὡροσκόπια κατεσκεύασε καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν,

 ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. i. e. *Horoscopia quoque fabricatus est ac primus terræ marisque circuitus scripsit & sphæram insuper descripsit.* quod ultimum de sphæra etiam testatur *Plinius* lib. 7. cap. 56. *Theon* etiam Smyrnæus ab Eudemo in historia Astrologica ait tradi *Anaximandrum* invenisse ὅτι ἐστὶν γῆ μετέωρος καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον. i. e. *quod terra sit in sublimi pendens & moveatur circa mundi medium.* Quomodo etiam hic Philosophus Lacedæmoniis prædixerit terræ motum, quo urbs eorum corruit, testatur idem *Plin.* lib. 2. cap. 79. unde constat illum & in sciatericis, & Astronomicis sive Astrologicis & Geographicis Satis versatum pro modulo illius seculi fuisse.

CAP. II.

Anaximenes *quis & quando vixit, quæ rerum principia statuit, quid* Deum *fecerit. quid de cælestibus corporibus, & terra. Item de meteoris & anima. quæ invenerit in Mathematicis.*

ANaximenes Milesius Anaximandri discipulus & successor (ut est apud *Laertium* lib. 2. in ejus vit. & *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. Et *Theodoret.* de curat. Gr. aff. lib. 2. & ante eum *Strab.* lib. 14. p. m. 605.

605.) natus dicitur ap. *Laert.* Olympiad. LXIII. ex Apollodoro & Crœsi tempore vixisse. Sed videtur dictus annus corruptus. Nam clarus jam erat Olymp. LVI. anno 2. ut monet *Eusebius* in Chronic. & Jönicæ sectæ calculus habet. Et quod ille dicit tempore captarum Sardium hoc obtinuisse. Sciendum quod etiam Sardes captæ erant ante natalem hunc à *Laertio* traditum. Cum ea urbs in potestatem Cyri venit anno tertio Olympiadis LVIII. vel potius anno primo Olympiad. LIX. *Hic omnes rerum causas*, ut habet *Augustinus* lib. 8. de civit. Dei cap. 2. *Infinito aëri dedit. nec Deos negavit aut tacuit: non tamen ab ipsis aërem factum, sed ipsos ex aëre ortos credidit.* v. *Clem. Alex.* in admonit. ad gent. p. 42. Lactantius lib. 1. cap. 5. *Anaximenes æthera dicit esse summum Deum.* v. *Augustin.* lib. 10. confess. cap. 6. & Epist. 61. ad *Dioscorum.* & de curiosis quæstion. Epist. 56. v. *Stobæus* Eclog. Phys. c. 2. *Epiphanius* de fide Eccles. Cath. *Cicero* lib. 1. de nat. *Deor.* & lib. 4. Acad. q. & *Nemesius* περὶ φύσεως ἀνθρώπου. cap. 5. & *Plutarch.* de placit. Philos. lib. 1. cap. 3. §. 2. *Laertius* lib. 2. in vita ejus: οὗτος ἀρχὴν ἀέρα εἶπε καὶ τὸ ἄπειρον. i. e. *hic initium*

tium dixit aëra & infinitum. Euseb. lib. 1. præp. cap. 5. Ἀναξαμένην δὲ φασὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν ἀέρα εἰπεῖν καὶ τοῦτον εἶναι τῷ μὲν γένει ἄπειρον ταῖς δὲ περὶ αὐτὸν ποιότησιν ὡρισμένον, γεννᾶσθαι δὲ πάντα κατά τινα πύκνωσιν τούτου καὶ πάλιν ἀραίωσιν. i.e. *Anaximenem autem dicunt causarum omnium rerum esse aërem putare. & eum quidem genere infinitum, qualitatibus autem satis definitum, cujus condensatione ac rarefactione cuncta gigni arbitratur.* v. *Theodoret.* lib. de curat. Græc. aff. *Stob.* Eclog. Phys. cap. 2. *Epiphanius* de fide Eccles. Cath. *Sext. Empiric.* lib. 8. advers. Math. ubi de corpore. simpliciter dicit: Ἀναξιμένης ἔλεξε πάντων εἶναι ἀρχὴν ἀέρα. v. & *Euseb.* lib. 14. præp. cap. 5. *Cicero* lib. 1. de natur. Deor. amplius. *Anaximenes aëra Deum statuit eumque gigni esseque immensum & infinitum & semper in motu.* & ita de eo dicit *Euseb.* l. cit. eum facere τὴν γενικὴν κίνησιν ἐξ αἰῶνος ὑπάρχειν. i. e. *motus ab æterno esse. Mundum* quoque unum esse statuit teste *Theodoreto* lib. 4. de cur. Græc. Aff. Hic quoque ut sensit de ortu Solis, Lunæ & Stellarum cæt. prodit *Euseb.* lib. 1. præp. cap. 5. Τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα, τὴν ἀρχὴν τῆς γενέ-

σεως ἐκ γῆς ἔχειν. i. e. *Solem & Lunam & reliqua astra causam ortus sui è terra trahere.* *Stellas* putabat clavorum instar fixas esse crystallo, teste *Plutarcho* lib. 2. de placit. Philos. cap. 14. *Solem* folii instar latum esse dicebat ap. *Plut.* eodem lib. cap. 22. & cap. 10. ac 16. *rotationem* esse extremi orbis. id est, ut *Laertius* habet; κινεῖσθαι τὰ ἄστρα οὐχ ὑπὲρ γῆν, ἀλλὰ περὶ γῆν. i. e. *moveri sidera non supra terram, sed circa eam.* *Plutarch.* lib. 2. de placit. Phil. cap. 16. *Sub terram & circa eum ferri stellas.* Itaque, ut tradit *Euseb.* l. cit. ἀποφαίνεται γοῦν τὸν ἥλιον, γῆν. διὰ δὲ τὴν ὀξεῖαν κίνησιν καὶ μάλ' ἱκανῶς θερμότατην κίνησιν λαχεῖν. i. e. *apparet igitur Solem esse terram. propter velocitatem autem motus etiam sufficientem caliditatem assecutum.* & *Solem* terrâ vicies septies majorem ap. *Theodoret.* lib. 1. Graec. aff. Et conversiones solis fieri cum astra impellantur à condensato & renitente aëre ap. *Plut.* ejusd. libr. cap. 23. & *Euseb.* dicto loco. & quomodo fiant *hyems* & aestas per stellas & solem v. ap. *Plutarch.* cap. 19. Dicit *Eudemus* in historia Astrologica teste *Theone* Syrmaeo Anaximenem invenisse & statuisse; ὅτι ἡ σελήνη ἐκ τοῦ ἡλίου ἔχει φῶς καὶ τίνα ἐκλεί-

πειν τρόπον. i. e. *quod luna lumen à Sole mutuetur & quodammodò illius fiat deliquium.* Et, ut teſtatur *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græc. aff. *Lunam è ſolo igne conflatam.* Idem Philoſophus *terræ* menſæ figuram tribuit ap. *Plutarch.* lib. 3. de plac. Phil. cap. 10. Eamque, ut teſtatur *Euſeb.* loc. cit. πιλουμένου τοῦ ἀέρος πρώτην γεγενῆσθαι λέγειν τὴν γῆν, πλατεῖαν μάλα. διὸ καὶ κατὰ λόγον αὐτὴν ἐπιχεῖσθαι ἀέρι. i. e. *Ex conſtipato aëre primam factam terram dixiſſe, latam valdè,* Idcircò non abſque ratione eam aëre contineri. idem de eo *Plut.* lib. 3. de plac. Phil. cap. 15. & eandem *terram* in medio ſc. mundi quieſcere, ut eſt apud *Ariſtotelem* lib. 2. de cælo cap. 13. §. 1. de terræ tremore ſic apud *Senecam* lib. 6. N. Q. cap. 10. *Anaximenes ait, terram ſibi ipſi eſſe cauſam motus nec extrinſecus incumbere, quod illam impediat, ſed intra ipſam & ex ipſa quaſdam partes ejus decidere quas aut humor ſolverit aut ignis exederit aut ſpiritus violentia excuſſerit.* *Plutarchus* ſic lib. 4. de placit. cap. 15. ſc. *ſiccitatem & raritatem terræ ejus concuſſionis cauſam eſſe, quarum illam quidam æſtus hanc nimia pluvia gignant.* Et *Nubes* exiſtere aere quàm maximè denſato, quæ

cum

cum magis comprimantur *pluviam* elici, *nivem* quando aqua delabens congelatur. *grandinem* si humido vento comprehendatur ap. *Plutarch.* lib. 3. de pl. Phil. cap. 4. *Iridem* sole illuminante nubem densam, crassam ac nigram in qua cogantur solis radii, cum non possint ultra eam penetrare cap. 5. Quomodo dixerit *tonitru* & *fulmen* fieri, tradit *Seneca* lib. 2. N. Q. cap. 17. sic: *Spiritus incidens nubibus tonitrua edit & dum Luctatur per obstantia & intercisa vadens ipsa ignem fuga accendit.* Idem *Animam* dixit aeriam ut vult *Theodoretus* lib. 5. de curat. Græc. aff. Hic etiam dicitur *Plinio* lib. 2. cap. 76. invenisse *umbrarum rationem & quam gnomonicen vocant primumque horologium, quod appellant sciatericum, Lacedæmone ostendisse* licet *Laertius* ejus præceptori *Anaximandre* hæc adscribat. quod autem dicat *primum horologium*, hoc tantum ad Græcos, quibus dicitur tunc primum innotuisse, restringi debet. cum aliàs longè ante ea tempora *Ezechiæ* & *Achazi* horologium notum fuerit i. e. ante cc circiter annos.

CAP. III.

Anaxagoras *quis & quando vixit. quid didicerit in peregrinatione. quid de principiis & mente statuit. Et de* Deo. *item de materia rerum & Elementis. ubi & de mundo & cælestibus. quid de de meteoris sensit. de pareliis, terra, Nilo, voce, sono, animalibus, de mari, de hominis formatione, de anima, de ratione veritatis judice, de somno & morte, quid de gravitate & levitate. Item, de summo bono* &c.

ANaximeni successit *Anaxagoras* Hegisibuli filius Clazomenius secundum *Laertium* lib. 2. de vit. Phil. in ejus vit. ἔτος, inquit, ἤκουσεν Ἀναξιμένους. v. *Clem.* Alex. lib. 1. στρωμ. pag. 301. Et *Augustin.* lib. 8. civit. cap. 2. floruisse dicitur LXX. Olympiade & in transitu Xerxis annum egisse vicesimum vixisseque annos LXXII atque sic Olympiadis LXXVIII anno primo decessisse. diciturque non tantum generis gloria, sed & animi magnitudine clarissimus extitisse, ita ut omne patrimonium suis sponte concesserit. ut refert *Laertius*. Et inter *Sapientes* quod sit habitus etiam vult *Plato* in ep. ad *Dionys.* pag. 311. Deinde, ut idem loquitur, περὶ τὴν τῶν φυσικῶν θεωρίαν τὴν οὐ φροντίζων τῶν πολιτικῶν. i. e. *Ad contemplandum rerum naturam se contulit rei publicæ & privatæ negligens.*

gligens. v. *Euseb.* lib. 14. præp. cap. 5. usque adeo ut responderit quærenti, cur patriæ curam non haberet: ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. i. e. *mihi patriæ cura summa est digitum in cælum tendens.* Dicitur hic *Clementi* lib. 1. στρωμ. pag. 301. Scholam ex Jonia Athenas traduxisse cum jam teste *Laertio.* ἤρξατο φιλοσοφεῖν Ἀθήνησι ἐπὶ Καλλίου ἐτῶν εἴκοσι ὤν. i. e. *Philosophari Athenis cæperat sub Callia vigesimo ætatis anno.* ubi & 30. annos egisse dicitur. Hic etiam traditur à *Theodoreto* lib. 2. de cur. Græc. aff. *Profectus in Ægyptum & cum Ægyptiorum Hebræorumque Sapientibus versatus, à quibus & Dei cognitionem adeptus esset eumque ænigmata quædam de Deo ab Ægyptiis Hebraisque collegisse.* Item: *à Mose quædam veritatis lumina, quædam initia desumsisse.* Dicitur hic etiam primus *Diogeni* librum à se conscriptum edidisse, vid. *Clemen.* Alex. lib. 1. στρωμ. pag. 308. primusque Homeri poema ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. i. e. *De virtute & justitia compositum esse.* Etiam prædixisse sub Principe Dimylo casurum de coelo lapidem. quod contigit. vid. & *Plin.* lib. 11. cap. 58. & *Plutarch.* in Lysandro. & casum

ſum refert *Euſeb.* ad annum 4. Olym. 78. Præterea πρῶτος, inquit *Laertius*, τῇ ὕλῃ τὸν νοῦν ὑπέστησεν, ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἡρμηνευμένον. πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ. εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. i. e. *primus materiæ mentem adjecit in principio operis ſui ſic ſcribens &c. Omnia ſimul erant, deinde acceſſit mens eaque compoſuit.* quod idem ei tribuens *Plato* in Phœdone p. Ed. Serr. 97. vult eum dixiſſe: ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος. & *Clem.* Alex. lib. 2. στρωμ. pag. 364. Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι. *Theodoret.* lib. 2. de curat. Græc. aff. *Anaxagoras primus*, inquit, *mentem mundo inſediſſe unamque hanc elementa de confuſione in ordinem diſpoſuiſſe. cum ſuperiores Philoſophi nihil ultra materiam præter quæ oculis videntur excogitaſſent.* vid. *Plutarch.* lib. 1. de pl. Phil. cap. 7. §. 1. *Cicero* mentem infinitam vocat lib. 1. de nat. Deor. ubi: *Primus omnium modum mentis infinita vi ac ratione deſignari & confici voluit.* v. *Min. Fel.* in Octav. *Clem.* Al. in admonitione ad *Gent.* p. 43. dicit, hunc Philoſophum præſtantius quid elementis indagaſſe & τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι τῇ ἀπειρίᾳ. i. e. *infinitati*

finitati mentem præfecisse. Ideo illum dicit *Eusebius* lib. 14. cap. 5. *non solem sed solis creatorem veneratum.* & ita, ut testatur *Clem.* Alex. in admonit. ad Gentes pag. 43, Infinitum dixit & pro Deo habuit. *Lactantius* lib. 1. cap. 5. *Anaxagoras Deum esse dixit infinitam mentem quæ per se ipsam movetur* v. *Iamblichus* de vit. Pythag. cap. 18. *Cicer.* 4. Academ. 4. *Augustinus* lib. 8. civitatis cap. 2. *Harum rerum omnium quas videmus effectorem Divinum animum sensit* sc. Anaxagoras & pòst: *singula animo faciente Divino.* Sed quod mentem nostram ipse fecerit Deum dubitanter asserit *Iamblichus* in Protreptico cap. 8. ubi: Ὁ νᾶς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς εἴτε Ἑρμότιμος, εἴτε Ἀναξαγόρας εἴτε τᾶτο. Dicitur hic Philosophus inter alios apud *Vitruvium* lib. 9. cap. 7. f. *de naturalibus rebus rationes, quibus è rebus natura gubernaretur, quemadmodum quosque effectus habent, excogitatas reliquisse*, undè *S. Empirico* lib. 7. contr. Math. dicitur Φυσικώτατος. Et teste *Theodoreto* lib. 6. de curat. Græc. aff. dixisse *providentiam occultam humanæ rationi causam esse.* De materia corporum quid senserit docet nos *Augustinus* l. cit. *Dixit*, ait ille, *ex infini-*

ta materia, quæ constaret dissimilibus inter se particulis rerum omnium genera pro modulis & speciebus propriis singula fieri. Anaxagoras, inquit *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græc. aff. *ipsam materiam mundi esse dixit versatilem, alterabilem & fluxam.* Testatur *Eusebius* lib. 14. cap. 5. præp. illum *Elementa* fecisse rerum causas effectrices, quod apud Platonem libro de anima inductus Socrates dicitur improbasse. Aliàs teste *Aristotele* lib. 1. de generat. & corrupt. cap. Ἀναξαγόρας τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν. i. e. *Anaxago: similaria elementa constituit. Plutarcho* lib. 1. de placit. Philosoph. cap. 3. §. 3. *similares partes principia rerum statuit*, quas Sext. *Empiric.* lib. 8. contr. Math. ὁμοιομερείας vocat. sic explicat *Laertius* in ejus vita: Ἀρχὰς δὲ τὰς ὁμοιομερείας. καθάπερ γὰρ ἐκ τῶν ψηγμάτων λεγομένων τὸν χρυσὸν συνεστάναι, οὕτως ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν μικρῶν σωμάτων τὸ πᾶν συγκεκρίσθαι καὶ νοῦν μὲν ἀρχὴν κινήσεως. i. e. *Initia rerum similitudines habere partium. Vt enim ex minutissimis, quæ vocantur, ramentis aurum constat, ita & ex parvis similium partium corporibus hoc totum esse compositum mentemque initium motus.* Illas partes similares etiam insensibiles esse

se volebat, ut videre est è verbis *Plutarchi* l. c. seq. *Sane cibum sumimus simplicem atque uniformem ut cum pane vescimur & aquam bibimus. Illo autem alimento nutritur crinis, vena, arteria, nervi, ossa, omnes denique partes. quæ cum fiant fatendum est in alimento istas omnes naturas inesse, singulisque singula augeri. Inesseque in eo particulas sanguini gignendo aptas. quæ quidem particulæ mente cernantur. non enim ad sensum omnia sunt referenda, ut quod panis & aqua isthæc conficiant: sed in ipsis insunt particulæ mente intelligendæ quas similares partes alimento insitas ut inde nascentibus sit primordium*, ὁμοιομερείας *appellavit ille, & rerum principia esse dixit ita quidem ut materiæ locum obtineret.* De locis elementorum sic porrò: Τῶν δὲ σωμάτων τὰ μὲν βαρέα τὸν κάτω τόπον, ὡς τὴν γῆν. τὰ δὲ κοῦφα τὸν ἄνω ἐπιχεῖν, τὸ πῦρ. ὕδωρ δὲ καὶ ἀέρα τὸν μέσον. i. e. *Et gravia corpora inferiorem locum ut terram: levia superiorem obtinnisse, ut ignem: medium aeri atque humori distributum.* Ante nos *Theodor.* docuit quod hic statuit mentem confusa in ordinem digessisse corpora. confusa autem prius stetisse hic *Anaxagoras* dixit authoritate Euripidis teste *Eusebio*

ſebio lib. 14. præp. cap. 6. *Mundum* hic unum tantum ſtatuit non plures ut eſt apud *Theodoret.* lib. 4. de curat. Græc. aff. Qualem *Cælum* inſpiciendi animum habuerit hic Philoſ. facile quis conjiciet ex eo, quod dixerit; ideo ſe vivere, ut illud intueretur in eoque aſtra & Lunam cum Sole: uti refert *Iamblichus* in protrept. cap. 9. & *Laertius* in ejus vita. & *Lactantius* lib. 6. cap. 1. ut dixerit *Cælum* omne ex lapidibus eſſe compoſitum ac vehementi circuitu conſtare aliàs continuò ſumma vi impetus lapſurum teſte Sileno prodit *Diogenes* l. cit. Et ut habet *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græcarum aff. *Ex mundi rotatu avulſas petras attolli eaſque ſubinde ignitas & in ſuperam compactas regionem nuncupari Stellas.* Juxtà *Diogenem* in ejus vita dixit: τὰ ἄστρα κατ᾽ ἀρχὰς μὲν θολοειδῶς ἐνεχθῆναι. i. e. *ſidera principio quidem turbato & confuſo ordine fieri ſolita.* & addit: ὥστε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον. ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν. i. e. *Ita ſecundum terræ* verticem eum, *qui ſemper apparet polum verſari, poteſtea v. inclinationem accepiſſe.* & ap. *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 13. *ætherem circumſitum ignea quadam eſſe naturâ, circum-*

cumvolutionis autem vehementia abripuisse lapides è terra eosque adussisse. & sic in stellas convertisse, & eas ab ortu versus occasum deferri. ut cap. 16. refert. Ætherem *pro* igne posuit hic Philosophus, quod *Aristoteles* lib. 1. de cœlo cap. 3. f. ipsi tribuit & in eo taxat. Solem dixit authore *Laertio* μύδρον εἶναι διάπυρον. i. e. *candens ferrum esse. Plutarch.* lib. 2. de plac. Phil. cap. 20. *Massam aut lapidem igne candentem* & sic Xenophonti lib. 4. memorabilium p. m. 644. λίθον διάπυρον. vid. *Theodoret.* lib. 4. de Græc. aff. cur. *Laertius* vult Euripidem ejus discipulum à lapso è sole: lapide, ut ille prædixerat futurum, inductum ut *Solem* auream globam χρυσέαν βῶλον appellaret in fabula Phaëthontis. quoad magnitudinem *Solis* dicebat, eam multiplici ad Peloponnesum proportione esse, ut est ap. *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 21. v. l. c. *Theodoret. Laertius:* ἔλεγε τὸν ἥλιον μείζω τῆς Πελοποννήσου. i. e. *Peloponneso majorem.* Solem dicebat converti, sic ap. *Plut.* cap. 23. *aeris, qui ad Septentriones* est, impulsione in diversam partem, quem aerem stipando cogens faciat validum. De *Luna* dicebat; eam οἰκήσεις ἔχειν, ἀλλὰ καὶ λόφους καὶ φάραγγας.

i. e. *habitacula in se habere & colles & valles*. Sic *Laertius*. sed *Plutarchus* cap. 25. *firmamentum ignitum* esse, quod in se contineat planicies, montes & convalles. & cap. 30. causam inæqualitatis in partibus Lunæ arcessit à concretione corp. frigidorum & terrestrium, ita ut admistæ sint igneis partibus caliginosæ. *Lunamque* dici falso vultu apparentem. Sed refert *Laertius* lib. 9. in vit. Democriti, eum de Anaxagora dixisse; non illius esse quas scripsit de Sole & Luna opiniones: verum illo Antiquiores ipsumque eas furatum, quæ de mundi compositione & mente dixisset infesto adversus illum animo. Quod de *Cometis* ille sensit, legere est ap. *Laertium* l. suprà cit. sc. eos esse σύνοδον πλανητῶν φλόγας ἀφιέντων τοὺς τε διάττοντας οἷον σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου. i. e. *errantium stellarum concursum flammas ex se emittentium easque veluti scintillas ab aere vibrari. Plutarchus* sic: esse coitum duorum stellarum aut plurium fulgorem suum conjungentium. *Stellas* trajicientes dicebat ab æthere scintillarum instar deferri, apud eundem lib. 3. cap. 2. v. Et *Senec*. lib. 7. N. Q. cap. 5. De *Circulo Lacteo* sic ap. *Diogenem*: γαλαξίαν

λάξιαν ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ καταλαμπομένων τῶν ἄστρων. i. e. *Lacteum orbem reflexum esse solaris luminis non intermicantibus astris.* sic ap. *Plutarch.* lib. 3. de placit. Philos. cap. 1. Umbram terræ ea in parte cœli insistere, cùm Sol infrà terram delatus non totum illuminat. *Aristoteles* lib. 1. meteor. cap. 8. §. 4. Οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον φῶς εἶναι τὸ Γάλα λέγουσι ἄστρων τινῶν. i. e. *Anaxagoras & Democritus lac esse quorundam siderum lumen asserunt.* Quam sententiam ille improbans in seq. refutare nititur. *Ventos* dicit fieri, ut *Laertius*, λεπτυνομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου. i. e. *Cum aer à sole tenuatur.* Volunt quoque *terram* post productionem animalium fuisse inclinatam in Austrinas partes & quasdam plagas habitabiles, quasdam inhabitabiles factas esse, secundum *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 8. De *meteoris* sic ap. eundem lib. 3. cap. 3. Quando calidum in frigidum incidit sc. æthera, pars in aerem, eam fragore *tonitru* edere: colore autem, qui est ad nigredinem nebulosæ partis, *fulgorem.* multitudine autem & magnitudine luminis, *fulmen* efficere. *Senec.* lib. 1. Q. N. cap. 12. *Anaxagoras ait illum ignem ex*

æthere destillari & in tanto ardore cæli multa decidere; quæ nubes diu inclusæ custodiant. sic *Laertius*; βροντὰς σύγκρουσιν νεφῶν, ἀστραπὰς ἔντελψιν νεφῶν. i. e. *Tonitru nubium esse collisionem, coruscationes confricationem itidem nubium. Typhonem* fieri igne corpulentiore, nebuloso *præsterem* ap. *Plut.* l. cit. Idem *Nivem* nigram fertur dixisse à *Cicerone* 4. Acad. q. 72. *Iridem* fieri ut habet *Plutarch.* lib. 3. cap. 5. de pl. Phil. splendore solis reflexo in nube densa semper è regione astri posita, quod in ea tanquam speculo exprimitur. & eandem dicit causam *parheliorum.* De *terræ tremoribus* sic. *Diogenes*: σεισμὸν εἶναι ὑπονόστησιν ἀέρος εἰς γῆν. i. e. *Terræ motum* esse successionem aeris in terram. *Plut.* cap. 15. Aerem emergere volentem, qui cum sua crassitie incidit in terræ superficiem neque tamen excerni potest tremore terram continentem succutere. vid. *Senecam* lib. 6. N. Q. cap. 9. *Anaxagoras existimat simili pene ex causa & aera concuti & terram: cum in inferiore parte Spiritus crassum aera & in nubes coactum eadem vi qua apud nos quoque nubila frangi solent, rumpit* &c. *Maris* originem sic prodidit ap. *Laertium*: ὄντω γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας ὄσης τὴν θάλατταν

ὑπο-

ὑποστῆναι, διατμισθέντων ὑπὸ τῦ ἡλίυ τῶ ὑγρῶν. i. e. *Ita enim super terræ latitudinem mare substitisse humoribus à sole in vaporem conversis. Plut.* lib.3.pl. de Phil. c.16. Cum humor ab initio stagnans à solari motu esset adustus exhalasset que ejus pinguedo reliquum salsugine & amarore infectum substetisse. *Nili* incrementum fieri voluit per nivem Æthiopicam, quæ hyeme frigens, æstate liquetur ap. *Plutarch.* lib. 4. cap. 1. vid. & *Senec.* lib. 4. N. Q. cap. 2. ubi & eam sententiam refellit. *Vocem* edi censuit Anaxagoras, si Spiritus concurrat solido aeri & aversus retrò ob ictum usque ad aures deferatur: quomodo etiam fiat *Echo*, quæ est, cum sonus repercutitur apud eundem cap. 19. De *generatione animalium* sic: *Laertius:* ζῶα γενέσθαι ἐξ ὑγρῦ καὶ θερμῦ καὶ γεώδυς. ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων. i. e. *animantes primò ex humore & calore terraque manasse: postea ex se invicem natas esse.* quod *Plutarch.* lib. 5. cap.19. dicit, mutua permutatione nasci. addit *Laert.* Καὶ ἄρρενα μὲν ἀπὸ τῶ δεξιῶν, θήλεα δὲ ἀπὸ τῶ ἀριστερῶν γενέσθαι. i. e. *mares fieri à dextris, fœminas à sinistris.* Sic *Censorin.* cap.6. de die nat. è *dextris partibus profuso semine mares gigni, at è lævis fœ-*

minas Anaxagoras Empedoclesque consentiunt. Sed *Plutarchus* lib. 5. cap. 7. Aliter: mares nasci cum semen à dextra parte in dextri uteri partem conjiciatur, à sinistra in sinistram, quod si secus fiat, fœminas fieri. primum *putabat formari cerebrum, unde omnes* sensus sunt, ut loquitur *Censorinus* de die nat. c. 6. Idem in homine fieri. pro formando *fœtu* putabat *ethereum calorem inesse semini, qui membra disponat.* ibid. Omnia *animalia* etiam habere *mentem* agentem, non patientem, quæ est quasi mentis interpres, voluit teste *Plutarcho* lib. 5. de placit. Phil. cap. 20. & ap. *Diog.* mentem vult esse initium omnis motus. v. & *Aristotelem* lib. 1. de anim. cap. 2. De *generatione hominis* ita: Præter quæ communia cum animalibus habeat, *semen dixit etiam à muliere ad generandum fœtum proficisci.* apud *Censorinum* cap. 5. de die nat. *In fœtu cibum per umblicum administrari.* ibid. Etiam *similitudinem parentis recipere liberos, qui seminis amplius contulisset. Somnum* accidere functionibus corporis, non autem animæ; & esse corporis affectionem: *Et mortem* animæ divulsionem. sic de eo *Plutarch.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 25. Hic autem *animam*

mam dixit aeriam, velut testatur *Theodoret.* lib. 5. de curat. Græc. aff. etiam incorruptibilem esse ac *immortalem*, ibidem addit: *Aristoteles* lib. 1. de anim. cap. 2. §. 23. Ἀναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν. i. e. *animam esse quæ moveat* & posteà addit §. 24. Ἀναξαγόρας δὲ ἧττον διασαφεῖ περὶ αὐτῶν, πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς, τὸν νοῦν λέγει ἑτέρωθι δὲ τὸν νοῦν εἶναι, τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ, ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζώοις καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμωτέροις. i. e. *Anaxagoras v. minus dilucidè de his differit. sæpe enim dicit mentem esse causam ejus quod scitè & rectè se habet, alibi vero inquit, idem esse mentem & animam. In omnibus namque eam inesse animalibus tam magnis quàm parvis, tam honestioribus quàm vilioribus.* quæ deinceps refutare conatur. Posteà §. 31. quomodo de utraquè, mente & anima sentiat Anaxagoras sic judicat: Ἀναξαγόρας δὲ ἔοικε μὲν ἕτερον λέγειν ψυχήν τε καὶ νοῦν, ὥσπερ εἴπομεν καὶ πρότερον. χρῆται δ' ἀμφοῖν, ὡς μιᾷ φύσει πλὴν ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων. μόνον γοῦν φησὶν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν. ἀποδίδωσι δ' ἄμφω τῇ αὐτῇ ἀρχῇ, τό τε γινώσκειν καὶ τὸ κινεῖν, λέ-

γων νοῦν κινῆσαι τὸ πᾶν. i. e. *Anaxagoras v. videtur quidem diversum statuere* animam & mentem *ut anteà diximus: utitur tamen utrisque quasi una naturâ. præterquam quod ponit mentem maximè omnium esse principium. nam inter ea quæ sunt hanc solam ait eße simplicem & non mixtam & puram. Tribuit autem utraque eidem principia, cognitionem scil. ac motum, inquiens mentem movisse universum.* Puto hic non esse tacendum; quod *Sext. Empiricus* lib. 7. advers. Mathemat. discurrens de iis, qui à Thalete profecti Physici sensum damnabant in inquirenda rerum veritate rationemque judicem illius constituebant, etiam dicit: quod Ἀναξαγόρας φυσικώτατος ὢν διαβάλλων τὰς αἰσθήσεις, ὑπὸ ἀφαυρότητος αὐτῶν, φησὶ, οὐ δυνατοί ἐσμεν κρίνειν. i. e. *In Physicis diligentissimus Anaxagoras, sensus tamen imbecillos vituperans, propter eorum, inquit, debilitatem non possumus verum judicare.* & deinceps addit: ὥστε μὲν ὁ Ἀναξαγόρας κοινῶς τὸν λόγον ἔφη κριτήριον εἶναι. i. e. *Anaxagoras communiter dixit, rationem id esse, quod judicat.* De *Gravitate* & *Levitate* sic: Sc. τῶν σωμάτων τὰ βαρέα τὸν κάτω τόπον, ὡς πλῶ γλῦ, τὰ δὲ κοῦφα τὸν ἄνω ἀποχεῖν, ὡς τὸ πῦρ. i. e.

Gravia

Gravia corpora inferiorem locum, ut terram: Levia superiorem obtinuisse ut ignem &c. ap. *Laertium:* Præterea, quod Anaxagoras *generationem & interitum* confundat, ut vult *Aristoteles* lib. I. de gen. & interit. cap. I. ipsi vapulat. Denique de summo ejus *bono* sic *Clem.* Alex. lib. 2. στρωμ. pag. 416. τὴν, inquit, θεωρίαν τοῦ βίου τέλος εἶναι καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν. i. e. *contemplationem*, inquit, *esse vitæ finem & eam quæ ex ea procedat, libertatem.* Hæc de illo & ejus Philosophia, quibusdam sive plerisque placitis sic tradita.

CAP. IV.

Diogenes Apolloniates *quis. & quem secutus est. quid scripsit & sensit: quæ ipsi rerum elementa sive principia. quis Deus. de mundis ejus & inani. de inclin. mundi. de sideribus, sole, terra, de meteoris. de Nilo. de generatione animalium & hominum, de anima & sensibus, de somno & morte* &c.

ANaximenis Discipulus fuit *Diog.* Apolloniates Apollothemidis filius, uti testatur Antisthenes apud *Laert.* lib. 9. in ejus vit. v. & *Clem.* Alex. lib. de admonit. ad gentes p. 42. Hic omnino distinguendus est à reliquis quatuor, qui recensentur à *Laertio* lib. de vit. Phil. in vit. Diog. Cyn.

Sc. à *Sycionio* Historico: à *Sinopæo*, qui & Cynicus vocatus est: à *Stoico* Seleucia oriundo, qui & dictus est *Babylonius* ob viciniam loci, quique legatus ivit Romam cum Carneade & Critolao: & à *Tarsensi*, qui de quæstionibus Poeticis scripsit. Hic ergo ut dictum Phil. præceptorem habuit, ita quoque illum in plerisque opinionibus secutus est. v. *Augustin*. lib. 8. de civit. Dei cap. 2. & *Theodoret*. Cypr. Episc. lib. 2. de cur. Græc. aff. Et *Clemens* Alex. d. l. quod etiam ex seq. patebit. Ejus eloquentiam & sapientiam sic commendat *Laert*. ubi dicto loco eum appellat ἄνδρα ἄγαν ἐλλόγιμον. ibidem etiam Φυσικὸς dicitur. Operis ejus quod conscripsisse de reb. nat. dicitur, *Laertius* initium citat hoc. λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκεῖ μοὶ χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι, τὴν δὲ ἑρμηνείαν ἁπλῆν καὶ σεμνήν. i. e. *qui docere aliquid instituit, ei, mea quidem sententia operæ pretium est certum & indubitatum præstare principium & explicationem simplicem ac gravem.* Etiam *principium* statuit *aera*. *Diogenes Laert*. vult ipsum sensisse, στοιχεῖον εἶναι τὸν ἀέρα. i. e. *Elementum* esse aerem & vocat aliud quàm κενὸν ἄπειρον. i. e. *inane infinitum*. v. *Euseb*. lib. 1. præp. cap. 5.

cap. 5. sic etiam *Clem.* Alex. l. cit. eo modo dicit hunc fecisse principium *aera*, quo Anaximenes ejus præcept. & Thales aquam. ubi & στοιχεῖον. i. e. *elementum* appellat. & non jungit illis Philosophis, de quibus pòst, ὅσοι τὰ στοιχεῖα ὑπερβάντες ἐπολυπραγμόνησάν τι ὑψηλότερον καὶ περιττότερον, οἱ μὲν αὐτῶν τὸ ἄπειρον καθύμνησαν. i. e. *qui præteritis elementis excelsius aliquid & præstantius indagarunt quorum alii infinitum laudarunt &c. Theodoretus* lib. 4. de curat. Græc. aff. *mundum ex aere constitutum asseruit Diog. Apollon.* Etiam sic de eo loquitur *Euseb.* lib. 1. præp. cap. 5. *ubi*; ἀέρα ὑφίςαται στοιχεῖον. i. e. *Aerem elementum constituit.* Sed *Cicero* lib. 1. de nat. Deor. 31. vult ipsum *aerem* pro *Deo* habuisse. sic enim loquitur: *quid aer? quo Diogenes Apolloniates utitur Deo.* Verum conciliat hæc *Augustinus* lib. 8. de civ. Dei cap. 2. *Aerem quidem*, inquit, *dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse compotem Divinæ rationis sine qua nihil ab eo fieri posset.* Sic alius à se *Clemens* lib. 1. ςρωμ. pag. 296. στοιχεῖα δὲ σέβουσι, Διογένης μὲν, τὸν ἀέρα, Θάλης δὲ τὸ ὕδωρ. i. e. *Elementa autem colunt, Diogenes quidem aerem, Thales vero Aquam,*

Præ-

Præterea voluit hic Philosophus, *Mundos esse infinitos*. *Diogenes.* ἐδόκει αὐτῷ εἶναι κόσμους ἀπείρους. sic etiam *Euseb.* l. cit. & *Theodoret.* lib. 4. de cur. Gr. aff. & eorum originem sic describit: τόντε ἀέρα πυκνούμενον καὶ ἀραιούμενον γεννητικὸν εἶναι τῶν κόσμων. i. e. *densumque aerem & rarescentem mundos gignere*, sic *Eusebius* ex *Plut.* κοσμοποιεῖ δὲ οὕτως, ὅτι τοῦ παντὸς κινουμένου καὶ ἢ μὲν ἀραιοῦ, ἢ δὲ πυκνοῦ γινομένου, ὅπου συνεχώρησε τὸ πυκνὸν συστροφὴν ποιῆσαι καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τὰ κουφότατα τὸν ἄνω τάξιν λαβόντα τὸν ἥλιον ἀποτελέσαι. i. e. *sic autem facit mundos (aut factos putat) quando universo moto huc atque illuc & rarefacto ac condensato, ubi coincidebat, quod densum erat, fecisse constipationem & sic reliqua secundum eandem rationem levissima ordine sursum sumpto fecisse solem.* Etiam *inane infinitum.* κενὸν ἄπειρον, apud *Diogenem.* & κινεῖσθαι τὰ πάντα. i. e. *omnia moveri* ap. *Euseb.* lib. 1. de præp. cap. 5. Dixit quoque, οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. *Nihil ex eo quod non sit, fieri, neque in id quod non sit, corrumpi.* ob quæ mirari non debêmus, quod mundi Creatorem Deum non fecerit. audiamus *Euseb.* l. c. sic loquentem de eo

& aliis, quorum dicto capite mentionem fecerat. Τοιαύτη καὶ τῶν πανσόφων Ἑλλήνων τῶν δὴ Φυσικῶν Φιλοσόφων ἐπικληθέντων ἡ περὶ τῆς συστάσεως, τοῦ παντὸς καὶ τῆς πρώτης κοσμογονίας διάληψις, οὐ δημιουργὸν ἢ ποιητήν τινα τῶν ὅλων ὑποστησαμένων, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως Θεοῦ μνήμην ποιησαμένων. μόνῃ τῇ ἀλόγῳ φορᾷ καὶ τῇ αὐτομάτῳ κινήσει τὴν αἰτίαν τοῦ παντὸς ἀνατεθειμένων i. e. *Hactenus vel talis est Doctissimorum Græcorum, qui Philosophi Physici cognominati sunt, de constructione universi & prima mundi generatione disceptatio sive ratiocinatio non constituentium artificem sive factorem omnium; sed neque Dei omnino mentionem facientium, in sola latione, quæ sit citra rationem & spontaneo ac fortuito motu causam universi ponentium.* De *inclinationis mundi* causis idem sensisse dicitur cum Anaxagora Condiscipulo suo. v. *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 8. De *Stellis* sic: Sc. pumicum instar eas exhalationes mundi exhalare. & lapides quosdam esse, qui nusquam appareant & sæpe in terram delapsi extinguantur. *quomodo* (sic loquitur *Plutarchus* lib. 2. de placit. Phil. cap. 13.) *Ad Ægos Potamos sub ignis forma decidit Stella Saxea.* Et *Theodoretus* l. cit. eadem

de

de ipso dicit. Additque etiam ex ejus sentent. nonnullas ipsarum decidere in terram, quæ subinde extinguantur, & inde manifestè colligi *igneam* esse earum naturam & lib. 4. particulatim hæc de *Sole* ipsum intellexisse memorat. *Solem* etiam dicebat à frigore calori occurrente extingui, ut refert *Plutarch.* lib. de placit. Phil. cap. 23. & lib. 3. cap. 2. *Cometas* esse Stellas. *Terram* esse, ut *Diogenes*. στρογγύλην ἠρηρεισμένην ἐν τῷ μέσῳ τὴν σύστασιν εἰληφυῖαν κατὰ τὴν ἐκ τοῦ θερμοῦ περιφορὰν καὶ πῆξιν ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. i. e. *esse rotundam in medio sitam, quæ ceperit eam consistentiam secundum illam quæ ex calido est circumferenrentiam & ex frigido concretionem ac soliditatem acceperit.* De *tonitru* sic. *Seneca* lib. 2. N. Q. cap. 20. *Diogenes Apolloniates ait; quædam tonitrua igne, quædam spiritu fieri: illa ignis facit, quæ ipse antecedit & nunciat: illa Spiritus quæ sine splendore crepuerunt. utrumque sine altero fieri & esse aliquando, concedo: ita tamen ut non discreta illis sit potestas, sed utrumque ab utroque effici possit.* De *Nili* incremento ita: Idem *Seneca* lib. 4. N. Q. cap. 2. *Diogenes Apolloniates ait: Sol humorem ad se rapit hunc exsiccata tellus tum ex mari ducit,*

ducit, tum ex cæteris aquis. fieri autem non potest ut una sicca sit tellus, alia humeat. Sunt enim perforata omnia & invicem pervia sicca ab humidis sumunt aliquando: nisi aliquod terra acciperet, exaruisset. Ergo sol undas trahit: sed ex his quæ premunt, maximè meridiana sunt &c. De *generat. animalium & hom: sic.* Statuit & inanimata nasci animalia, sed cum calore atque insitum calorem simul atque natum est animal, animam in pulmones attrahere ap. *Plutarch.* lib. 5. de placit. Phil. cap. 15. & rationis & aeris partem *animalia* percipere, sed vel ob crassitiem vel ob abundantiam humoris nec intelligere neque sentire ac fere affecta esse eo modo, quo insanientes cap. 20. *Clemens* Alex. lib. 1. pædag. cap. 6. pag. 105. referens nonnullorum opinionem qui semen animal. vel hominis spumam sanguinis (ἄφρον τοῦ αἵματος) esse dicebant, qui innato masculi calore in conjunctione turbatus ventilatusque spumescat, adjicit; ἐντεῦθεν γὰρ ὁ Ἀπολλωνιάτης Διογένης τὰ ἀφροδίσια κεκλῆσθαι βούλεται. i. e: *hinc Diogenes Apolloniates vult res Venereas Græcè esse dictas* ἀφροδίσια. Præterea *Censorinus* de nat. die cap. 6. loquens de vitæ præcipua parte ait: *Dio-*

Diogenes Apolloniates ex humore primum carnem fieri existimavit, tum ex carne ossa nervosque & cæteras partes enasci. Deinde, de nutritione fœtus: *At Diogenes* & *Hippon exstimarunt esse in alvo prominens quiddam, quod infans ore apprehendat; ex eoque alimentum ita trahat, ut, cum editus est, ex matris uberibus.* apud eundem cap. 5. vult *ex patris tantum semine partum nasci.* & cap. 9. de tempore fœtus perficiendi sic: *Diogenes Apollon: masculis ait, corpus quatuor mensibus formari, fœminis quinque. Animam* hic Philosophus etiam dixit incorruptibilem, ut testatur *Theodoretus* lib. 5. de cur. Græc. Aff. *Ejus principem partem locavit in arteriosa cordis cavea, quæ est Spiritualis* ap. *Plutarch.* lib. 4. de pl. Phil. cap. 5. Prætereà *auditum* fieri dicebat aere, qui in capite continetur icto & moto à sono, cap. 16. *gustumque fieri, cum raritate & mollicie & quod eò pertinent à corpore nervi, diffundi Sapores attractos ad sensum & principem partem tanquam à spongia.* cap. 18. Dixitque ap. *Plut.* cap. 24. si universus sanguis in venas diffusus contentum in iis aerem in pectus subjectumque ei ventrem contrudat *Somnum* fieri, ac thoracem *incalescere.*

re. Quod si universus aer venas deserat, *mortem* consequi. hæc hactenus.

CAP. V.

Archelaus *quis, cujus discipulus & magister. qualia rerum principia fecerit, eisque ut mentem præfecerit. de generatione rerum & animalium & causis ejus. de voce, mari & sole ut sensit. etiam Ethicæ cultor.*

ANaxagoræ successit *Archelaus* Apollodori vel Midonis fil. Atheniensis (exinde enim ipsum ortum vult *Plutarchus* lib. 1. de placit. Phil. cap. 3. §. 4. sive ut *Diog.* in ejus vit. etiam Milesius) Philosophus teste *Augustino* lib. 8. de civit. Dei cap. 2. sic etiam *Strabo* lib. 14. διήκουσε δὲ τούτου sc. Ἀναξαγόρου Ἀρχέλαος. i.e. *audivit Anaxagoram Archelaus.* v. & *Clem.* Alex. lib. 1. στρωμ. pag. 301. sic etiam *Diogen.* μαθητὴς Ἀναξαγόρου. Et Socratis Magister apud eundem loc. cit. & lib. 10. in vit. Epicuri. & *Clem. Alex.* & *Augustinus* locis citatis. v. *Euseb.* lib. 10. præp. cap. 3. Hic etiam à Strabone appellatur Φυσικός. sic dictus quod, cum Physica ad eum usque floruisset (ita vult *Laert.* in procem.) ἔληξεν ἐν αὐτῷ ἡ Φυσικὴ Φιλοσοφία, *in eum philosophia naturalis desierit*, ut loquitur idem *Laert.* in ejus vita. qui etiam dicit quod

hic πρῶτος ἐκ τῆς Ιωνίας τὴν Φυσικὴν Φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε. i. e. *Physicam Philosophiam Athenas invexerit.* Hic etiam infinitum ἄπειρον principium habuit ut testatur *Diogenes* l. cit. & *Clemens Alex.* in Admonitione ad gentes pag. 43. qui & addit; quod cum suo præceptore ἐπεςήσατο τὸν νοῦν τῇ ἀπειρίᾳ i. e. *infinitati præfecerit mentem* non contentus elementis. Audiamus *Augustinum* lib. 8. de civ. cap. 2. *Etiam ipse de particulis inter se dissimilibus, quibus singula fierent, ita omnia constare putavit ut in eſse etiam mentem diceret. quæ corpora dissimilia i. e. illas particulas conjungendo & dissipando ageret omnia. Plutarchus* lib. 1. de placit. Philosoph. *aerem & infinitum eique raritatem & densitatem additas, quorum hoc terra, illud ignis sit, principia ponit* Generationis duas esse dicebat causas θερμὸν καὶ ψυχρὸν calidum & frigidum. quas sic persequitur *Laert.* l. c. Ὁ δὲ λόγος αὐτῷ οὕτως ἔχει. τηκόμενον φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίςαται, ποιεῖν γῆν. καθὸ δὲ περιῤῥεῖ, ἀέρα γεννᾶν. ὅθεν οἱ μὲν, ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς περιφορᾶς κρατεῖται. i. *hac ratione utebatur: liquentem calore aquam ubi ignis inflammatur ardore terram efficere: ubi*

ubi v. circumfluit, aërem gignere. atque illam quidem ab aëre, hunc autem ab ignis levi facilique motu contineri. Animalium generationem trahebat è limo. ἐκ θερμῆς τῆς γῆς καὶ ἰλὺν παραπλησίαν γάλακτι, οἷον τροφὴν, ἀνιείσης. i. e. *ex terræ calore, quæ limum lacti simillimum ad escam eliquaverit.* & sic etiam homines putat natos. Primus quoque *vocem* τὴν τοῦ ἀέρος πλῆξιν. i. e. *aëris percussionem* definivit. *Mare* in concavis per humum veluti colatum consistere dixit. & maximum siderum esse *Solem.* hæc omnia ex *Laertio.* Hic *Ethicæ* quoque non fuit rudis, nam teste *Laertio* etiam περὶ νόμων πεφιλοσόφηκε καὶ καλῶν καὶ δικαίων. καὶ τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὸ αἰσχρὸν οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ. i. e. *De legibus Philosophatus est: de honesto & æquo. Iustumque & turpe non natura constare, sed lege.* Et sciendum quod hic Philosophus multa dogmata communia habuit cum suo Præceptore Anaxagora, quæ hic tradere supervacuum foret. Atque ita hi Philosophi hactenus nominati Jonicæ Philosophiæ Sectam (licet longè plures fuerint) propagarunt, ut loquitur *Plutar.* lib. 1. de pl. Philosoph. c. 3. §. 4. & *Augustin.* lib. 8. de civ. cap. 2. Transeo ad *Italicam Phil.*

CAP. VI.

Pythagoras *quis & unde. ut Italicæ Philosophiæ author, ubi potissimum floruit & quando. quorum discipulus & quomodo Præcept. usus. quibus peregrinationibus ad Ægyptios, Babylonios, Phœnices, Hebr.* (*ubi* Lactantius *explicatur.*) *Item Persas, Indos, & Ital. &c. sit usus, & quid didicerit in illis. ut Samum reversus sit ibidemque quid egerit in erudiendis & se & aliis.*

PYthagoras Mnesarchi filius fuit juxtà *Laertium* lib. 8. in ejus vit. vel Demarati negotiatoris fil. juxtà *Iustinum* lib. 20. cap. 4. quem tradente *Eusebio* lib. 10. præparat. cap. 2. multi Samium, alii Tyrrenum, alii Syrium, alii Tyrium faciunt, quemque & *Ambrosius* lib. 1. cap. 6. ad Irenæum ab Hebræis originem duxisse voluit. v. *Theodoret.* lib. 1. de cur. Græc. aff. Italicæ Philosophiæ Princeps fuisse dicitur *Laertio* lib. 8. ubi Ἰταλικῆς φιλοσοφίας ἦρξε Πυθαγόρας. Et in procemio ideo dicit Italicam esse vocatam: ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε i.e. *quod in Italia plurimum sit Philosophatus. Plutarchus* lib. 1. de pl. Phil. cap. 3. ἡ δὲ τοῦ τῶν αἵρεσις Ἰταλικὴ προσηγορεύθη, διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν ἐν Ἰταλίᾳ σχολάσαι. μετέστη γὰρ ἀπὸ Σάμου τῆς πατρίδος, τῇ Πολυκρά-

τῆς τυραννίδι δυσαρεστήσας i. e. *Horum sc. Pythagoreorum secta dicta est Italica à Pythagora, qui è Samo ob Polycratis Tyrannidem sibi displicentem in Italiam commigravit ibique scholam aperuit.* unde Cicer. in Catone. *Pythagorei, Italici Philosophi quondam nominati.* Idem 3. ad *Herenn.* 2. *& de Senectute* 78. & 1. Tusc. *Pythagoras Samius floruit in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta est.* & quæ *Apulejo* in Apolog. cap. 47. Subsiciva Græcia vocitata est, id est, secunda. v. *Gell.* lib. 17. c. 2. & *Livius* lib. 1. ubi; *In ultima Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque & Crotonem Iuvenum æmulantium studiis cœtus eum habuisse dicit.* Sed de his posteà amplius. Floruit hic longe post Numam Pompilium. ut frustrà sit Ovidius, qui illum ejus temporibus assignat. nisi velimus alium Pythagoram Spartiatam, à quo Numa edoctus sit, substituere, quod mihi convenientius videtur cum Hieronymo & aliis: *Cicero* lib. 2. de orat. 254. *Quidam*, inquit, *Numam Pompilium illum Regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis antea fuit, quàm ipse Pythagoras. quò enim major vir habendus est cum illam Sapientiam constituendæ civitatis duobus prope seculis ante cognovit,*

Cap. VI.

Pythagoras *quis & unde. ut Italicæ Philosophiæ author, ubi potissimum floruit & quando. quorum discipulus & quomodo Præcept. usus. quibus peregrinationibus ad Ægyptios, Babylonios, Phœnices, Hebr. (ubi* Lactantius *explicatur.) Item Persas, Indos, & Ital. &c. sit usus, & quid didicerit in illis. ut Samum reversus sit ibidemque quid egerit in erudiendis & se & aliis.*

Pythagoras Mnesarchi filius fuit juxtà *Laertium* lib. 8. in ejus vit. vel Demarati negotiatoris fil. juxtà *Iustinum* lib. 20. cap. 4. quem tradente *Eusebio* lib. 10. præparat. cap. 2. multi Samium, alii Tyrrenum, alii Syrium, alii Tyrium faciunt, quemque & *Ambrosius* lib. 1. cap. 6. ad Irenæum ab Hebræis originem duxisse voluit. v. *Theodoret.* lib. 1. de cur. Græc. aff. Italicæ Philosophiæ Princeps fuisse dicitur *Laertio* lib. 8. ubi Ἰταλικῆς φιλοσοφίας ἦρξε Πυθαγόρας. Et in prooemio ideo dicit Italicam esse vocatam: ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε i.e. *quod in Italia plurimum sit Philosophatus. Plutarchus* lib. 1. de pl. Phil. cap. 3. ἡ δὲ τούτων αἵρεσις Ἰταλικὴ προσηγορεύθη, διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν ἐν Ἰταλίᾳ σχολάσαι. μετέστη γὰρ ἀπὸ Σάμου τῆς πατρίδος, τῇ Πολυκράτους

τῆς τυραννίδι δυσαρεστήσας i. e. *Horum sc. Pythagoreorum secta dicta est Italica à Pythagora, qui è Samo ob Polycratis Tyrannidem sibi displicentem in Italiam commigravit ibique scholam aperuit.* unde Cicer. in Catone. *Pythagorei, Italici Philosophi quondam nominati.* Idem 3. ad *Herenn.* 2. *& de Senectute* 78. & 1. Tusc. *Pythagoras Samius floruit in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta est.* & quæ *Apulejo* in Apolog. cap. 47. Subsiciva Græcia vocitata est, id est, secunda. v. *Gell.* lib. 17. c. 2. & *Livius* lib. 1. ubi; *In ultima Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque & Crotonem Iuvenum æmulantium studiis cætus eum habuisse dicit.* Sed de his posteà amplius. Floruit hic longe post Numam Pompilium. ut frustrà sit Ovidius, qui illum ejus temporibus assignat. nisi velimus alium Pythagoram Spartiatam, à quo Numa edoctus sit, substituere, quod mihi convenientius videtur cum Hieronymo & aliis: *Cicero* lib. 2. de orat. 254. *Quidam*, inquit, *Numam Pompilium illum Regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis antea fuit, quàm ipse Pythagoras. quò enim major vir habendus est cum illam Sapientiam constituendæ civitatis duobus prope seculis ante cognovit,*

quàm eam Græci natam esse senserunt. Et *Livius* l. c. *centum amplius annis post Numam Servio Tullio regnante eum in Italia floruisse vult. Lactantio* sufficit dicere quod junior fuerit Trismegisto lib. de ira cap. 11. distinctius *Clemens* lib. στρωμ. pag. 302. Πυθαγόρας δὲ κατὰ πολυκράτη τ̂ Τύραννον περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. i. e. *Pythagoras autem invenitur tempore Polycratis circa sexagesimam secundam Olympiadem.* v. *Diog.* lib. 8. in ejus vita. Quod non congruit cum ætate Regis Numæ, cum ille Regnum iniit anno 3. Olymp. 16. v. & *Euseb.* in Chronico, qui Pythagoram conjicit in 62. Olymp. Referam breviter, quomodo hic & unde eruditionem suam ac famam conquisiverit. Præceptore præcipue & primum usus est *Pherecyde* Syro, ut testatur *Diogenes* in ejus vit. *Diodor.* Sic. lib. 1. Biblioth. cap. 96. & seq. & *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 2. ubi etiam primam ejus institutionem describit. & *Euseb.* lib. 10. præp. c. 2. Scil. ille inter septem *Sapientes* etiam habitus est, teste *Clemente* lib. 1. στρωμ. & *Laert.* lib. 1. *Theologiam* Crypticè scripsit ut *Clem.* vult lib. 5. στρωμ. pag. 571. & è Chami prophetia eam desumsisse

lib. 6.

lib.6. Poſt cujus obitum Pythagoras conceſſit in inſ. Samum Hermodamanti jam ſeni (vid. *Strab.* lib.14.) Creophili Nepoti ſe in diſciplinam dedit, ut tradit *Diogenes*. Ap. *Iamblichum* eſt Hermodonti cognomento Creophili. qui idem vult cum eo ad Pherecydem transfretaſſe eum jam natum circiter 20 annos. quique affirmat ipſum ab eo variis diſciplinis imbutum. Et illud contigiſſe ſub oriente Polycratis Tyrannide, ut etiam tradit *Apulejus* lib.2. Flor. cap. 22 ſed audiamus *Iambl.* cap.2. in vit. ejus. μετὰ τοῦτον, inquit, πρὸς τὸν Φερεκύδην διεπόρθμευε. Et addit: καὶ πρὸς Ἀναξίμανδρον τὸν Φυσικὸν καὶ πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον. Qui *Thal.* traditur ipſi author fuiſſe, ut in Ægyptum trajiceret eodem c. ap. *Iambl.* & ab ſe quoque jam ante inſtituto, ut idem teſtatur cap.3. Ergo, ut refert *Laertius*, cum eſſet juvenis diſcendi ſtudioſiſſimus patria relicta cunctis Barbaris Græciſque miniſteriis initiari ſtuduit. *Strabone* n. dicente lib.14. pag. 607. fertur: ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν Sc. Samum φιλομαθείας χάριν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα. i. e. *urbe deſerta in Ægyptum & Babylonem diſcendi gratia abſceſſiſſe*. diciturque *Iamblicho* te-

ſte primum veniſſe Sidonem, patriam ſuam eſſe (Sc. patris ſui reſpectu) perſuaſus. poſteà in Byblum & Tyrum, quarum etiam Sacris initiatus eſt. Deinde, ut idem narrat cap. 3. εἰς Αἴγυπτον ἀνάπλους καταπευσάντων αὐτῶν ἀνέβη. v. *Lactantium* lib. 4. de vera *Sap.* cap. 2. & *Theodoret.* lib. 1. De curatione Græc. Aff. *Iſocrates* in Buſiride: Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος. i. e. *Pyth. qui in Ægyptum profectus illorum diſciplinæ ſe tradidit.* vid. & *Iuſtin.* lib. 20. cap. 4. de illa Peregrinatione Ægyptiaca ejus vid. *Laertium* l. cit. ubi & addit; Polycratem illum Amaſidi per Epiſtolam commendaſſe. v. *Val. Max.* lib. 8. cap. 7. in extern. §. 2. & *Theodoretus* lib. 2. ſubjungit; *Cum Ægyptiorum Hebræorumque Sapientibus converſatus eſt, à quibus & Dei cognitionem hauſiſſet.* v. & *Iuſtin. Martyr.* in cohort. ejus ad Græcos in priore loco Th. cum Ægyptiis junguntur *Hebræi*, putem aut è Captivitate Babylonica eò quoſdam veniſſe aut cum *Cyrillo* lib. 1. contra Jul. Ægyptios, (unde Pythagoras ſua hauſiſſe dicitur) multa è Doctrina Moſaica, quæ tum è ſignis ejus, tum ex hiſtoria ejus ac Pharaonis innotuit,

tuit, reservasse; & præcipue quæ unius omnipotentis Dei quandam notitiam spectabant. cum quo convenit quodammodo *Porphyrius* l. c. ἐν Αἰγύπτῳ, inquit, καὶ περὶ θεῶν πλέον τι ἔμαθεν. i. e. *ac in Ægypto quidem de Diis accuratiorem perfectioremque quandam doctrinam hausit.* De al. *Valer.* l. c. *Ægyptum petiit, ubi literis gentis ejus assuefactus præteriti ævi sacerdotum commentarios scrutatus innumerabilium seculorum observationes novit.* v. & *Apulejum* lib. 2. Flor. putat *Euseb.* lib. cit. eum Ægyptiorum divinatores audivisse quo tempore Judæorum alii in Babylonem, alii in Ægyptum transmigrarunt. quod habet de Babylone etiam confirmat *Laertius* cum dicat eum conversatum apud Chaldæos & *Iamblichus* cap. 4. in ejus vita, à Cambysis militibus captum. in Babylonem esse abductum. qui dixerat cap. 3, quod cum Prophetis qui à Mocho Physiologo (alii legunt Moscho) oriundi erant, & aliis Phœniciæ Sacrificis esset congressus. plura deinceps narrat, quid egerit in Carmelo monte Phœniciæ. & cap. seq. quæ studia ipsius fuerint in Ægypto, ὅθεν πρὸς ἅπαντας τοὺς ἱερέας ἀπεδήμησεν. i. e. *ad omnes Sacerdotes peregrinationem suscepit.*

 qui

qui ideo ejus præceptores dicuntur ap. eundem cap. 28. In priore loco sic: δύο δὲ καὶ εἴκοσι ἔτη κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς ἀδύτοις διετέλεσεν ἀστρονομῶν καὶ γεωμετρῶν καὶ μυούμενος· οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς οὐδ' ὡς ἔτυχε πάσας θεῶν τελετάς. i. e. *Annos viginti duos in Ægypti Sacrariis & arcanis remotisque templis versatus est, Astronomiæ & Geometriæ operam dans, cunctisque sacris initiatus haud temere quasi saltuatim. Laert.* καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα καὶ τὰ περὶ θεῶν ἐν ἀπορρήτοις ἔμαθεν. i. e. *Ægypto intrans adyta ea quæ de Diis effari non possumus, didicit.* Ideo dicitur *Iambl.* cap. 5. συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην καὶ ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτῆς ὅλαις Ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς Γεωμετρικαῖς διέλασεν. i. e. *quod de rebus cælestibus scientiam consummarit eamque demonstrationibus universis tam Arithmeticis, quàm Geometricis percurrerit. Diodorus Siculus* congruit hisce lib. 1. cap. 98. dicens, Pyth. sacrum sermonem & Geometriæ Præcepta & artem numerandi & animarum in quodvis animal migrationem ab Ægyptiis accepisse. *Clem.* lib. 1. στρωμ. pag. 302. Addit eum τὴν Μυστικὴν φιλοσοφίαν Αἰγυπτίων ἐκμαθεῖν. i. e. *Ægyptiorum mysticam didicisse Philosophiam. Clem.* eodem lib. pag.

pag. 303. Ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχιδι τῷ Αἰγυπτίῳ Ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι. i. e. *Narratur Pythagoras fuisse discipulus Sonchedis Archipropheta Ægyptii.* & cum Memphiticis vatibus dicitur egisse teste *Hieronymo* tom. 3. ep. 103. ad *Paulinum* cap. 1. v. & *Iamblichus* in ejus vit. cap. 2. Ultrà quoque ad *Chaldæos* hic Philosophus venit. De quo sic *Clem.* l. cit. Χαλδαίων τε καὶ μάγων τοῖς Ἀρίστοις συνεγένετο. i. e. *cum Chaldæorum & Magorum conversatus est præstantissimis*; *Diogenes* lib. 8. in ejus vit. παρά τε Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ Μάγοις. i. e. *apud Chaldæos conversatus est & Magos.* *Iamblich.* in ejus vit. cap. 4. f. Κἀκεῖ Sc. Babylone τοῖς Μάγοις ἀσμένοις συνδιατρίψας καὶ ἐκπαιδευθεὶς τὰ παρ᾽ αὐτοῖς σεμνὰ καὶ θεῶν θρησκείαν. ἐν τελεωτάτῳ ἐκμαθὼν ἀριθμῶν τε καὶ Μουσικῆς καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἐπ᾽ ἄκρον ἐλθὼν παρ᾽ αὐτοῖς, ἄλλα τε δώδεκα συνδιατρίψας ἔτη. i. e. *Atque ibi Sc. Babylone cum Magis sui studiosis & benevolis conversatus & in ipsorum mysteriis eruditus fuit eaque quæ veneranda erant & ad religionem cultumque numinis pertinebant exactissimè perdidicit. Item in arte numerandi & Musice reliquisque disciplinis apud illos ad fastigium pervenit, alios præterea duodecim*

decim annos cum illis versatus. vid. & eundem *Iambl* cap.29. ubi tradit Chaldæos & Ægyptios eum docuisse, & exercuisse ἐν θεωρήμασι. sed videamus quomodo Malchus sive Porphyrius in vita Pyth. referat Pythagoram à Phœnicibus Arithmeticam, ab Ægyptiis Geometriam, à Chaldæis Astrologiam didicisse. Ἔτι δὲ, inquit, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ οἱ πλείους τὰ μὲν μαθηματικῶν καλουμένων ἐπιστημῶν παρ' Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων καὶ Φοινίκων, φασὶν, ἐκμαθεῖν Γεωμετρίας μὲν γὰρ ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους. Τὰ δὲ περὶ Ἀριθμοὺς τε καὶ λογισμοὺς Φοίνικας. Χαλδαίους τὸ περὶ οὐρανὸν θεωρήματα. i. e. *Iam quod ad doctrinam ajunt complures disciplinas ut vocant Mathematicas didicisse ab Ægyptiis Chaldæis & Phœnicibus. Ægyptios enim jam à temporibus antiquis Geometriæ studuisse. Phœnices numeris & rationibus, Chaldæos contemplationi cælestium*. Vult *Iamblichus* in ejus vit.c.4. quod κατὰ τὴν Αἴγυπτον διετέλεσεν ἀστρονομῶν καὶ γεωμετρῶν. i. e. *quod in Ægypto versatus sit Astronomiam & Geometriam exercens*. v. & c.29. quomodo & consecrationum atque initiationum studiis eruditus sit ap. Ægyptios tradit *Isocrates* in Busiride in loco deinceps citando,

tando. quomodo & *Arithmeticam* didicerit ab Ægyptiis docet *Apulejus* lib. 11. Flor. & *Stob*. Eclog. Phyſ. cap. 2. & *Diodorus* lib. 1. Ad *Hebræos* an pervenerit hic Philoſophus quæri poſſet. Negare videtur *Lactantius* lib. 4. de ver. Sap. cap. 2. ubi ſic: quod, cum *Pythagoras & poſteà Plato* (de quo nos in ſeq.) *amore indagandæ veritatis accenſi ad Ægyptios & Magos & Perſas uſque penetraſſent ut earum gentium ritus & ſacra cognoſcerent* (*ſuſpicabantur enim Sapientiam in religione verſari*) *ad Iudæos tantum non acceſſerint. & averſos eos fuiſſe divina providentia arbitratur.* Sed ſciendum quod tunc ad Perſas venerit *Pythagoras*, cum *Iudæi* ibi captivi degerent, à quibus tunc varia diſcere potuit. & cum *Magis* dicatur congreſſus; etiam à *Daniele* Magorum principe habito, erudiri potuit. &, ſi attendamus ad *Lactantii* verba, tantum de peregrinatione ejus in *Iudæam* ea intelligi debere videntur. *Clem.* Alex. etiam voluit hunc Philoſophum non tantum veniſſe ad *Iudæos*, ſed & multa inde in ſuam Phil. derivaſſe. Nam lib. 5. στρωμ. pag. 560. αὐτίκα ἐπιτομὴν τῶν περὶ δικαιοσύνης εἰρημένων Μωσεῖ ὁ Πυθαγόρας πεποίηται λέγων &c. i. e. *Eorum quæ dicta ſunt à Moſe de juſtitia compendium*

dium fecit Pythagoras. Et lib. 1. γεωμ. jam dixerat, ut disceret Philosophiam Ægypt. mysticam dicitur κατελθὼν εἰς τὰ ἄδυτα, δι' ὃς καὶ περιετέμετο. i. e. *Adyta ingressus sc. cum iis propter quos etiam circumcisus est.* Atqui ultimum hoc tantum spectabat Hebræos aut ab iis defluxit. Etiam huc congruunt testimonia *Iosephi* lib. 1. contra Appionem & *Aristobuli* Philos. peripatetici, ap. *Eusebium.* ap. *Iosephum* lib. cit. sic Hermippus de Pythagora: *Hæc autem agebat atque dicebat, Iudæorum & Thracum opiniones imitatus.* aliis, τὰς Ἰουδαίων καὶ Μαγῶν δόξας μιμούμενος. *Origenes* lib. 1. contra *Celsum.* λέγεται καὶ Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι Πυθαγόραν τὴν αὐτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. i. e. *Dicitur & Hermippum in primo libro de legislatoribus tradere, Pythagoram Philosophiam suam ab Hebræis ad Græcos transtulisse.* Et Somnia interpretandi scientiam ab iis didicisse eum vult *Porphyrius* in ejus vit. plura in seq. quomodo *Hieronymus* Silentium Pythagoricum ex imitamento dicti Salomonici *tempus tacendi, tempus loquendi* &c. obtinuisse velit infra ostendam. Etiam *Euseb.* lib. 9. præp. Evang. cap. 3. refert *Mosaica*

saica volumina ante Alexandrum & Persarum imperium traducta fuisse, unde plurima *Pythagoras* accepisset. Γέγονε γὰρ, ubi de Platone, πολυμαθὴς, καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ὑμῖν Sc. Hebr. μετενεγκὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν. i. e. *Erat autem scientissimus sicut & Pythogoras qui multa ex vestris in sua dogmata transtulit.* Ibique *Numenius* Pythagoricus Philosophus citatus scribit; Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων οὗτοι ἦσαν, τῶν τε συμφορῶν ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ἄφθησαν δυνατοί. i. e. *Iannes & Iambres Sacrarum literarum periti viri magicis artibus usque adeo præpotentes judicati erant ut Musæo Iudæorum ex Ægypto traductorum duci viro Deo conjunctissimo resistere posse à cunctis Ægyptiis digni habiti sint, multas etiam calamitates, quas Musæus Ægypto intulit, solvere visi sint.* Hæc ille. quæ ut cum Mosis verbis & historia in sacris memoratis conveniant, quisque judicet:

Theo-

Theodoretus præter quæ supra protuli lib. 1. dicit etiam à Mose parva quædam veritatis lumina Pythagoram desumsisse & initia. Et *Clemens* lib. 1. ςρωμ. pag. 304. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν. i. e. *Alexander in libro de Symbolis Pythagoricis refert Pythagoram fuisse discipulum Nazarati Assyrii.* quem quidam existimant fuisse Ezechielem Prophetam. & *Theodoret.* lib. 2. vult etiam hunc Pythag. ænigmata quædam de Deo ab Ægyptiis Hebræisque collegisse. plura in hanc rem spectantia suis quæque locis infra occurrent. Ad Persas quoque hunc Philosophum profectum discendi animo testantur l. cit. *Lactantius.* & *Plinius* lib. 25. cap. 2. *Valerius Max.* lib. 8. cap. 7. ext. 2. *Ad Persas*, inquit, *profectus Magorum exactissimæ prudentiæ se formandum tradidit à quibus siderum motus cursusque stellarum & unius cujusque vim, proprietatem & effectum benignissime demonstratum docili animo hausit.* v. *Cicer.* 5. de fin. huc facit quod prodidit *Clemens* in penultimo sic. Ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε Μάγοις καὶ τοῖς Ἱερεῦσι μαθητεύων. Ζωροάστρην δὲ τὸν

Μάγον.

Μάγον τ Πέρσῶν ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν. i. e. *Adiit enim Babylonem, Persidem & Ægyptum Magorum & Sacerdotum se præbens discipulum. Zoroastrem autem Magum Persam Pythagoras ostendit.* v. *Apulej.* Apolog. cap. 49. & 2. Flor. 22. ubi dicit Pythagoram ejus Sectatorem fuisse, hoc est disciplinæ ejus & artis Magicæ ab illo primum traditę cultorem, quo sensu etiam illa vox *Clementis* ἐδήλωσεν intelligi debet, cum Pythagoras Zoroastre multis seculis junior fuerit. *Plinius* lib. 30. cap. 1. *Certè Pythagoras Empedocles, Democritus & Plato ad eam discendam sc. Magiam navigavêre exiliis verius, quàm peregrinationibus susceptis. ubi & de Zoroastre.* didicit autem apud eos τὰ σεμνὰ ϰ Θεῶν θρησκείαν ἀπελεςάτlω. i. e. *quæ erant veneranda & ad ceremonias Deorum absolutissimas spectabant.* Etiam *Divinationem*, quæ fiebat per defunctos & aquam, quam *Augustinus* lib. 7. civ. D. cap. 25. νεκϱομαντίαν *appellat &c. Arithmeticam* & *Musicam* eum etiam didicisse à *Magis* testatur *Iamblichus* lib. 1. licet hoc non ita apertum sit. v. *Eus.* lib. 10. præp. c. 2. ubi & memorat Pythagoram peregrinatum usque ad Indorum Brachmanes. Idem authoritate Alexandri

cujusdam *Clemens* lib. 1. στρωμ. pag. 304. testatur, qui ait: ἀκηκοέναι τε προσέτι τούτοις Γαλατῶν καὶ Βραχμάνων τὸν Πυθαγόραν βούλεται. i. e. *Vult praeterea Pythagoram Gallos audivisse & Brachmanes.* Philostratus lib.8. Apoll. cap.5. *qui Indorum Sapientes, à quibus ejus, quam secutus est Pythagoras, Sapientiæ principia manarunt.* De *Brachmanis* & German: eorumque institutis ac Philosophia, qui carptim omnia velit, legat *Strabonem* lib. 15. Geogr. Eos ipsum etiam docuisse documenta mentium id est per quæ Mens cujusque & ingenium noscitur, vult *Apulejus* Florid. 11. Posteà reversus est Pyth. Samum, uti testatur in ejus vita *Iamblichus* cap. 5: natus annos circiter 50. invenitque illam insulam occupari tyrannide Polycratis; ceu testatur *Strab.* lib. 14. Ideo exinde ire contendit venitque in Delum & postea in Cretam & Spartam, teste *Iamblicho. Iustinus* lib. 20. cap. 4. ait; *quod Babylone regressus contenderit Cretam & Lacedæmona ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges.* Addit *Iamblichus* Ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἐν Σπάρτῃ τῶν νόμων ἕνεκα διέτριψε. i. e. *Legum causa in Creta & Sparta quoque versatus est.* Sed *Valerius* lib. 8. cap. 7. ext. 2. *A Persis dicit*

dicit eum Cretam & Lacedæmona (forsan brevitati studens, ut & Justinus, cætera, quæ *Iamblichus* & *Strabo* exprimunt, omisit) *navigaße*, quarum *Legibus ac Moribus inspectis ad Olympicum certamen descendit*. *Isocrates* in Laudatione Busiridis tradit quomodo Philosophiam & Sacra redux Ægypto intulerit Græciæ. Πυθαγόρας ὁ ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε καὶ τὰς περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπεφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν. i. e. *cum in Ægyptum venisset & factus esset eorum discipulus reliquam Philosophiam primus Græciæ intulit, tum sacrificiorum & consecrationum in templis majus studium, quàm cæteri, habuit*. Posteà, sic *Iamblichus*, denuo atque iterum domum remeavit. v. Samum. Interea dum sic agit, quæ didicerat, acriter propugnabat, ceu testatur idem. insistens doctrinæ modo allegorico ac Symbolis Ægyptiorumque disciplinis. Locum ibidem quoque sibi præparavit à semicirculo *Hemicyclium* Pythagoræ vocitatum, in quo Samii deinceps de rebus Politicis consultabant. Sic loco citato *Iamblichus* in ejus vit. cap. 5.

Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον, ἐν ᾧ νῦν Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν βουλεύονται. sic & *Antiphon* ap. *Malchum sive Porph.* dicunt παρελθόντα εἰς Ἰωνίαν κατασκευάσαι ἐν τῇ πατρίδι διδασκαλεῖον τὸ Πυθαγόρου καλούμενον ὅτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον. i. e. *reversum in Ioniam ludum in Patria aperuisse, quem Pythagoræ Hemicyclium jam etiam appellant.* Et addit *Iambl.* quod extra urbem Ἔξω τε πόλεως οἰκεῖον τῆς αὐτοῦ Φιλοσοφίας ἄντρον ποιησάμενος ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας διέτριβε καὶ τὴν ζήτησιν ἐποιεῖτο τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι χρησίμων, τὸν αὐτὸν τρόπον Μίνῳ τῷ τοῦ Διὸς υἱῷ διανοηθείς. i. e. *proprium Philosophiæ suæ fecit antrum, in quo maximam partem noctes atque dies versabatur & quæstiones instituebat eorum quæ disciplinis utilia essent. Eundem morem cum animo volutans, quem Minos Iovis filius tenuerat.* Subjungit denique idem, quod præter Politicam scientiam συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην καὶ ταῖς ἀποδείξεσι αὐτῆς ὅλαις ταῖς Ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς Γεωμετρικαῖς διήλασεν. i. e. *de rebus cælestibus scientiam consummarit, eamque demonstrationibus universis tam Arithmeticis, quàm Geometricis percurrerit.* adeo ut tota Græcia eum admirari

rari

rari cœperit, & undequaque ad ipsum confluxerint plurimi. Jam dicemus ut in Italiam venerit.

CAP. VII.

Cur *Pythagoras in Italiam venit & quando. in qua Italiæ parte consedit & docuit. fama ejus & laus ex ingenio & eruditione & honor. tantum* Philosophus *audiri voluit & cur. licet non fuerit primus Philosophus. & quomodo dicta ab eo Philosophia, distincta sit à* σοφία. *& quæ illa & hæc.*

QUare in Italiam venit Pyth. refert *Strabo* lib. 14. p. m. 608. Ἐπανιόντα, inquit, ἐκεῖθεν Sc. Babylone ὁρῶντα ἐπισυμβᾶσαν τὴν τυραννίδα Πολυκράτους πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον i. e. *cum reversus esset adhuc perdurante Tyrannide Polycratis in Italiam navigans ibi vitam contrivit.* Sic etiam *Laertius* in ejus vita. *Iamblichus* cap. 6. in ejus vit. causam fuisse dicit, *quòd cum fugeret Politica negotia & Samiorum negligentiam in literis*, ἀπῆρεν εἰς Ἰταλίαν πατρίδα ἡγησάμενος τὴν πλείονων ἀνεχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν ἠθικῶς ἐχουσαν χώραν. i. e. *in Italiam discessit Patriam reputans quæ quàm plurimos haberet benè erga literas affectos.* Quando autem eò venerit docet *Gellius* lib. 17. cap. 21. *Pythagoras*; in-

quit, *Samius in Italiam venit Tarquinii filio Regnum obtinente, cui cognomentum superbus fuit.* sic *Cicero* quoque 1. Tusc. 4. & *Livius* l. cit. illud tempus conjicit in Servium Tullium Regem. qui dicit, quod tunc consederit in Italiæ ea ora, quæ est circa Metapontum Heracleamque & Crotonam, ubi studiis suis & discipulis floruisse perhibetur. *Crotonam*, inquit Justinus lib. 20. cap. 4. *venit populumque in luxuriam lapsum sua authoritate ad usum frugalitatis revocavit.* Sic etiam *Diogenes Laert.* lib. 8. in ejus vit. *In Italia eam partem*, ut *Valer.* lib. 8. cap. 7. *quæ tunc major Græcia appellabatur, perrexit, in qua plurimis opulentisque urbibus effectus suorum* studiorum *approbavit. cujus ardentem rogum plenis Venerationis oculis Metapontus aspexit.* vid. & *Augustin.* lib. 8 cap. 2. & *Cicero* suprà citatus, *Pythagoras*, inquit, *tenuit Magnam Græciam cum honore & disciplina, tum etiam authoritate.* Lege *Iamblichum* in ejus vit. cap. 6. ubi ostendit, quid ibidem egerit, tum quæ ad civilem vitam tum quæ ad Philosophiam Specialiter pertinebant. quomodo hic famam & authoritatem obtinuerit Pythagoras paucis sic docet *Isocrates* in

Laud.

Laud. Busiridis: Τοσοῦτον γὰρ, inquit, εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥς τε τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥδιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν ἐκείνῳ συγγιγνομένους ἢ τῶν οἰκείων ἐπιμελουμένους. i. e. *in tantum nobilitate cæteris excelluit, ut & adolescentes omnes ejus discipuli esse cuperent. Et senes cum eo vivere mallent & liberos suos, quàm rem familiarem, curare.* Hic breviter recensebo, quomodo famam illam ingenio suo atque eruditione promeruerit. *Clementi* Alexandr. lib. 1. στρωμ. ob ingenium, & eruditionem dicitur μέγας. sic etiam *Euseb.* lib. 14. præp. cap. 2. *Lactantio* de ira cap. 10. *Magnæ sectæ princeps. Euseb.* lib. 11. cap. 6. *Majorem* eum Platone potentioremque virum appellat. & *Iamblichus* in ejus vit. cap. 1. ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς Θείας Φιλοσοφίας. i. e. *principem & Patrem divinæ Philosophiæ. Omnis Sapientiæ dicitur peritus Iamblicho* in ejus vit. cap. 29. ubi describit, in quibus ejus Sapientia consistebat. & *Plinio* lib. 25. cap. 2. *Clarus* sapientia appellatur. vid. ap. *Iamblich.* cap. 15. ejus encomium in carmine ab Empedocle ipsi datum, post quod sic *Iambl.* τὸ γὰρ περιώσια καὶ τῶν

ὄντων πάντων λεύσεσκεν ἕκαστον καὶ πατρίδων πλοῦτον καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφατικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἢ ἐν τῷ ὁρᾶν καὶ τῷ ἀκούειν καὶ τῷ νοεῖν. i. e. *Superflua & rerum omnium quodcunque videbat & mentium divitias & id genus alia, quæ maximè evidentia erant eximii illius & exactioris præter reliquos apparatus, cum in videndo, tum etiam in audiendo cogitandoque.* Apud *Theodoretum* lib. 2. Græc. Aff. citatus Xenophon in iis, quæ ad Æschinem Socraticum scripsit, Sapientiam hujus Philosophi extollens sic loquitur: Αἰγύπτου γὰρ ἠράσθησαν καὶ τῆς Πυθαγόρου τερατώδους σοφίας, i. e. *Adamarunt sc: duo Philosophi Plato & Aristippus Ægyptum monstrosamque Pythagoræ Sapientiam.* v. *Euseb.* lib. 14. præp. ev. cap. 4. In carmine quod Iön Chius de seipso scripsit apud *Laertium* in vita Pherecydis dicitur Πυθαγόρας ἐτύμως ὁ σοφὸς. i. e. *Pythagoras summè Sapiens.* & ap. *Valerium M.* lib. 8. cap 7. §. 2. ext. *Perfectissimum opus Sapientiæ à juventa ingressus.* Specialiter ejus ingenium laudatur *Apulejo* lib. 2. Flor. cap. 26. & *Iamblicho* in vit. ejus c. 32. ob quod &c. apud Crotoniatas referente eodem cap. 10. vocatur

batur

batur Θεῖος i. *Divinus* & Θειότατος i. *Divinissimus* cap.29. & Philosophia ejus esse à Deo cap: 1. & Θεῖα ibid. cap.6. Θείας ὑποθήκας i. *ejus Divinas praeceptiones vocat*. & cap. 17. Θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιστάμων. i. e. *rerum Divinarum humanarumque peritus*. diciturque cap.29. in eo fuisse Θαυμαστὸν τὸ εἶδος τῆς σοφίας. i. e. *perfectissima species sapientiae*. Huc pertinet ejus *Magia Plinio* lib.24. cap.17. celebrata, quam consectatus *Mag. Coriacesiam* & *Calliciam* didicerat, ita eo authore magna Graecia omni Sapientia impleta est, ut tradit *Iamblichus* in vita ejus cap. 29. ut &, Πυθαγόραν μετὰ τῶν Θεῶν κατηρίθμουν ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα καὶ φιλανθρωπότατον. i. e. *Divis annumerarent ceu bonum aliquem hominisque amantissimum genium*. unde & Δαιμόνιος ἀνὴρ eidem nuncupatus est. qualem autem eum nominarunt & ut Deum venisse in terras arbitrati sunt tradit *Iamblichus* cap. 6. vit. ejus : & quod proverbium inde sit natum, τὸ ἐκ Σάμου Κομήτην ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διαχηρύττει. i. e. *Samius Capillatus de honestissimo ac religiosissimo dici solet*: Idem refert authoritate *Aristotelis* divisionem eam obtinuisse inter ea quae maximè arcana sunt

animantium ratione præditorum, ut alius quidem sit Deus, alius homo, alius autem *Pythagoras*. Quin imò etiam pro Deo illum cultum fuisse testatur *Justinus* lib.20. cap.4. ubi; *Cujus tanta admiratio fuit ut ex domo ejus templum facerent; eumque pro Deo colerent*. paulò aliter hæc *Valer. Max*. lib.8. cap.15. *Opulentissima*, inquit, *Crotoniatarum civitas tam frequenter venerata post mortem* sc. ejus Pyth. *Domum Cereris Sacrarium fecit; Quantumque illa urbs viguit & Dea in hominis memoria & homo in Dea religione cultus est*. Cæterum licet, cum viveret ac doceret, tanto in honore passim sit habitus ob Sapientiam suam, non tamen eam sibi tribui voluit, cum non σοφὸν, sed *Philosophum*. i. e. Sapientiæ cupidum sive amantem tantum se appellari cavit & deinceps hoc nomen in ejus successoribus retineri jussit. *Laertius* in procem. φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον. i. e. *Philosophiam Pythagoras primus appellavit, seque Philosophum sc. Coram Leonte Tyranno*. Pergit, ϑᾶτων δὲ ἐκαλεῖτο σοφία καὶ σοφὸς ὁ ταύτην ἐπαγγελλόμενος, ὃς εἴη ἂν κατὰ ἀκρότητα ψυχῆς ἀπηκειβώμενος., φιλόσοφος δὲ ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος. i. e. *Ante Sapien-*

tia

tia dicta & qui hanc profitebatur Σοφὸς i. *Sapiens*, quicunque ad summam animi virtutem excreverunt. *Philosophus autem dicebatur, qui erat Sapientiæ studiosus.* rationem jam ante dederat sc. μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον ἀλλ' ἢ Θεόν. i. e. *nullum enim hominum, sed solum Deum esse Sapientem.* videamus *Iamblichum* in ejus vita. cap. 12. & 29. φιλοσοφίαν μὲν οὖν, inquit, πρῶτος αὐτὸς ὠνόμασε καὶ ὄρεξιν αὐτὴν εἶπεν εἶναι καὶ οἱονεὶ φιλίαν σοφίας. i. e. *Philosophiam itaque ipse primus appellavit eamque appetitum dixit esse & veluti amorem Sapientiæ.* addit quoque quid sit Sapientia. σοφίαν δὲ ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας καὶ τὴν σοφίαν εἶναι τῶν κυρίως ὄντων ἀλλὰ οὐχὶ τῶν ὁμωνύμως. i. e. *Sapientiam rerum quæ verè & per se sunt* &c. *Clemens* lib. 1. στρωμ. pag. 300. Πυθαγόρας φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσεν. Unde satis intelligimus Pythagoram non absolutè fuisse primum Philosophum, sed tantum ita se modestiæ ergo appellari voluisse, cum aliàs Anaxagoras & Xenophanes ejus temporibus viventes etiam fuerint Philosophi. Et ante eum Philosophi, qui erant Sapientes superbiæ titulo & dicebantur & dici volebant. *Sapientum nomen,*

men, inquit *Cicero* 5. Tuſcul. q. 8. *uſque ad Pythagoræ manavit ætatem*. Et *Auguſtinus* lib. 8. cap 2. civit. *Nam cum antea Sapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ aliis præſtare videbantur, iſte interrogatus quid profiteretur, Philoſophum ſe eſſe reſpondit, id eſt, eſt ſtudioſum & amatorem Sapientiæ. quoniam ſapientem profiteri arrogantiſſimum videbatur* v. *Euſeb.* lib. 10. præp. cap. 2. & *Auguſtin.* lib. 18. civ. cap. 25. & *Lactantius* lib. 3. cap. 14. & lib. 3. cap. 2. *At enim*, inquit, *verecundiæ cauſa ſtudioſos ſe Sapientiæ non ſapientes vocaverunt. imo vero Pythagoras, qui hoc primus nomen invenit, cum paulò plus ſaperet quàm illi priores, qui ſe Sapientes putarunt, intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam perveniri & ideo non oportere incomprehenſæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi* v. *Apulejum* in Apol. 6. & *Valer. M.* lib. 8. cap. 7. §. 2. extr. jam proximè dicendum de varietate Philoſophiæ Pythagoricæ, deinde de diſcipulis Pythagoræ.

Cap. VIII.

Philosophia Pythagorica *ut distincta in* purgantem & perficientem. & *quæ utraque pars. item*, in Theoreticam & Practicam. & *in* Exotericam & Esotericam. *quarum illa Politica, hæc Scholastica. Explicatur utraque. quæ* Acu'matica & Mathematica *philos. etiam utraque explicatur. quæ* ἀκύσματα & *eorum divisio.* Matheseos *quædam partes uti* Physicæ *præstruebantur.* & *qui* Physici. *ad* Physisicam *etiam pertinebat* Theologia, *quæ per numeros exprimebatur. item* Medicina, *quæ ut tradita & exculta à Pythagoricis, item* Musica & Divinatio, *ostenditur.*

DIstingui potest Pythagoræ Philosophia in *Purgantem* & *Perficientem*. quod discimus ex *Hieroclis* verbis, in commentar. Carminum Pythagoricorum, ubi; Φιλοσοφία ἐςὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης. i. *Philosophia est vitæ humanæ purgatio atque perfectio.* priorem sic explicat: κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοῦ σώματος. i. e. *purgatio quidem cum fæce rationi contraria mortalique corpore liberat.* posteriorem sic: τελειότης δὲ, τῆς οἰκείας εὐζωΐας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. i. e. *Perfectio v. cum suæ vitæ rerum parata præstantia ad Divinam similitudinem reducit.* primam *Iamblichus* c. 16. in ejus vit. describit & vocat καθάρτησιν ψυχῶν.

ψυχῶν. *purgationem* animorum &c. καλάςτυπιν i. *Dispositionem* c. 20. & addit; πολέμιον δὲ ἡγεῖτο τὴν ἀγριότητα περὶ τοιαύτην διαγωγήν. i. *ferocitatem autem ad hanc institutionem inimicam esse censebat*, utramque complectitur *Iamblichus* in Protept. cap. 13. Εἰ τοίνυν καὶ ἀρετὴν τελείαν καὶ κάθαρσιν τῆς ψυχῆς Φιλοσοφία μόνη παρέχειν πέφυκε, μόνης αὐτῆς ἀντιλαμβάνεσθαι ἄξιον i.e. *Quod si igitur & perfectam virtutem & animi purgationem sola Philosophia prabere solet, eam solam apprehendendam esse aquum est.* subjungit: εἰς γὰρ Θεῶν γένος μὴ Φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ Φιλομαθεῖ. i. e. *nam in Deorum contubernium alii, qui Philosophatus non sit, quique omnino purus non abierit, non est fas pervenire. Hierocles* ταῦτα δὲ, inquit, πέφυκεν ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια μάλιστα ἀπεργάζεσθαι· ἡ μὲν τὴν ἀμετρίαν τῶν παθῶν ἐξορίζουσα ἡ δὲ τὸ Θεῖον εἶδος ἐκφυῶς ἔχουσα περιποιουμένη. i. e. *quæ duo quoniam virtute & veritate fieri maximè natura comparatum est. Earum illa quidem tollit perturbationum intemperiem, ista autem Divinam formam, si rectè se habeat, inducit.* Hæc distinctio æquivalet ei quæ est in *Theoreticam* & *Practicam* communiter apud

pud Philosophos adhiberi solitæ. quod sic etiam docet idem *Hierocles* ubi de aureis *Pyth.* Carminibus: περιέχει γὰρ Sc. ἔπη Πυθαγορικὰ πάσης φιλοσοφίας πρακτικῆς καὶ θεωρητικῆς, τὰ καθόλου δόγματα, δι' ὧν ἄν τις ἀλήθειαν καὶ ἀρετὴν κτήσαιτο καὶ ἐὰν καθαρὸν ἀπολαύοι καὶ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν εὐτυχήσειε. i. e. *continent enim Carmina Pythagorica totius Philosophiæ, quæ in agendo & quæ in contemplando versatur decreta summa. quibus non solum veritatem atque virtutem sibi quisque comparet, sed purus etiam Deoque similis facile efficiatur.* Et huic etiam congruebat divisio in Ἐξωτερικὴν & ἐσωτερικὴν φιλοσοφίαν. priori voce utitur *Iamblichus* in protreptico c. 21. illamque refert ad Reipublicæ meditanes & sic Politica magis erat quàm Scholastica, quique illam tenebant extra societatem Scholæ Pythagoricæ Reipublicæ & Politicis muniis erant dediti, in iisque se exercebant Pythagoram tantum audire soliti, nec præcepta ejus interiora observare, erant hi οἱ ἔξω i. extranei sc. sectæ Pythagoricæ. *Iambl.* in vit. *Pyth.* c. 17. dicuntur πολιτικοὶ ubi sic; οἵπερ ἐκαλοῦντο] Πολιτικοὶ καὶ Οἰκονομικοί τινες καὶ νομοθετικοὶ ὄντες. i. e. *qui vulgò Politici & Oeconomici & quasi legislatores*

res dicebantur, ſic dicto loco idem *Iamblichus*, ἐξωτερικὰς ἐπιλύσεις & ἐξωτερικὰς ἐννοίας. i. *Extraneas ſolutiones* & *extraneas notiones appellat*. atque ἐξωτερικοὶ opponit ἀκροαματικῷ hoc eſt *accurato* & *recondito*, quod tantum eruditis auditoribus conveniebat. Ἐσωτερικὴ deſcribitur à *Iamblicho* in illis Pythagoræ diſcipulis, qui idem nomen poſt varia exercitia acquirebant ſc. in ejus vit. cap. 17. ubi; αὐτοὶ δὲ οἱ μὲν ἄξιοι ἐφαίνοντο τοῦ μετέχειν δογμάτων ἐκ τε βίου καὶ τῆς ἄλλης ἐπιεικείας κριθέντες μετὰ τὴν πενταετῆ σιωπὴν ἐσωτερικοὶ λοιπὸν ἐγίνοντο. i. e. *Ipſi qui quidem digni videbantur ut dogmatum fierent participes ex vita quam tranſegiſſent, partim ex reliqua vitæ morumque moderatione & æquitate judicati poſt ſilentium quinquennale interiores fiebant.* quomodo autem illi & ſecretiores atque interioris admiſſionis erant, narrat in ſeq. Priores ergo practicam Philoſophiam, & hi Theoreticam præcipue amplectebantur atque exercebant, licet & exoterici etiam aliquando varia deſumſerint è placitis Eſotericorum, quæ divina & humana erant. hi *Eſoterici* à more demonſtrandi & probandi Mathematico etiam hanc Philoſophiam appellabant μαθηματικήν.

κῶν. secundum ergo eam dicti Mathematici non simpliciter asserebant sententias, sed &. per rationes probabant & è caussis sive principiis. Et sic cum Mathematica *Esoterica* conveniebat, & Exotericæ utraque opponebatur & Acusmaticæ, quod docemur apud *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 28. ubi; καὶ ἄλλον δ' αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας. δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν ἀκουσματικοὶ, οἱ δὲ Μαθηματικοὶ, ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων. i. e. *Iuxta alium autem modum duæ erant Philosophiæ formæ sive species. Duo quippe eorum, qui eam tractarent & manibus quasi versarent, genera erant.* Alii *quidem Acusmatici* h. est, auditores: *alii vero Mathematici* i. e. qui disciplinis vacabant, *ab aliis agnoscebantur Pythagorei esse.* & addit, quod iidem ἀκουσματικοὺς ad eorum *Pyth.* numerum non referebant neque eorum opus ac totam actionem Pythagoræ, sed Hippasi esse judicabant. *Acusmaticorum* Philosophica studia sic *Iambl.* in seq. describit: ἡ μὲν ἀκουσματικῶν φιλοσοφία, ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων, ὅτι οὕτω πρακτέον καὶ τ' ἄλλα, ὅσα παρ' ἐκείνου ἐῤῥέθη, ταῦτα πειρῶνται διαφυλάττειν ὡς

θεῖα δόγματα. αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπολαμβάνουσι τούτους ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν, οἵτινες πλεῖστα ἀκούσματα ἔσχον. i. e. *Philosophia horum auditorum in auditionibus nudis consistit, idque absque ulla ratione, & demonstratione, quia ita agendum est, & reliqua quæcunque dicta sunt ab illo ceu divina oracula custodire conantur. Ipsi verò apud seipsos hos optime erga prudentiam affectos esse existimant, qui plurima collectanea ejus excerpta habebant.* Porrò in seq. describit & partitur ἀκούσματα eorum sic: Πάντα δὲ τοιαῦτα ἀκούσματα διῄρηται εἰς τρία εἴδη. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν τί ἐστι, σημαίνει. τὰ δὲ, τι μάλιστα. τὰ δὲ τι δεῖ πράττειν. τὰ μὲν οὖν τί ἐστι, τοιαῦτα. οἷον, τί ἐστιν αἱ Μακάρων νῆσοι, ἥλιος, σελήνη τί ἐστι ἐν Δελφοῖς μαντεῖον τετρακτὺς, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁρμονία, ἐν ᾗ αἱ Σειρῆνες. τὰ δὲ τι μάλιστα, οἷον τι τὸ δικαιότατον; Θύειν. τὶ τὸ σοφώτατον; ἀριθμὸς. δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς πράγμασι τιθέμενον. τὶ σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; Ιατρική. τὶ κάλλιστον; ἁρμονία. τὶ κράτιστον; γνώμη. τὶ ἄριστον; εὐδαιμονία. τὶ δὲ ἀληθέστατον λέγεται; ὅτι πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι. i. e. *Istiusmodi scripta omnia auditione percepta in tres species dividuntur. quidam enim ex illis quid sunt, significant. alia vero quid maximè:*

mè: rursus alia quid facere vel non facere oporteat. Ea quæ quid sunt significant, hujusmodi sunt veluti; quid sunt beatorum insulæ, Sol, Luna. quid sit Delphicum illud oraculum, Tetractus vel quaternarius numerus. quænam illa sit harmonia, in qua sint Syrenes. quæ verò quod maximè significant, talia sunt. veluti, quid est justissimum? sacrificare. quid sapientissimum? numerus. secundo loco, quod rebus nomina imponit. quid sapientissimum rerum humanarum? medicina. quid pulcerrimum? harmonia & concentus. Quid potentissimum? sententia. Quid optimum? felicitas. Quid verissimum esse dicitur? homines malos esse. Secundi generis ἀκούσματα dicit convenire cum Sapientum dictis. tertii generis ἀκούσματα in sequentibus exponit. sed ea nos latius in Philosophia Pythagoræ & Pythagoræorum practica posteà exponemns. Et de primò genere in Theoretica Phil. Scilicet hæc *Acusmatica* & *contemplativam* & *activam* Philosophiam Spectabat, uti è supra citatis satis liquet. atque sic quoque intelligendum est, quod *Acusmatici* adultiores erant auditores & Politicis occupati curis, qui se non usque adeò demonstrationibus & sollicitis anquisitioni-

 bus

bus intendere poterant. contra verò *Mathematici* erant juniores, qui hoc tantum agebant, id eſt, ſe ſpeculationibus & cæt: ſtudiis totos dabant. Eorum Philoſophia erat μεϑὰ λόγων. Et ejuſmodi erant, contra quos *S. Empiricus* dubitationem Scepticam venditans copioſe ſcripſit. Optimum ego erat Philoſophorum genus *Mathematicorum*. ex adverſo autem *Acuſmatici* ſimplices ac creduli Philoſophi erant qui præcepta & dogmata citra rationis examen admittebant tanquam immobilia. Quemadmodum ergò, ut dictum, *Exoterici* cum *Acuſmaticis* conveniebant, ita quoque differebant, in eo: quod *Exoterici* quicunque eſſe poterant, vel Pythagorici vel Extranei erant. *Acuſmatici* v. ſoli *Pythagorici*. ſiquidem tractabant ea, quæ ad vitam pertinebant, ſed tantum *Pythagoricam*. Illi v. quæ ad *communem* & *civilem* dirigebantur. licet aliquando uſi dicantur ἀκȣ́σμασι quibuſdam. Ideo & *Iamblichus* quoque *Acuſmatica* triplicem oſtendit uſum cap. 21. lib. 2. i. protrept. dicitque ſymbolorum, quæ etiam ſunt inter Ἀκȣ́σματα, modum unum interpretandi Symb. exiſtere proprium ſectæ *Pythagoricæ* atque *arcanum* eſſe nec aliis vul-

vulgandum. Alium verò *popularem*, qui-que omnibus communiter tradi possit. tertium dicit esse *medium* inter utrumque, non omninò popularem nec palam *Pythagoricum*, sed nec ab utroque remotum. quæ omnia ibidem prolixius exsequitur. ubi tamen semper, qui ad arcana istius Philos. admittebantur sunt dicendi ἐσωτερικοί. Et sciendum, quod hæc ἐσωτερικὴ includebat Μαθηματικὴν, non tam in sua latitudine, quâ demonstrativam sic in genere dictam Philos. memoravimus, sed specialem in *numeris* sc. & *figuris* consistentem. ita ut Ἐσωτερικοὶ præmittere suis sacris tenerentur *Musicam*, *Astronomiam* & *Geometriam*, quibus potissimum animi à sensibilibus abstracti aptiores fiebant percipiendis intelligibilibus faciliusque præparabantur per virtutum studia ad beatitudinem. sic *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 32. vid. & Porphyrium in vit. Pyth. quod Mathemata cæteram Philosophiam præcesserint apud Pythagoricos (quod & Plato aliique observasse dicuntur) docet quoque *Aulus Gellius* lib. 1. cap. 9. *Hi prorsus* sc. qui tacebant, *appellabantur intra tempus tacendi audiendique* ἀκουστικοί. *At ubi res didicerant rerum o-*

mnium difficillimas, tacere, audire atque esse jam cæperant silentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία; *tum verba facere & quærere, quæque audissent scribere & quæ ipsi opinarentur, expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore* μαθηματικοί; *ab his scilicet artibus, quas jam discere atque meditari inceptaverant; quoniam Geometriam & Gnomonicam, Musicam cæterasque item disciplinas altiores* μαθήματα *Græci appellabant. & post: Exinde his scientiæ studiis ornati ad perspicienda mundi opera & principia naturæ procedebant ac tunc denique nominabantur* Φυσικοί. Atque sic intelligimus, quod dicta μαθήματα præstiterint studia προπαιδευτικὰ ad interiorem naturæ inquisitionem contendentibus. & hanc tanquam & difficiliorem & digniorem olim spectatam. sciendum quoque quod sub *Physica* illa etiam continebatur *Theologia*, ita ut non tantum de principiis & elementis rerum ac corporibus &c. egerint, sed etiam de Deo & rebus Divinis. v. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 29. atque ideo ejusmodi *Physicos* doctissimos appellat *S. Empiricus*. ita *Iamblichus* l. c. Pythagoræ Sapientiam laudans sic loquitur; τὴν περὶ τῶν νοητῶν καὶ περὶ θεῶν ἐπιστήμην παραδίδω.

διδῶσιν. ἔπειτα τὰ Φυσικὰ πάντα ἀναδιδάσκει. i. e. *eam scientiam tradit, quæ erat de intellibilibus & Diis. Deinde Physica omnia docet.* ubi & intelligibilia distingui oportet à Diis sive Divinis, velut *Metaphysica* à *Theologicis.* & hoc ultimum genus erat apud Pythagoricos tanquam semotum & arcanum silentioque premendum, quò ἀκουσμάτων συμβολικῶν interpretamenta referri debebant. etiam numeri, quibus ad Divina exprimenda utebantur. v. *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 28. audiamus ipsum: ἐκ δὴ τούτων φανερὸν γέγονεν, ὅτι τῶν ἀριθμῶν ὡρισμένην οὐσίαν τῶν θεῶν περὶ τῶν Ὀρφικῶν παρέλαβεν. Ἐποιεῖτο δὲ διὰ τῶν αὐτῶν ἀριθμῶν καὶ θαυμαστὴν πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν τῶν θεῶν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ὅτι μάλιστα συγγενεστάτην. i. e. *Ex his notum est, quod naturam numerorum, quâ Deorum indoles naturaque definitur ab Orphicis desumserit. faciebat autem per eosdem numeros etiam admirabilem prænotionem & cultum Deorum juxta numeros, quam maximè cognatum.* Addo quoque, quod Pythagoræ memorati discipuli *Medicinam* amplexi sint atque exercuerint. sic *Ælian.* lib. 9. var. Hist. cap. 21. λέγουσι τοὺς Πυθαγορείους πάνυ σφόδρα τὴν περὶ Ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην.

 i. e.

i.e. *Dicunt Pythagoraeos summum studium & operam medicandi facultati novasse.* Plenius *Iamblichus* in vit. Pythagoræ cap. 29. refert eos præter Musicam divinandique artem hoc studium Medicinæ adamasse. Τῶν δὲ, inquit, ἐπιστημῶν οὐχ ἥκιστα φασὶν αὐτοὺς τοὺς Πυθαγορείους τιμᾶν Μουσικὴν τε καὶ Ἰατρικὴν καὶ Μαντικὴν & pòst. Τῆς Ἰατρικῆς μάλιστα μὲν ἀποδέχεσθαι τὸ διαιτητικὸν εἶδος. καὶ εἶναι ἀκριβεστάτους ἐν τούτῳ καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν καταμανθάνειν σημεῖα συμμετρίας πόνων τε καὶ σιτῶν καὶ ἀναπαύσεως. ἔπειτα περὶ αὐτῆς κατασκευῆς τῶν προσφερομένων σχεδὸν πρώτους ἐπιχειρῆσαι τε πραγματεύεσθαι καὶ διορίζειν. i. e. *Scientiarum non minimè ajunt Pythagoreos excolere & in Pretio habere Musicen & medendi divinandique artem. Medicinæ verò maxime recipere eos partem illam quæ videndi rationem præstat: atque ea esse longe exactissimos & conari primum quidem perdiscere. Signa temperamenti, exercitiorum, potus & quietis. Deinde de ipsa confectione quæ assumuntur penè primos conatos esse & commentari & definire.* Quemadmodum autem *Chyrurgicam* &c. præ reliq. excoluerint, refert in seq. ἅψασθαι δὲ χρὴ καὶ καταπλασμάτων ἐπὶ πλείω τοὺς Πυθαγορείους τῶν ἐμπροσθέν.

θέν. τὰ δὲ περὶ τὰς φαρμακείας ἧττον δοκιμάζειν. αὐτῶν δὲ τούτων τοῖς πρὸς τὰς ἑλκώσεις μάλιστα χρῆσθαι, τὰ δὲ περὶ τὰς τομάς τε καὶ καύσεις ἥκιστα πάντων ἀποδέχεσθαι. i. e. *Pythagoraeos etiam oportet ut plurimum tractare præ illis qui ante fuerunt, cataplasmata, & mollientia remedia. Illa autem quæ spectant ad medicamenta, minus probare. Ex illis porrò ipsis maximè iis uti ad hulcerationes, ad incisiones ustionesque minimè omnium ea esse recipienda.* Etiam musica usi sunt Pythagoræi ad exhilerandum animum vegetandumque corpus, uti posteà prolixius videbimus. etiam de Divinandi studio & arte.

Cap. IX.

Ut discipuli Pythagoræ probabantur. ubi δοκιμασία, κρίσις & βάσανος. eum morem obtinuisse ap. Indos Phil. quibus partibus absolvebatur probatio. Ibi & observata Physiognomia eorum. *Quod & quale* Silentium *triennale & quinquennale fuerit. & in quem finem utrumque institutum. sc. ut à sensibilibus se abstraherent* &c. *quodnam perpetuum fuerit* Silentium, *quod potissimum respectu extraneorum observatum. qui θύραιοι & βέβηλοι. qui* Pythagorei & Pythagoristæ. *qui item γνήσιοι & ζηλωταί.* Acusmatici *tacebant & Mathematici loquebantur. qui φυσικοί, θεωρητικοί & Σεβαστικοί, & ἄνδρες. ut discipulas etiam fœminas habuerit Pythagoras & quæ ipsas docuit. plures simul auditores habuit. ubi ὁμακοεῖον. & Politici. Leges iis dedit & edicta. concordia Pythagoricorum & commu-*

nio facultatum. ut reveriti sunt Magistrum, ubi αὐτὸς ἔφα. *ut Pythagoras discipulos amabat &* ἑταίρους *appellabat. ubi,* ἑταῖροι, γνώριμοι & μαθηταί. *docebat Pythagoras juxta captum cujusque discip. ubi &* παιδαρτῶν.

PRæcedenti capite satis Explicatum est, qui erant Pythagoræ discipuli *Exoterici* & *Esoterici*, unde philosophia ejus sic denominata fuit. videndum jam quemadmodum Exotericorum quidam paulatim per probationem Esoterici vocari merebantur. primum de *probatione*. δοκιμασίαν & κρίσιν adhibitam, antequam discipuli proprii fierent, à Pythagora testatur *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 17. in princ. παρασκευασμένῳ δὲ αὐτῷ οὕτως εἰς τὴν παιδείαν τῶν ὁμιλητῶν, προσιόντων τῶν ἑταίρων καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρει, μέχρις ἂν αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν καὶ τὴν κρίσιν ποιήσηται. i. e. *Præparaturus discipulos ad disciplinam demesticorum & amicorum non statim annuere ipsis est solitus, donec adhibuisset explorationem ac judicium suum de illis.* βάσανον quoque vocat illam explorationem idem *Iambl.* in seq. & cap. 19. ubi & σιωπῆς. i. *silentii*, de quo posteà, meminit: morem illum explorandi didicisse videtur hic Philosophus apud

Brach-

Brachmanes. videamus Philoſtratum lib. 11. cap. 12. Ap. παρ' Ἰνδοῖς ἀνάγκη πᾶσα ἐκβασανίζεσθαί τε τοὺς ἐπ' αὐτὴν ἰόντας, ἐλέγχοις τε ὑποβεβλῆσθαι μυρίοις. i. e. *apud Indos neceſſe erat omni modò probari & mille tentationibus ſubjici, qui ad eam ſc. Philoſophiam percipiendam volunt accedere*. Ibidem quoque occurrit vox δοκιμάζεσθαι. de ſilendi apud eos more ſic *Strabo* lib. 15. p. m. 676. τὸν δὲ ἀκροώμενον οὔτε λαλῆσαι θέμις, οὔτε χρέμψασθαι. i. e. *auditori non eſſe fas aut loqui aut ſternutare &c*. Pythagoricorum prior δοκιμασία ſive βάσανος ſpectabat vitam ante actam, ut nos docet *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 17. ſcil. *quomodo* cum Parentibus aliiſque familiaribus converſati eſſent, exquirebat. *Deinde* attentis oculis intempeſtivos eorum riſus, ſilentium, ſermonem non neceſſarium vel loquacitatem obſervabat. *poſteà* eorum cupiditates, & familiares & mutuam conſuetudinem introſpiciebat. *præterea* quas ob res lætitia juxtà ac dolore perſuaderentur. *Quin imò* accuratè oris ſpeciem, inceſſum, totumque corporis motum conſiderabat, unde morum ſigna in animo quoque colligebat: ἐφυσιογνωμόνει. vid. & *Gellium* lib. 1. c. 9. ubi

&

& hanc partem explorandi exprimit per vocem φυσιογνωμονεῖν. vid. & Porphyrium in vit. Pyth. Et sic *exploratione* facta, ut *Iamblichus* ἐφίει τριῶν ἐτῶν ὑπερορᾶσθαι, δοκιμάζων πῶς ἔχει βεβαιότητος καὶ ἀληθινῆς φιλομαθίας, καὶ εἰ πρὸς δόξαν ἱκανῶς παρεσκευάσθαι ὥστε καταφρονεῖν τιμῆς. i.e. *Triennium jubebat aspernari & susque habere explorans insuper & qua futurus esset constantia veraque discendi cupiditate praditus & num satis instructus foret ut honorem contemptui haberet.* & hactenus obtinebat illa *triennalis* βάσανος, qua veluti lapide Lydio tentabantur ingenia & mores discentium, tradita per partes suas, quarum plerasque etiam apud Indorum Sapientes obtinuisse testatur *Philostratus* in suo Apollonio. postea illis præscribebat Pythagoras *Quinquennale silentium* σιωπὴν πενταετῆ. de quo sic l. cit. *Iambl.* πειρώμενος πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσι πρὸς χαλεπώτερον τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο, τὸ γλώσσης κρατεῖν καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυστήρια νομοθετησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν. i. e. *periculum faciens, quomodo temperanter affecti forent erga aliquam continentiarum speciem hac longè difficiliorem, linguam sc. compescere: prout & ab his qui quasi lege lata mysteria promulgarunt, liquidò*

liquidò nobis apparet. Diogenes Laert. in vit. Pyth. lib. 8. αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ πενταετίαν ἡσύχαζον μόνον τὸν λόγον κατακούοντες. i. e. *Ipsius discipuli quinquennium totum silebant, solum quæ dicerentur audientes.* & referunt de Philostrati *Apollonio*, quod toto illo tempore nihil locutus sit. *Hieronym.* in Eccles. cap. 3. *Pythagoricorum disciplina est tacere per quinquennium.* addit, se putare; ex verbis Ecclesiastæ illud traxisse Pythagoram. *Clem. Alexand.* lib. 5. στρωμ. p. 580. Τοῦτο ἄρα, inquit, βούλεται καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ ἡ τῆς πενταετίας σιωπὴ, ἣν τοῖς γνωρίμοις παρεγγυᾷ. i. e. *Quinquennii silentium, quod præcipit discipulis.* v. *Ambrosium* lib. 1. off. c. 10. & *Apulej.* in Flor. & *Athenæum* lib. 7. v. *Plutarch.* de curiosit. Illud silentium ἐχεμυθίαν vocabant docentibus *Gellio* lib. 1. cap. 9. & *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 32. & *Suida.* Supra cit. *Clemens* vult quoque illam ἐχεμυθίαν descendisse ad Græcos à Mose, ubi de ea loquens sic ait: παρὰ Μωσέως τοιαῦτα φιλοσοφήσαντες οἱ τῶν Ἑλλήνων ἄκροι. per hoc silentium omnes interrogationes & colloquia cum Magristris fuisse discipulis prohibita tradit *Gellius* lib. 1. cap. 9. cum aliàs silentium egressi & verba *facere* & *quære-*

re poterant. v. ibid. Cur autem illam præcipuè adhibuerit Pyth. idem tradit, ubi; ὡς δὴ ἀπογεγραφέντες τῶν αἰσθητῶν ψιλῷ τῷ νῷ τὸ Θεῖον ἐποπτεύοιεν. i. e. *ut aversi à sensibilibus rebus nuda mente Deum contemplarentur*. Et *Olympiodorus Alexandrinus* ait *Pythagoricos per silentium arcana*. i. e. ἀπόῤῥητα *Dei significare*. *Iamblich*. in vit. Pyth. cap. 16. ἐν τοῖς ἑτέροις ἐχεμυθίαντε καὶ παντελῆ σιωπὴν παρῆς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσαν ἐπὶ ἔτη πολλὰ συντονόντε καὶ ἀδιάπνευστον περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων ἐξέτασιντε καὶ ἀνάληψιν. i. e. *Inter alia & silentium & omnimodam taciturnitatem quâ linguam in officio continerent. præcepit simul exerceri & in annos plurimos continentem minimeque interspirantem contemplationum inquisitionem apprehensionemque quæ circa res difficillimas versantur*. eadem repetit cap. 32. unde colligo distinguendam esse ἐχεμυθίαν à παντελοῦς σιωπῆς atque adeò & quinquennii & totius vitæ silentia distincta fuisse. de priori genere supra dictum. ad posterius pertinet quod exprimit *Iambl*. per τὸ γλώσσης κρατεῖν, συντονόντε καὶ ἀδιάπνευστον ἐξέτασιν καὶ ἀνάληψιν. Pythagoras enim præceperat linguæ imperare, quod præcipuum continentiæ signum

gnum esse putabat. & teste *Laertio*, μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά. i. e. *non omnia omnibus dicenda*. licet, ut habet *Iambl.* cap. 3. vit. Pyth. πάντων χαλεπότατόν ἐστιν ἐγκρατευμάτων τὸ γλώττης κρατεῖν. i. e. *omnium moderationum difficillimum Linguam domare*. & hoc omnes Pythagoricos spectabat. v. *Plutarch*. in lib. περὶ ἀκούειν. præterea sciendum quod Pythagorici non tam inter se, quam apud alios quæ arcana erant & præcepta Pythagoræ tacere solebant. quod sic refert *Iambl.* cap. 32. vit. Pyth. Ὅτι, ait ille, τὰ κυριώτατα καὶ συνεκτικώτατα τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων ἀπόρρητα ἐν ἑαυτοῖς διεφύλαττον ἅπαντες ἀεὶ, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς, ἀνέκφορα διατηροῦντες ἀγράφως ἐν μνήμῃ τοῖς διαδόχοις, ἅπερ μυστήρια θεῶν μεταπαραδιδόντες. i. e. *præcipua & continentissima eorum dogmatum in ea sc. secta quæ erant arcana inter se, semper custodiebant omnes cum exacta* ἐχεμυθίᾳ *sive silentio erga Exotericos sive externos, non efferenda servantes in memoria sine scripto successoribus, quæ simul ceu Deorum mysteria tradebant*. Et addit: ea tantum inter privatos parietes & edocta & servata. Ideo inter externos & prophanos ænigmaticè loquebantur. Sic enim

nim *Iamblich.* Ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων, καὶ, ὡς εἰπεῖν, βεβήλων, εἰ καί ποτε τύχοι, διὰ συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ἠνίττοντο. i. e. *cum externis & ut sic dicam, Prophanis, si quando usus ferret, congrediendum esse per symbola mutuò sensa mentis significabant.* notandum, quod qui hic θύραιοι & βέβηλοι memorantur suprà dicti sint ἐξωτερικοί. Et revera utrique erant Exoterici, licet θύραιοι distinguerentur ἀπὸ τῶν βεβήλων. quippe qui nondum intromissi ad secretiorem disciplinam sive Esotericam βεβήλους respiciebant tanquam vulgus prophanum, non futuros Pythagoræ discipulos. Ergo θύραιοι adhuc sub probatione hærebant. neque ipsum Pythagoram, sed aliquem è senioribus discipulis audiebant. quod sic testatur *Laertius* lib. 8. in vit. Pyth. μαθηταὶ αὐτοῦ πενταετίαν ἡσύχαζον, μόνον λόγων κατακούοντες καὶ οὐδέπω Πυθαγόραν ὁρῶντες εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν. i. e. *quinquennium totum silebant, solum quæ dicerentur audientes nunquam Pythagoram videntes: donec probati essent.* Et sic nondum illi intra *Sindonem* admittebantur, quod Solis *Esotericis* competebat. Et hi etiam pertinebant ad eos, quos *Pythagoristas* appellare solebant, qui tantum

Pytha-

Pythagoræ erant studiosi, non discipuli, quos *Pythagoreos* nuncupabant. Utrosque describit *Iamblichus* in vit *Pyth.* cap. 8. & distinguit. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, τοὺς δὲ Πυθαγοριστάς. ὥσπερ Ἀττικοὺς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρους δὲ Ἀττικιστάς. i. e. *Hac ratione alios quodem Pythagoreos, alios v. Pythagoristas vocavit. Perinde atque Atticos quosdam nominamus, alios v. Atticistas.* Illorum, qui *Pythagorei* vocabantur, fortunas & convictum communem fecit. reliquos proprias possessiones habere jussit. unde colligere facile licet Pythagoreos fuisse τοὺς γνησίους, quales quoque à *Iamblicho* vocantur, & *Pythagoristas* fuisse τῶν Πυθαγορείων ζηλωτάς. i. e. *imitatores Pythagoreorum.* & ideo *Acusmaticis* (*Gellius* eos ἀκουστικοὺς appellat l. c.) à *Iambl.* accenseri *Pythagoristas*, & *Mathematicis* i. e. disciplinis vocantibus *Pythagoreos*. Et sic quoque *Acusmatici* cum sub probatione erant, etiam *tacebant*, sed *Mathematicis* jam vacantes disciplinis *loquebantur*. provectiores adhuc erant, quos suprà è *Gellio* Φυσικοὺς nominavimus, quique θεωρητικώτατοι & ἀκρότατοι τῶν φιλοσόφων & ἄνδρες à *Iamblicho* atque à *Porphyrio* τέλειοι θεωρητικοὶ dicti sunt. &, ubi conjun-

xerunt ſtudiis ſuis Divina, etiam apud *Photium* Σεβαςικοὶ. i. e. religioſi nominabantur. & hi à Magiſtro etiam Πυθαγορικοὶ ſc. ἄνδρες denominabantur. Etiam *fœminas* habuit hic Philoſophus diſcipulas. *Matronarum*, inquit, *Iuſtinus* lib. 20. cap. 4. *quoque ſeparatam à viris doctrinam & puerorum à Parentibus frequenter habuit.* & nomina quarundam recitantur ap. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. ult. quæ ap. *Laertium* vocantur *Pythagoricæ.* v. & *Clem. Alex.* lib. 4. ςρωμ. pag. 522. & ſeqq. quid autem docuerit illas tradit *Iuſtinus* l. cit. *Docebat has*, inquit, *pudicitiam & obſequia in viros. nunc illos modeſtiam & literarum ſtudium. Inter hæc & velut GENETRICEM virtutum frugalitatem omnibus ingerebat. conſecutuſque diſputationum aſſiduitate erat, ut Matronæ auratas veſtes cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta velut inſtrumenta Luxuriæ deponerent. Eaque omnia delata in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent, vera ornamenta Matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. In juventute quoque quantum profligatum ſit, victi fœminarum contumaces animi manifeſtant.* Ex hactenus dictis conſtat varietatem *Philoſophiæ Pythagoricæ* petitam eſſe potiſſimum è diſcipulorum & inſti-

institutionum discrepantia. Et sciendum, quod Pythagoras & ejus discipuli non tantum nominibus suis appellatos discip. habuerint, sed plures simul promiscuè ad scientias & virtutes adhortati sint & in his quandoque integras civitates, quemadmodum loc. cit. *Iustinus* & lib. 1. *Livius* tradunt. audiamus & *Iamblichum*, qui sic in vit. Pyth. cap.6. Καὶ ἐν πρώτῃ Κρότωνι ἐπισημοτάτῳ πόλει προτρεψάμενος πολλοὺς ἔσχε ζηλωτὰς ὥστε ἱστορεῖται ἑξακοσίους αὐτὸν ἀνθρώπους ἐσχηκέναι, οὐ μόνον ὑπ᾽ αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἧς μετεδίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον, κοινοβίους, καθὼς προσέταξε, γενομένους. καὶ οὗτοι μὲν ἦσαν φιλοσοφοῦντες. Οἱ δὲ πολλοὶ ἀκροαταὶ, οὓς ἀκουσματικοὺς καλοῦσι, ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὥς φασιν, τὴν πρώτην καὶ πάνδημον μόνον ἐπιβὰς τῆς Ἰταλίας ὁ ἄνθρωπος ἐποιήσατο πλέονες ἢ δισχίλιοι τοῖς λόγοις ἐνεσχήθησαν. ἀλλὰ ὁμοῦ παισὶ καὶ γυναιξὶν ὁμακόειον παμμεγέθες ἱδρυσάμενοι καὶ πολίσαντες αὐτοῖς τὴν πρὸ πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα. i. e. *Cum Crotone, quæ nobilissima urbium erat, primitus adhortationem instituisset permultos sectatores habuit, ut palam narretur ipsum homines sexcentos habuisse non à se modò ad Philosophiæ, quam tradebat, studium*

excitos esse: verum etiam ab communi, quod dicitur, vivendi modo, uti instituit cænebios factos. Atque *Siquidem erant, qui philosophiæ operam dabant. plerique v. auditores, quos à præceptis, quæ audiunt,* ἀκουσματικοὺς *appellant, unica solum prælectione, ut ajunt, quam primam & inspectante populo publicam vel ingressus solum in Italiam hic homo habuit amplius bis mille homines, orationibus capti fuerunt. Sed pueris & fœminis simul* ὁμακόειον *h. e. auditorium publicum, ad quod omnes simul convenirent, idque magnum & amplum ædificarunt urbisque instar ipsis fabricarunt, ab omnibus MAGNAM GRÆCIAM vocitatum.* Cum ante dixisset δισχιλίους i. bis mille ipsum audisse cap. 9. sic: ἐκάλεσαν οἱ χίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον. i. e. *mille viri Pythagoram ad se in concilium vocarunt.* quæ tantum ad politicos pertinere putem. *Laertius.* Ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς. οἱ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες, ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικὰ, ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν. i. e. *Cum discipulis clarus habitus est* Sc. Crotone, *qui fermè trecenti Rempublicam administrabant ita prudenter, ut merito Aristocratia* i. e *Respublica optimorum videretur.* Idem addit: ἐν

Κρό-

Κρότωνι νόμους θεὶς τοῖς Ἰταλιώταις. i. e. *quod Crotone Leges Italis dedit. Iamblich.* l. cit. νόμους τε παρ' αὐτοῦ δεξάμενοι καὶ προστάγματα ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας. ὧν ἐκτὸς οὐδὲν ἔπραττον. i. e. *leges ab ipso acceperunt & edicta, tanquam divinas præceptiones, citra quas nihil administrabant.* quomodo insuper hic coram viris his, qui Rempublicam administrabant sermocinatus sit de optimis dicendi rationibus & studiis v. *Iamblichum* cap. 9. quæque sacra injunxerit viris, tradit idem cap. x. & fœminis cap. xi. *Concordiam* inter se ut Pythagoræ auditores & discipuli servaverint apparet ex eo, quod, ut supà, *communiter* inter se viverent *facultatesque* inter se miscerent. sic *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 6. Παρέμειναν ὁμονοοῦντες ὅλῳ τῷ ὁμιλητῶν ἀθροίσματι εὐφημούμενοι καὶ παρὰ τῶν ἔξω μακαριζόμενοι. τάς τε οὐσίας κοινὰς ἔθεντο ὡς προελέχθη. i. e. *permanserunt uno eodemque animo concordes ab universo cœtu discipulorum & familiarium prædicati habitique felices. simulque facultates suas, ut modo dictum est, communes habuerunt.* addit *Iustinus* l. cit. *sed CCC ex Iuvenibus, cum sodalitii jure sacramento quodam nexi separatam à cæteris civibus vitam exercerent,*

quasi cœtum clandestinæ conjurationis haberent, civitatem in se converterunt, quæ eos cum in unam domum convenissent, cremare voluit. & cap.31. dicit: omnes *Pythagoreos* invicem affectos fuisse,' ut bonus & honestus pater erga suos liberos affectus esse potest. Sic illi inter se. Erga Magistrum suum Pythagorei, ut summam modestiam tenere ac reverentiam solebant, ita, ejus placitis in totum stare & acquiescere sic debebant, ut suarum opinionum non alias rationes adferrent, quàm αὐτὸς ἔφα i. e. *Ipse dixit*, ut communiter dicunt. Vide *Diogen. Laert.* in vit. ejus. qui tamen vult hoc profluxisse à Pythagora Zacynthio. ἐφ' οὗ, inquit, καὶ τὸ αὐτὸς ἔφα παροιμιακὸν εἰς βίον ἦλθεν. i. e. *à quo illud proverbiale*, Ipse dixit *in publicum manavit.* In hanc rem spectant, quæ de eo prodit *Valerius Maximus* lib.8. cap. 15. Ext. 1. *Pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa est, ut quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent. Quin etiam appellati ad reddendam causam, hoc solum respondebant* ipsum dixisse. *Clem. Alex.* lib.2. στρωμ. pag.369. dicit: Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ζηλωταὶ τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις παραιτουμένους, τὸ, Αὐ-

Αὐτὸς ἔφα, πίστιν ἡγεῖσθαι καὶ ταύτῃ ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ φωνῇ πρὸς τὴν βεβαίωσιν ὧν ἀκηκόασι. i. e. *Pythagoræ sectatores negantes eorum, quæ quærebantur, demonstrationes, illud, ipse dixit, fidem facere arbitrati, & ad ea, quæ audierunt, confirmanda hanc vocem sufficere, putare:* *Theodoret.* lib. 1. de curat. Græc. Aff. *Ex quo factum est, ut qui semel ejus disciplinæ se addixißent, si forte rerum, quos dicerent, demonstrationes poscerentur,* αὐτὸς ἔφα, *h. e. ipse dixit, respondere soliti fuerint, omni demonstratione validiorem esse censentes Pythagoricam vocem, idque ipsam etiam aliis persuadere conantes.* & generale præceptum fuiſſe omnibus Pythagoricis, pendere ab ore præceptoris, docet *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 31. & ſequenti cap. refert illos ejus placitis tam conſtanter adhæſiſſe, ut antequam ea violarent, mori vellent. ſic ille: οἵ τε ἑταῖροι αὐτοῦ περὶ οὗ τι διεβεβαιοῦντο τῶν ὁρισθέντων ὑπὸ αὐτοῦ ἡροῦντο ἀποθανεῖν. Etiam ipſe Pythagoras ſuos diſcipulos adamabat valde, ſic ut vel ἑταίρους eos appellitaret, ut tradit *Iamblichus* vit. Pyth. cap. 32. & 35. ubi citat & hoc Pythagoreorum.

Τὰς μὲν ἑταίρες ἦγεν ἴσον μακάρεσσι θεοῖσι.
Τὰς δ' ἄλλες ἡγεῖτ' ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Id eſt:

Diis ſimiles atque æquales ducebat amicos.
At reliquos nulloque loco numeroque putabat.

Ἑταίρες, γνωρίμες & μαθητὰς ſic conjungit Plutarchus in libro de vit. Mor. νέοι, διδασκάλοις ἐντύχοντες ἀστείοις, ὑπὸ χρείας τὸ πρῶτον ἕπονται καὶ ζηλοῦσιν, ὕστερον δὲ καὶ φιλοῦσι, ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἐρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες. i.e. *Iuvenes, qui ſcitis præceptoribus ſe dederunt, principio eos uſus gratia ſectantur & æmulantur, poſtea v. eos diligunt atque de familiaribus diſcipuliſque amatores eorum fiunt & dicuntur.* γνωρίμες quoque appellat *Clemens Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 580. ſciendum quod hic Philoſophus diſcipulis ſuis publicè gratus fuerit, licet privatim eviluerit, uti vult *Iambl.* in ejus vita cap. 35. docebat tamen κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἑκάστε καὶ δύναμιν τῆς σοφίας τὴν ἐπιβάλλεσι μοῖραν. i.e. *juxta captum naturamque cujuſque Sapientiæ convenientem portionem.* & cap. 31. occurrit παιδαγωγεῖν h. e. ad captus puerorum

tum se demittere. Atque de illis huc usque. sequitur jam ut de successione Pythagorica (in qua non omnes, sed quosdam recensebimus) & Philosophia dicamus.

CAP. X.

Qui Successores Pythagoræ & Philosophiæ ejus propagatores. Archytas *quis. quid scripserit, quando vixit. ejus studia Mathematica, & inventa. ubi Lignea & volatilis* Columba. Epicharmus *quis & qualis, quæ scripsit. ejus sententiæ.* Philolaus *quis, quando vixit. ut Plato ab eo acceperit Pythagoricos libros. de quibus plura. quæ scripsit de natura & mundo.*

SPecialiter Pythagoras senex discedens quosdam discipulos reliquit successores, qui ejus placita pleraque secuti idem nomen Pythagoricæ Philosophiæ propagarunt. Pythagoræ jam Senis discipulos coætaneos dicit *Iamblichus* in ejus vit. cap. 23. fuisse Philolaum, Euritum, Charondam, Saleucum, Bryſſon: item, Archytam Seniorem, Aristæum, Lysidem, Empedoclem, Zamolxin, Epimenidem, Molonem, Leucippum, Alcmæonem, Hippasum, Thymaridem. & eorum discipulos, de' quibus sic; οἱ καθ' αὐτοὺς ἅπαντες πλῆθος ἐλλογίμων καὶ ὑπερφυῶν ἀνδρῶν ποίς τε διαλέξεις καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁ-

μιλίας. i. e. *qui multitudinem clarissimorum maximorumque virorum tam ad dissertationes, quam mutuas consuetudines constituunt.* Idem nomina notorum Pyth. discipulorum & auditorum omissis ignotis recenset cap. 36. usque ad ducent: & octodecim. ita tamen, ut quosdam faciat ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀνδρῶν i. e. *ex consortio virorum*, id est, Pythagoreorum sive interiorum discipulorum. quosdam verò τοὺς ἔξωθεν ἀκροατάς. i. e. *extraneos auditores*. Successorem notissimum Pythagoræ ibidem facit primo loco Aristæum Damophontis filium Crotoniatem, qui vixit ante Platonem 49. annis. dicitque illum Pythagoram interpretatum per 39 annos & ei successisse in Schola, & post illum Mnemarchum, & post hunc Tydam. item Diodorum Aspendium, Cliniam & Philolaum reliquosque, quos juxta civitates suas, unde orti, ordine recitat. Quosdam post Pythagoram sic describit *Laertius* in Procemio. *Pythagoræ Telauges filius successit, ei Xenophanes, cui Parmenides, huic Zeno Eleates, Leucippus Zenoni, Democritus Leucippo. Democrito complures, sed inter reliquos Nausiphanes Naucydesque celebrantur. iis verò suo ordine suc-*

cessit

cessit Epicurus, in quo hanc sectam desinere supra tradiderat. Sed ille non distinguit Eleaticæ sectæ, quorum conditor Xenophanes fuit, philosophos, qui à Pythagoricis edocti diversam in multis viam ingressi dicuntur, à reliquis Pythagoreis. vid. *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. p.301. nos non omnes Pythagoricos, sed quosdam solum, eosque celebriores, unde illius philosophia luculentius propagata est, in sequentibus qualitercunque trademus. Dicemus primò de Archyta & Epicharmo. deinde de Philolao, Alcmæone, & Empedocle, &c. Atque sic omnium philosophemata jungemus, tanquam si unus eadem tradidisset, notatis subinde consentientium & dissentientium nominibus.

Archytas Tarentinus Philosophus Mnesagoræ filius aut Histiæi. de quo præter ea, quæ supra vidimus, sic *Strabo* lib. 16. p. m. 270. ἐδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν, διαφερόντως δὲ Ἀρχύτας, ὃς προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον. i. e. *Amplexi sunt sc. Ductores Equitum mille Pythagoricam Philosophiam, imprimis Archytas, qui diu civitati sc. Tarentinorum præfuit.* Dicitur octavus fuisse à Pythagora, quem & Philolaum etiam Plato nonus ab eo audi-

audivit. hic omnino diſtinguendus eſt ab eo, qui *Mitylenæus* Muſicus fuit. etiam ab eo, qui de Agricnltura ſcripſit. Item, à Poëta Epigrammatario, & etiam juxtà quoſdam ab Architecto illo, cujus proferunt librum de Machina. De hoc, ut eſt apud *Laertium* lib. 8. de ejus vit. refert Ariſtoxenus, quod, cum exercitui præeſſet, nunquam ſuperatus ſit. Et, quod, quàm primum ſe ob invidiam abdicaſſet imperia, hoſti ceſſerit exercitus. etiam Platonem captum à Dionyſio Siciliæ Tyranno fertur liberaſſe. Extant etiam ejus Epiſtolæ ad eundem Platonem; unde conſtat hunc etiam illius vixiſſe temporibus. Inter alia ejus ſtudia ludicra apud *Athenæum* lib. 12. Deipnoſophiſt. c. 6. eſt quod, cum vir eſſet urbanus & philoſophus multaſque haberet ſervos, ſæpe cum iis ſolitus ſit ludere atque ſic ſe oblectare. Scripſiſſe hunc librum de *Sapientia* teſtatur *Iamblichus* in protrept. cap. 3. qui fragmentum ex eo citat. ubi & viſus & mentis præſtantiam laudat. etiam librum de morum doctrina, alterumque de bono & beato viro, item de diſciplinis tert. & morum doctrina quart. unde decerpta quædam Diogenis Laertii edi-

editioni junguntur. de aliquibus præter hæc ſtudiis & inventis ejus ſic *Laertius* lib. 8. in ejus vit. οὗτος πρῶτος, inquit, τὰ Μηχανικὰ ταῖς Μηχανικαῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς ἐμεθώδευσε· καὶ πρῶτος κίνησιν ὀργανικὴν διαγράμματι γεωμετρικῷ προσήγαγε διὰ τῆς τομῆς τοῦ ἡμικυλίνδρου δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ζητῶν εἰς τὸν τοῦ κύβου διαπλασμόν. καὶ ἐν γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβον εὗρεν, ὥς φησι Πλάτων ἐν πολιτείᾳ. i. e. *Primus hic Mechanica Mechanicis principiis uſus expoſuit, primuſque motum organicum deſcriptioni Geometricæ admovit, ex Dimidii cylindri ſectione duas medias ſecundum proportionem ſumere quærens ad cubi duplicationem invenit, ut Plato in libro de Republ. teſtatur.* Eadem teſtatur *Eutocius*. Sunt qui eidem quoque tribuunt inventum vulgò memoratæ volatilis ligneæ columbæ. cujus tamen traditionem alii volunt conſtanti mendacio ad nos tranſiſſe. audiamus *Gellium* lib. 10. cap. 12. *Id quod Archytam Pythagoricum commentum eſſe atque feciſſe traditur neque minus admirabile, neque tamen vanum æquè videri debet. Nam & plerique Nobilium Græcorum & Favorinus Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus affirmatiſſimè ſcripſerunt, ſimula-*

crum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse. Ita erat scilicet libramentis suspensum & aura spiritus inclusa atque occulta concitum. Licet Herclè super tam abhorrenti à fide ipsius Favorini verba ponere: Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην, πετομένην ἥτις εἴποτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. μέχρι, γὰρ τούτου. hæc de illo. *Epicharmus* Elothalis al. Metrodori, fil. Cous fuit & discipulus Pythagoræ, uti testatur *Laertius* lib.8.in ejus vit. sed ἐξωτερικός, ut vult *Iamblichus* in vit. Pythag. cap. 36. etiam conversatus cum Megarensibus & Siculorum Syracusiis. ad quos cum venisset, per Hieronis Tyrannidem palam à *Sapientiæ* studio abstinuit. Sic *Iamblichus* in vit. Pythag. cap. ult. ἀφικόμενον εἰς Συρακούσας διὰ τὴν Ἱέρωνος τυραννίδα τοῦ μὲν φανερῶς φιλοσοφεῖν ἀποσχέσθαι. qualis hic fuit apud *Laertium* ejus statuæ inscriptum seq. Carmen testatur:

Ὅτι παραλλάσσει Φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων
Καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν.

Φημί

Φημὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπιχάρμον

Ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ᾽ ἅδε Συρηκοσίων.

Id est:

Quantum sol vincit sublimia sidera cœli,

Quanto vis pelago major inest fluviis:

Tantum ego profiteor Sophia præstare Epicharmum,

Cui Syracusa comis patria serta dedit.

vid. & Jambl. vit. Pyth. c. 22. in fin.

Quæ autem & quomodo scripsit hic philos. sic tradit *Laertius* l. cit. Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ. καὶ παραστιχίδας γε τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ, ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα. i. e. *Commentaria reliquit in quibus de natura rerum, de sententiis, de medicina disseruit. notasque breves commentariorum locis apposuit, quibus aperte indicat ab se elaborata opuscula.* de sententiis ejus sic *Iamblichus* in vita ejus cap. 29. fin. οἵτε γνωμολογῆσαί τι τῶν κατὰ τὸν βίον βουλόμενοι τὰς Ἐπιχάρμου διανοίας προφέρονται καὶ σχεδὸν πάντες αὐτὰς οἱ φιλόσοφοι κατέχουσι. i. e. *ex iis, qui ad usum vitæ hominum sententiose & graviter dicta proferre voluerunt, Epichar-*

mi

mi ingeniose dictas sententias allegant, omnesque pene philosophi eas in promptu habent. Ex sententiis ejus una occurrit apud *Clementem Alex.* lib. 4. ϛρωμ. pag. 492. Αὔτα φύσις ἀνθρώπων ἄσκοι πεφυσημένοι i. e. *ipsa hominum vita sunt utres inflati.* refert *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 34. hunc philosophum dialectorum sive Idiomatum Græcanicorum omnium optimam & indicasse & accepisse *Doricam.* Sapientiam hujus prædicat *Iambl.* in vit. Pyth. cap. 29. f. quam & Plato sic approbasse fertur, ut ex ejus monumentis multa in suam rem traxerit, ceu testatur *Laertius* in vit. Platonis, quæ ibidem enumerantur. *Philolaus* Crotoniata, etiam Pythagoricus fuisse dicitur *Laertio* lib. 8. in vit. ejus. & quidem Pythagoræ senis discipulus *Iamblicho* teste in ejus vit. cap. 23. Vixit & claruit temporibus Platonis, sed ante eum obiit, eo major æt. & cujus auditor ille quoque fuit, ut supra vidimus. mori autem debuit, cum interciperetur à Crotoniatis ob affectatæ tyrannidis suspicionem, ut est ap. *Laertium.* Ab hoc Pythagoricos libros (cum ante ipsum Pythagoræ nullum extaret monumentum) emendos ut curaret Dioni scribit

bit Plato ibid. teste eodem. & quidem centum minis, ut tradit idem in vit. Platonis. In vit. Philolai apud *Laert.* etiam authoritate *Hermippi* dicitur ille librum scripsisse, qui emptus XL minis esset ab ipsius consanguineis, unde Plato suum Timæum transscripsisset. licet alii velint Platonem eum à Dionysio accepisse reluctantem, licet abductum ex carcere adolescentem ex Philolai discipulis. quid referat de libris Pythagoricis *Iamblichus* in vit. Pythag. cap. 31. videamus. Ἐν γὰρ τοσαύταις, inquit, γενεαῖς ἐτῶν οὐθεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περὶ τετεύχεως πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας, ἀλλὰ οὗτος πρῶτος ἐξένεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι Πλάτωνος κελεύσαντος εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου. i. e. *Nam inter tam multa annorum curricula & ætates nulli unquam vel quicquam Pythagoricorum commentariorum factum elaboratumque apparet ante Philolai ætatem. sed cujus primus in lucem edidit hos tres vulgò satis jactatos libellos; quos Dion ille Syracusanus centum fertur minis emisse, idque ex jussu Platonis, nempe Philolai paupertate intellecta, in quam*

 cum

mi ingeniose dictas sententias allegant, omnesque pene philosophi eas in promptu habent. Ex sententiis ejus una occurrit apud *Clementem Alex.* lib. 4. ϛϱωμ. pag. 492. Αὗται φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι i. e. *ipsa hominum vita sunt utres inflati.* refert *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 34. hunc philosophum dialectorum sive Idiomatum Græcanicorum omnium optimam & indicasse & accepisse *Doricam.* Sapientiam hujus prædicat *Iambl.* in vit. Pyth. cap. 29. f. quam & Plato sic approbasse fertur, ut ex ejus monumentis multa in suam rem traxerit, ceu testatur *Laertius* in vit. Platonis, quæ ibidem enumerantur. *Philolaus* Crotoniata, etiam Pythagoricus fuisse dicitur *Laertio* lib. 8. in vit. ejus. & quidem Pythagoræ senis discipulus *Iamblicho* teste in ejus vit. cap. 23. Vixit & claruit temporibus Platonis, sed ante eum obiit, eo major æt. & cujus auditor ille quoque fuit, ut supra vidimus. mori autem debuit, cum interciperetur à Crotoniatis ob affectatæ tyrannidis suspicionem, ut est ap. *Laertium.* Ab hoc Pythagoricos libros (cum ante ipsum Pythagoræ nullum extaret monumentum) emendos ut curaret Dioni scribit

bit Plato ibid. teste eodem. & quidem centum minis, ut tradit idem in vit. Platonis. In vit. Philolai apud *Laert.* etiam authoritate *Hermippi* dicitur ille librum scripsisse, qui emptus XL minis esset ab ipsius consanguineis, unde Plato suum Timæum transscripsisset. licet alii velint Platonem eum à Dionysio accepisse reluctantem, licet abductum ex carcere adolescentem ex Philolai discipulis. quid referat de libris Pythagoricis *Iamblichus* in vit. Pythag. cap. 31. videamus. Ἐν γὰρ τοσαύταις, inquit, γενεαῖς ἐτῶν οὐθεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περὶ τετεύχεως πρὸ τῆς φιλολάου ἡλικίας, ἀλλὰ οὗ πρῶτος ἐξένεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι Πλάτωνος κελεύσαντος εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου. i. e. *Nam inter tam multa annorum curricula & ætates nulli unquam vel quicquam Pythagoricorum commentariorum factum elaboratumque apparet ante Philolai ætatem. sed cujus primus in lucem edidit hos tres vulgò satis jactatos libellos; quos Dion ille Syracusanus centum fertur minis emisse, idque ex jussu Platonis, nempe Philolai paupertate intellecta, in quam*

cum magnam, tum gravem extremamque devenisset. *Eusebius* libr. contra Hieroclem, ἐτ' αὐτὸς Ἐχεῖνος ὁ τὰς Πυθαγόρου γραφῇ παραδοὺς ὁμιλίας Φιλολάος. i. e. *Neque ipse ille Philolaus, qui dissertationes Pythagoræ scripto tradidit.* proculdubio diss. illæ Philosophiam Pythagoricam complexæ sunt. Apud *Laertium* refert *Demetrius* in homonymis Pythagorica de natura rerum Philolaum primum edidisse, quorum initium est: Φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἡρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων καὶ ὅλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. i. e. *In mundo natura coacta est ex infinitis & finitis, mundusque totus & quæ sunt in ipso omnia.* *Clemens Alex.* citat etiam quædam ejus lib. 3. στρωμ. pag. 433. Et hactenus videtur Pythagoreorum leges transgressus hic Philosophus, cum eorum erat omnia tenere & tradere memoriter sine scripto, uti supra ostendimus.

CAP. XI.

Alcmæon *quis & cujus discipulus. Physica scripsit & Medica.* Empedocles *quis & cujus discipulus. Poeta fuit. quod scripserit. etiam Medicus fuit & Magus & Physicus. ejus peregrinatio. quando vixit. quorundam Pythagoreorum fragmenta.*

Alc-

ALcmæon Crotoniares Piciti filius etiam fuit Pythagoræ auditor testibus *Iamblicho* in vit. ejus cap. 23. & *Diog. Laert.* qui & de illo affirmat, quod plerumque de natura disputabat, ἐφυσιολόγει. & *Clementi Alex.* lib. 1. ςρωμ. pag. 308. πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν. i. e. *primus Physicam rationem construxit.* quod *Laertius* authoritate Favorini sic: πρῶτος φυσικὸν λόγον δοκεῖ συγγεγραφέναι. i. e. *videtur primus de Physica ratione conscripsisse.* & citat ibid. quædam ex iis, quæ scripsit Alcmæon. vid. *Theodoret.* lib. 1. de curat. Græc. aff. Atque sic deflexit intentior ad res Medicas, in quibus potissimum exercebatur. Ideo τὰ πλεῖστά γε Ἰατρικὰ λέγει, ut *Laertius*. hæc de illo. *Empedocles* testimonio Hippoboti & Timæi apud *Laertium* lib. 8. Metonis filius fuit, licet aliis aliter placeat. Agrigentinus quod fuerit testatur *Laertius* & apud ipsum alii. Auditorem Pythagoræ fuisse author est Timæus apud *Diogenem*. Tolaugen Pythagoræ filium quod audiverit Empedocles vult *Eusebius* lib. x. præpar. c. 3. & *Theodoretus* lib. 2. de curat. Græc. Aff. Theophrastus censet apud *Diog.* eum imitatum esse Parmenidem ipsiusque æmulum fuisse

& quidem in poëmatibus, καὶ γὰρ, *inquit Laertius*, ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ Φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. i. e. *Quippe & illum versu de Physica ratione sequi & exprimere. Hermippus* voluit illum Xenophontis imitatorem fuisse, & posteà Pythagoricis congressum. Et Alcidamas, eum Anaxagoram & Pythagoram audîsse. *Aristoteles* in Sophista opinatur eum oratoriæ inventorem primum fuisse. & Zatyro teste Gorgiam Summum Rhetorem ejus fuisse discipulum. Quod magnus extiterit Poëta hic Philosophus, & quidem Homericus author est *Aristoteles* in Poeticis, & acutus in dicendo, translationibus item ac cæteris Poëticis figuris usus. *Tullius* lib. 1. de orat. 217. *Empedocles Physicus egregium poëma facit*. Et de amicitia 24. eum dicit *carminibus vaticinatum*. Fertur inter alia poëmata etiam Xerxis transitum inque Apollinem prooemium scripsisse, & Politica. Apud *Laertium* Hieronymus quadraginta tria ipsius opuscula se legisse asserit. ubi & refertur initium versuum de *natura* scriptorum & Epigramma in Pausaniam ejus amicum & in Agrigentinos. & fragmenta quædam Epigrammatum *ejus* citantur à *Clemente Alexandrino* in ad-

admonit: ad Gentes pag. 17. & lib. 2. ςρωμ. pag. 432. Item, lib. 4. pag. 479. & 549. & 552. & seq. etiam pag. 570. etiam, ut est apud *Diogenem*, non tantum de *natura*; sed & de *expiationibus* scripsit, quæ ad quinque millia versuum pertingunt. & quæ de *Medicina*, ad sexcentos. quomodo præceptoris sui Pythagoræ laudem expresserit carmine, testatur *Iamblichus* in vit. Pythagoræ cap. 25. *Medicum* fuisse, insuper Satyrus apud *Laertium* affirmat, qui addit, & se astuisse Empedocli Magiam exercenti. Quomodo à cohibitis Etesiarum flatibus per Asinorum excoriatorum utres κωλυσανέμος sit vocitatus dicto loco videre est. vid. & *Clem. Alex.* lib. 6. ςρωμ. pag. 630. apud *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 28. ideo vocatur Ἀλεξάνεμος. De *Physica*, cujus ante mentio facta, Empedoclis sic idem *Iamblichus* cap. 29. Καὶ, inquit, περὶ τῶν φυσικῶν ὅσοι τινὰ μνείαν πεποίηνται πρῶτον Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην προφερόμενοι συγχάνουσιν. i. e. *Ex iis, qui de rebus naturalibus aliquam mentionem fecere primum Empedoclem & Parmenidem illum Eleatem in medium producunt.* Legitur hic idem author fuisse *Sphaeræ*. licet alii hoc Deme-

trio Triclinio tribuant. Etiam hic narratur usus *Peregrinationibus* in Persidem aliasque regiones ad *Magiam* discendam *Plinio* lib. 39. cap. 1. Res civiles & Magistratum ut curarit & ut Deum se haberi dicique voluerit: item ut miracula fecerit legere est apud *Iamblichum.* floruisse dicitur à *Laert.* circa LXXXIV. Olympiada. atque hæc sufficiat de quibusdam Pythagoreis dixisse. interim meminisse possumus cum *Diogene Laertio* edita quoque Pythagoreorum quædam fragmenta; quemadmodum *Hippodami* Thyrii de *felicitate*: *Euryphami* de *vita*: *Hipparchi* de *animi tranquillitate*: *Theagis* de *virtutibus*: *Metopi Cliniæ* de *virtute*. *Critonis* de *prudentia* & *felicitate*: *Poli* de *justitia* &c.

Cap. XII.

An Pythagoras *quædam scripserit, disquiritur. quæ invenerit in Mathematicis; ubi* τρίγωνον ὀρθογώνιον &c. *& norma & regula. ut hecatomben obtulerit Iovi. octava chorda in lyra ab eo inventa. ut diligens Arithmeticus fuerit. qualis Musica ab eo inventa sit & qua occasione. qui Musici Pythagorici. ubi & triplex Musicorum genus. An Eclipticæ obliquitatem invenerit Pythagoras* &c.

Pythagoras an aliquid scripserit, disquiri posset. *Laertius* in vit. Pyth. dicit ple-

plerosque tradere Pythagoram nihil scripsisse, & suprà audivimus nihil quicquam monumenti Pythagorici extitisse ante Philolai ætatem. *Lucianus* lib. de Saltatione; Ὁ Θεσπέσιος, inquit, Πυθαγόρας μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν. i. e. *Vir Divinus Pythagoras nullam doctrinæ suæ partem literis consignatum relinquere nobis voluit.* Etiam *Iosippus* Orig. Iud. lib. 1. Πυθαγόρου μὲν, οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα. i. e. *Pythagoræ nullum de quo certò constet scriptum est.* sic quoque Ruffinus, cui respondet *Hieronymus* lib. 3. adversus eum cap. 10. *Pythagoræ*, inquit, *à me libros flagitas. quis enim tibi dixit, illius extare volumina.* & paulò pòst. *De dogmatibus, non de libris locutus sum, quæ potui in Cicerone Bruto & Seneca discere. lege pro Vatinio oratiunculam & alias, ubi sodalitiorum mentio fit. revolve dialogos Tullii, respice omnem oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur.* & porrò; *Pythagoricorum dogmatum incisa publicis literis æra cognosces. cujus enim illa sunt* χρυσᾶ παραγγέλματα, *nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus dogmata breviter continentur & quæ in latissimo opere Philosophus commentatus est Iamblichus, imitatus ex*

parte Moderatum virum eloquentissimum & Archippum ac Lysidem Pythagoræ auditores. Dicit *Laertius* nihil Pythagoram scripsisse censentes, stolidè id putare. *Heraclitus* Physicus apud eundem loquitur: Πυθαγόρας Μνησάρχου ἱστορίην ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων: καὶ ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφὰς ἐποιήσατο ἑαυτοῦ σοφίην, πολυμαθίην, κακοτεχνίην. i. e. *Pythagoras Mnes. filius se historia rerum exercuit supra omnes homines: seligensque hæc scripta, suæ sapientiæ, multæque peritiæ & artis documentum dedit.* & ibid. initium libri ejus citatur, quod sic legitur: οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, οὐ κατοίσω ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. i. e. *non per aërem, quem spiro, non per aquam quam bibo, non admittam hujus sermonis vituperationem.* Idem *Diogenes* dicit, quod scripserit Pythag. tria volumina, de *Institutione*, de *civilitate*, de *natura.* sed addit: Quod nomine Pythagoræ legitur, Lysidis esse. & refert authoritate *Heraclidis*, scripsisse & illum de *TOTO* versibus: secundum, item sacrum sermonem, cujus initium: ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα. i.e. *ô Iuvenes tacita colite hæc pia sacra quiete.* tertium, de *anima*; quartum de *pietate*: quin-

quintum *Helothalem* Epicharmi Comici patrem: Sextum *Crotonem & alios:* λευσσῶ παραγγέλματα carmine expressa esse à Philolao ejus discipulo infra videbimus. etiam plura ab Aristone Crotoniata scripta Pythagoræ inscripta esse, scilicet ut plus authoritatis præferrent, tradit *Laertius*. Scopiadas etiam ajunt ipsius esse, cujus initium: οὐ ἡ ἀρχὴ, μὴ ἀναίδου μηδενί. i.e. *nullius Rex egens esto*. quæ autem in tribus supra memoratis voluminibus continebantur, infra trademus & in tempore. transeamus ad inventa hujus Philosophi. Invenit autem hic Pythagorus id quod Euclides in Elementis proposit. 47. exprimit: scil. ut habet *Laertius*, ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. i. e. *quod trianguli rectanguli subtensum latus tantundem valeat, quantum, quæ illum continent*. & ob illud hecatomben immolasse eum testatur *Apollorus* supputator apud eundem. Etiam *Vitruvius* lib. IX. Archit. cap. 2. *quod Pythagoras normam sine artificis fabricationibus inventum ostenderit*. i. e. trigonon ejusque mensuram invenerit. & addit: *Id Pythagoras cum invenisset non dubitans à Musis se in ea inventione monitum, maximas*

 gra-

gratias agens hostias dicitur iis immolasse, eo more, cujus meminit *Cicero* lib. 3. de nat. Deor. quo, cum in Geometria novi aliquid invenisset, Musis bovem immolare solebat. sed ob hoc inventum, uti diximus, centum obtulit. vide etiam *Athenæum* lib. 10. deipnos. Addit *Diogenes*, quod præcipue hic philosophus occupari solitus circa Arithmeticam invenerit τὸν κανόνα τὸν ἐκ μιᾶς χορδῆς, *regulam quæ est ex una chorda*. octavam Chordam in lyra hic etiam invenit. cum ante eum ut ejus ætate lyra ἑπτάχορδος, sic singulæ chordæ erant Planetæ dedicatæ. Vidit autem Pythagoras lyram, quæ solum habebat 7. chordas non posse continere διὰ πασῶν. & ideo inter mediam & tertiam conjunctarum imposuit chordam, quæ toni differentiam inferret à media, hemitonio à tertia conjunctarum, quæ παρὰ μέση dicitur. sic *Nicomachus Gerasenus* lib. 1. Creditum est præterea ab Antiquis Theoreticam Musicam, quæ tantum sic intelligitur, quæ non aures movet, sed ratione determinatur, à Pythagora repertam. nam testibus eodem *Nicomacho* l. cit. & *Boëthio* lib. 1. Mus. cap. x. dicitur, quod Pythagoras in fabrorum ferrariorum officinis

cinis ex percussione malleorum observaverit primus διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε & διὰ πασῶν, unde orta est συμφωνία sc. eò videtur respexisse *Virgilius* lib. 4. Georg. vers. 174. *Illi inter sese magna vi brachia tollunt in numerum*: hoc est in ordinem, uti vult *Servius* ibid. v. & *Callimachum* hymno in Dianam de iisdem Cyclopibus. quamvis communiter dicta Musica antiquitatem longè altiorem repetat. ceu ostendit *G. Vossius* in Musica art. Popul. cap. 4. §.6. & seq. posses tamen cum ipso §.9. etiam defendere eos, qui Pythagoram Musices authorem faciunt, quatenus ea disciplina est sonos acutos & graves non sensu modò, sed subtiliori etiam ratione perpendens. vid. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 26. & ab hoc Musicorum illi, qui sonos ratione potius, quàm sensu discernebant, *Pythagorici* vocabantur ap. *Porphyrium* in harmonicis ex testimonio Ptolemaïdis Cyrenaicæ. inde nata posteà est distinctio Musicorum in tria genera, quorum aliud concentum ratione dijudicat, ut Pythagor. aliud sensu, eorum, qui sequebantur Aristoxenum. Aliud & rationem & sensum attendebat, uti à Ptolemæo factum, ceu probat *G. Vossius* cap. 19.

19. art. pop. ex Ptolemaïde Cyren. ap. Porphyrium in harmonicen Ptolemæi. qui ibidem & aliorum meminit. qua ratione Pythagoras sonituum intervalla invenerit *admirabili commento*, ut loquitur *Censorinus* cap. 10. (qui ibidem latè exponit quomodo reperit Phthongos Musicorum convenire ad rationem numerorum &c.) v. *Iamblichum* de vit. Pyth. cap. 26. & *Macrob*. lib. 2. in Somn. Scip. cap. 1. & *Boëthium* lib. 1. Musicis. cap. x. de Musica Pyth. & cælesti harmonia posteà plenius dicemus. Sunt etiam, qui huic Pythagoræ inventionem obliquitatis Eclipticæ tribuant cum Plutarch. lib. 2. de placit. Philos. cap. 12. sed alii, ut suprà dictum, Anaximandro rectius hoc adscripsisse videntur. videamus jam quæ dogmata Philosophia Pythagorica contineat.

Cap. XIII.

Quæ partes Philosophiæ *ad interiores discipulos Pyth. spectabant. quæ eorum* demonstratio *&* *dictio. ut ad Sapientiam contendebant. ubi* Arithmetica, Geometria, Gram. & Rhetor: *quæ* universalia *&* particul: & *τὰ ὄντα. de* Deo *quod senserit Pyth. cum suis. ubi & τετρακτύς. principium rerum μονάς.* Mens *rerum causa. unde nostræ* mentes. *de* providentia *Divina. ubi &* necessitas & fatum.

Pytha-

PYthagoras, ut Philosophiæ interioris discipulos fieri, non alios, quàm Mathematicos voluit, (ut audivimus supra è Gellio) sic quoque illos & moralem & λογικὴν variasque omnis generis disciplinas in Philosopho requiri ostendit apud *Iamblichum* in vita ejus cap. 29. hinc constat ipsum & quosdam ejus discipulos philosophari ita voluisse, ut *demonstrarent*, quæ alios docerent, eaque stylo & dictione uberiore, ac propria, quæ plenam inderent scientiam, atque ad augustam Sapientiam rerum Divinarum & humanarum viam sternerent. audiamus *Iamblichum* loco, cit. ubi loquitur de commentariis Pythagoreis: ὥσπερ τινὸς ἀχειροπλήτου νοῦ προσπνέοντος μετ' ἐπιστήμης δαιμονίας ἄκρως συλλελογισμένα. i. e. *quasi mente, quæ manu apprehendi non potest, afflante divina scientia extremè collecti.* & postea: ὡς μάλιστα μεστὰ μετὰ ἀποδείξεως ἐπιστημονικῆς. καὶ πλήρους τὸ λεγόμενον συλλογισμοῦ. i. e. *tanquam pleni omni demonstratione scientifica & quod dicitur, collectione abundans.* & paulo pòst. τὰς κοινὰς δὲ ἐπιστήμας ὥσπερ τὴν ἀποδεικτικὴν καὶ τὴν ὁριστικὴν καὶ τὴν διαιρετικὴν παρέδωκε. i. e. *communes scientias sicut eam, quæ dicitur demon-*

monstrativa, item quæ definitiva & distributiva hominibus tradidit. Arithmeticam primo loco reponebant Pythagorei, deinde Grammaticam ac Rhetoricam. primum Sapientiæ opus erat *numeros* scire, alterum *sermocinari*. sic *Proclus*: τούτων γὰρ λόγῳ, σοφώτατον εἶναι τὸν εὑρόντα τὸν ἀριθμὸν, δεύτερον δὲ τὸν τὰ ὀνόματα θέμενον. sic quoque *Porphyr*. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 11. addit Geometriam. Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς σπουδάζοντες ἐπὶ τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο. vid. *Iamblich*. in protrept. cap. 3. ubi & de Logica ac cæteris disciplinis. Idem *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 29 tradit, quid in log. de *universalibus ac particularibus* senserit. Τῇ, inquit, καθόλον ἐπιστήμη παρομαρτεῖ, ἡ τοῦ κατὰ μέρος. τοὶ γὰρ περὶ τοῦ καθόλου φησὶν Ἀρχύτας, καλῶς διαγνόντες, ἔμελλον καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος οἷα ἐντὶ καλῶς ὀψεῖσθαι. i. e. *Scientiam universalem particularis sequitur: itaque qui universalia, inquit Archytas, probè cognoverunt, particularia etiam qualia sunt, probè videre poterunt*. huc spectant τὰ ὄντα, circa quæ versatur sapientia. nam *Iamblich*. in vit. Pyth. cap. 29. σοφίαν vocat ex mente Pythagoræ ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀλη-

ἀληθείας. i. e. *scientiam veritatis rerum sive in iis quæ sunt*. sic etiam *Boëthius* lib. 1. de Arith. cap. 1. sic τὰ ὄντα *Iamblichus* l. cit. dividit in τὰ κυρίως, sive ὄντως ὄντα & τὰ ὁμωνύμως ὄντα. priora appellat *materiæ* expertia & *æterna* adeoque sola agentia, cujusmodi omnia corporum expertia. sic enim: ὄντα δὲ ἤδη καὶ ἔλεγε ἄϋλα καὶ ἀΐδια καὶ μονοδραστικὰ, ὅπερ ἐστι τὰ ἀσώματα. Posteriora vocat *entia* per *participationem*. ὁμωνυμως δὲ, inquit, λοιπὸν ὄντα κατὰ μετοχὴν αὐτῶν οὕτω καλούμενα. & ea dicit esse, quæ *corporalia* & *materialia* sunt, item *nata* & *corruptibilia*. v. & *Boëthium* loc. cit. Circa τὰ κυρίως ὄντα versari scientias propriè dictas, ostendit eodem capite *Iamblich.* & ad ea quoque refert *Deum* ut incorruptibilem cap. 28. οὐδενὸς, inquit, τῶν περιττῶν καὶ φθαρτικῶν νομίζειν δεῖν μεταλαμβάνειν τὸ δαιμόνιον. i.e. *Divinum numen rerum superfluarum & corruptibilium nihil prorsus recipere oportere. Lactantius* lib. 1. cap. 5. *Pythagoras*, inquit, *unum Deum confitetur dicens, incorporalem esse mentem, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta vitalem sensum cunctis animantibus tribuat.* & cum sit incorporeus, voluit nec in annulis gestari debere, ut habet Sym-

Symbolum: Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε. i. e. *Dei formam & imaginem annulo ne insculpito.* & *Eusebius* lib. 15. cap. 5. dicit Pythagoram de *æternitate* Dei philosophatum. quod *unum* dixerit Deum præter *Laert.* testatur *Clemens Alex.* in admonitione ad gentes pag. 47. οὐκ ἀποκρυπτέον, inquit, οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Πυθαγόραν οἵ φασιν, εἰ μὲν ὁ Θεοὶ, εἷς. i. e. *nec v. prætermittendi sunt Pythagoræ sectatores, qui dicunt Deum unum esse.* testatur *Iustinus* de Monarchia sequentia esse Pythagoræ: ὁ Θεὸς εἷς. i. e. *sane quidem Deus unus est.* licet *Eusebio* lib. 14. cap. 2. præp. dicatur *Pythagoras* statuisse *tres Deos* & *hoc Socrates imitatus.* & contrarium cap. 6. *Vnitatem Deum & bonum dixit.* quomodo μονάδα principium rerum statuit infrà videbimus. *Iust.* addit: αὐτὸς δὲ οὐχ ὥς τινες ὑπονοοῦσιν ἐκτὸς τᾶς διακοσμήσιος. ἀλλὰ ἐν ἑαυτῷ ὅλος, ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκοπῶν πάσας τὰς γενεσίας ἐστὶ κρᾶσις ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων, καὶ ἐργάτας τῶν αὐτοῦ δυνάμεων καὶ ἔργων. ἀρχὰ πάντων, ἐν, ἐν οὐρανῷ φωστὴρ καὶ πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις. i. e. *non ille autem sicut nonnulli suspicati sunt extra hunc mundi ornatum. Sed ipse in se totus in circulo toto generationes omnes*

mnes inspiciens seculorum omnium est temperatio & virtutum operumque ejus omnium opifex, principium omnium, unum, cæli lumen & parens omnium, mens & animatio universorum, circulorum omnium motio. vid. eadem verba apud *Clem. Alex.* in admon. ad Gentes pag. 49. quod dixit mentem, sic confirmat *Cicero* lib. 1. de nat. Deor. *Pythagoras censuit* (sc. Deum) *animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur.* sic v. & *Salvianum* lib. 1. de gubernat. Dei p. 4. non tantum omnium Parentem, sed & dominum esse voluit apud *Iambl.* c. 18. & 28. ἐπεὶ γὰρ ἐστὶ τὸ Θεὸς καὶ οὗτος πάντων κύριος. & ab ipso quicquid bonum & honestum est esse petendum ibid. ap. eundem in protrept. cap. 14. Deum non esse injustum. ὁ Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ᾽, ὡς οἷόν τε, δικαιότατος. & cap. 1. in vit. ejus Deum esse invocandum, eumque ut Philosophiæ ducem sequi voluit. neque illud faciendum perfunctoriè, ut est in Symbolo 2. præcipuè cum Deum Solum Sapientem diceret, uti téstatur *Clemens Alexandrinus* lib. 4. στρωμ. pag. 477. Καὶ Πυθαγόρας, inquit, σοφὸν μὲν εἶναι τὸν Θεὸν μόνον.

quod ille applicat verbis Apoſtoli ad Rom. 16. verſ. 27. εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Et ſic hactenus vidimus, quod *Euſebius* dicit lib. 14. præp. cap. 6. *Nullam Græcos ante Pythagoram & Anaxagoram Dei cognitionem habuiſſe*. refert inſuper *Iamblichus* c. 28. in vit. Pyth. Eum & diſcipulos ejus omnes ſuas actiones & vota retuliſſe ad confeſſionem numinis. Etiam Pythagoras ap. *Clem. Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 596. fertur dixiſſe, ſe audire vocem Dei conſiderando univerſorum conſtrictionem, quæ à Deo accuratè facta eſt & ab eo perpetuo continetur & audiviſſe Moſen dicentem: *dixit & facta ſunt*. ſic ille. Πυθαγόρας λέγων ἀκούειν φωνῆς Θεοῦ τὴν κατασκευὴν θεωρῶν ἀκριβῶς ἀπὸ θεοῦ γεγονυῖαν καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως, ἀκηκόει γὰρ τοῦ Μωσέως λέγοντος, εἶπε καὶ ἐγένετο. & uniververſam hominis vitam in eos poſitam ut *Deum* ſequatur. huc ſpectat quoque verbum Pyth. τετρακτύς. i. e. quaternarius num. per quod jurabant Pythagorei hac formula ap. *Iambl.* cap. 29.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρῃ γενεῇ παραδόντα τετρακτὺν

Πα-

Παγὰν ἀενάυ φύσεως ῥίζωματ' ἔχουσαν.

Id est:

Iura quadruplicem numerum qui pectore nostro
Abdidit insevitque animi penetralibus imis
Naturæ fontem generatoremque perennis.

Vid. & *Plutarch.* lib. 1. de placit. philos. c. 3. & *Lucianum* in vitarum auctione. de eo *Macrob.* lib. 1. in Somn. Scip. cap. 5. *Quaternarium*, inquit, *numerum faciebant discipuli* ejus ad perfectionem animæ pertinentem, ut inter arcana venerarentur & ex eo jurisjurandi religionem sibi facerent. vid. & *Plutarch.* lib. de Isid. & Osiride. Apud *Lucianum* l. c. καὶ ἐπὶ τούτοισι δὲ γνώσεαι τὸν Θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα καὶ ἁρμονίην. i. e. *ipsum etiam Deum numerum esse & harmoniam cognosces.* Quidam putant τετρακτὺν respicere tetragrammaton Sanctum, יהוה Judæorum, unde Pythagoras hoc ad Græcos transtulisset. Refero eodem, quod causam & principium rerum hic quoque constituit unitatem, μονάδα, quam Deum esse & effectricem mundi causam voluit. v. *Theodoret.* Cypr. Episc. lib 2. de cur. Græc. Aff. & *Plutarch.* lib. 1.

de placit. Philos. cap. 3. & *Euseb.* lib. 14. præp. Ev. cap. 6. & *Plut.* c. 10. ***mentem esse cui dicit Principatum tribuit.*** refutare conatur illam μονάδα esse causam rerum *Aristoteles* lib. 3. de cælo cap. 2. videamus jam, quid nonnulli ex discipulis Pythagoræ de *Deo* dixerint. *Pythagorei*, inquit *Cicero* in Cat. 78. ***nunquam dubitarunt quin ex universa mente Divina delibutos animos haberemus.*** respice quæ citavimus suprà è *Iustino* & *Clemente.* sic nominatim Epicharmus apud *Clem. Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 605.

Ὁ δὲ γε τἀνθρώπου λόγος πέφυκ' ἀπὸ θείου λόγου i. e.

Nostra namque ratio nata est ex ***Divina*** *ratione.*

Cum jam ante cecinisset:

Ὁ λόγος ἀνθρώπους κυβερνᾷ, κατὰ τρόπον σώζει

Ratio gubernat mortales & juxta ***modum*** *servat.*

Et:

Εἰ ἔστιν ἀνθρώπῳ λογισμὸς, ἔστι καὶ θεῖος λόγος

Ὁ λόγος ἀνθρώπῳ πέφυκεν περὶ βίου καὶ τὰς τροφὰς &c.

Et ratiocinatio cessit & ratio mortalibus.
Sola dirigit Mortales ratio, nutrit atque alit.

Et apud *Theodoretum* lib. 6. de cur. Gr. Aff. de Dei omniscientia & omnipotentia sic: οὐδὲν διαφεύγει τὸ θεῖον. τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ αὐτὸς ἐστ' ἁμῶν ἐπόπτης, ἀδυνατεῖ δὲ οὐδὲν Θεῷ. i. e. *nihil effugit Deum, scire te hoc oportet, ipse nostri & speculator nihilque Deus non potest. Philolai* de Deo sententia occurrit apud *Philonem Iudæum* lib. de opif. mundi pag. 17. Ἔστι γὰρ, φησὶν, ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων Θεὸς, εἷς ἀεὶ ὢν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος ἕτερος τῶν ἄλλων. i. e. *Est*, inquit, *author & princeps rerum omnium Deus, semper unus stabilis & immobilis, ipse sui similis, aliorum dissimilis*. Alcmæon, cum, ut habet *Laertius* in ejus vita, diceret multas humanarum rerum causas, Apud *Clementem* in admonit. ad Gentes pag. 43. ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι ἐμψύχους ὄντας. i. e. *Astra Deos esse putabat quæ sunt animata.* vid. & *Laertium* l. cit. De Diis sic ipse ap. eundem: περὶ τῶν ἀφανέων, περὶ τῶν θνητῶν σαφήνειαν μὲν Θεοὶ ἔχοντες. ὡς δὲ ἀνθρώποις τεκμαίρεσθαι καὶ τὰ ἑξῆς. i. e. *De invisibili-*

ſibilibus, de immortalibus rebus manifeſtam quidem ſcientiam habent Dii; quantum verò conjicere hominibus licet, & cætera. quomodo Pythagorei numeros & figuras etiam Deorum ornaverint appellationibus vid. apud *Plutarchum* lib. de Iſide & Oſirid. cap. 90. De providentia Divina Pythagoras quid ſenſerit, ſic prodit *Laertius.* l. cit. ſc. προνοεῖσθαι τὸν Θεὸν ἡμῶν. i. e. *Deum noſtri providentiam genere.* vid. *Plutarch.* lib 2. de placit. philoſ. cap 3. Apud *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 32. dixit Pythagoras οὐρανόθεν ἠρτῆσθαι καὶ οἰκονομεῖσθαι πάντα. i. e. *omnia cælitus pendere & gubernari.* De Deorum providentia in ſtatuis cultorum ex ſententia Pythagoræ vide eundem in vit P. cap. 28. aſſertio Pythagoreorum traditur ab eodem. l. cit. ὅτι δ' οὐδὲν ᾤοντο ἐκ ταυτομάτου συμβαίνειν καὶ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ κατὰ θείαν πρόνοιαν μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς καὶ εὐσεβέσι τῶν ἀνθρώπων βέβαιοι &c. *quod nihil ſua ſponte atque à fortuna contingere arbitrantur, ſed Divina providentia, bonis imprimis & piis hominibus argumento fuerint &c.* Et porrò docent, illi providentiæ non eſſe reluctandum & cap. 32. ὅτι ἐστὶ θεία πρόνοια πᾶσαν ἐλπίδα ἀνθρωπίνην καὶ δύναμιν ὑπεραίρουσα.

i. e.

i. e *Divinam esse providentiam, quæ spem omnem potentiamque humanam excedat ac superet.* Etiam *necessitatem* mundo circumdatam putabat Pythagoras testibus *Plutarcho* de placit. philos. lib. 1. cap. 25. & *Theodoreto* lib. 6. de curat. Græcar. Aff. & Philolaus lib. 8. in vita ejus ap. *Laertium* opinatus est, *omnia necessitate fieri*. & *fatum* omnium & eorum, quæ sunt, per partes administrandorum causam esse apud *Laertium* dicitur sensisse Pythagoras: Εἱμαρμένην τῶν ὅλων εἶναι καὶ τὰ κατὰ μέρος αἰτίαν τῆς διοικήσεως. Latius hæc Iamblichus in vit. Pythag. cap. 32. καὶ τὸ μέγιστον, inquit, τῶν καθ' εἱμαρμένην καὶ κατὰ νοῦν δρωμένων, τὴν διάκρισιν ἐποιήσατο καὶ τῶν κατὰ πεπρωμένην καὶ καθ' εἱμαρμένην· περὶ δαιμόνων τε πολλὰ καὶ σοφὰ διελέχθη. i. e. *Quodque maximum est eorum quæ juxtà fatum ac mentem fiunt. Tum eorum quæ secundum fatum ejusque necessitatem & ipsum ordinem seriemque causarum discrimen statuit, item de Spiritibus multa eaque Sapienter disserta sunt.* sequitur jam, ut de principiis rerum dicamus.

CAP. XIV.

Aristoteles non rectè intellexit Pythagoræ μόναδα *ut principium & numeri. ubi plura de numeri- goricis, & eorum vi ac dignitate. ubi de binar- nario, & de senario, septenario, octonario* materia *rerum &* elementis *quatuor. De a-* & discordia *Empedocl.* de natura. & nec & fato. *de* mundo *& ejus ortu. is unius, res. circularis mundus, intelligibilis, interit- xius, non periturus. de mutatione &* παλιγγ*- jus. de inclinatione* mundi. *de ordine corporum- norum. de* Musica *&* harmonia *Cœlesti. u- rit Pythagoras* Musicæ *harmoniam à fabris. do æstimavit & exercuit Pythagoras* Music*- quibus instrumentis. ubi de* Lyra *&* cithara.

QUod *Aristoteles* lib. 3. de cælo c- ut supra dictum, ferre non p- τὴν μονάδα esse principium rerum, tur ἀεροβατεῖν. sic ille: τὰς δὲ μόναδ- σῶμα ποιεῖν οἷόντε συντιθεμένας οὔτε β- ἔχειν. i. e. *Vnitates neque corpus facere- positæ neque pondus] habere possunt.* q- intellexisse videtur principium mate- cum Pythagoras hic principium i. e. sam efficientem illam unitatem esse v- audiamus *Plutarch.* lib. 1. de placit p- cap. 3. §. 5. *Vnitatem & infinitati co- ctum binarium in principiis ponit* Pyth- ras. & explicat hoc. *tendunt autem*

cipia ejus, alterum ad effectricem causam ac formantem, quæ est Deus, mens scilicet. alterum ad perpessionibus subjectam & materialem, quæ est mundus in visum incurrens. & cap. 7. *Pythagoras de principiis unitatem Deum ac bonum, quæ sit unius natura ipsa mens. Infinitam autem binarii naturam, genium & malum, unde est multitudo materiæ, visui expositus mundus. Laertius* in Pythag. vit. lib. 8. ἀρχὴν μὲν ἁπάντων μονάδα. ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι. ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς. i. e. *principium quidem omnium esse unitatem. porrò ex unitate indefinitam dualitatem veluti materiam authori unitatem subjecisse. Ex monade verò & inde terminata dualitate numeros gigni* in sequentibus succedentem secundum proportiones rerum ac corporum constitutionem sic obtinuisse putabat. ubi ait: ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα, ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς, ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα. ἐκ δὲ τούτων, τὰ στερεὰ σώματα, ὧν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι τέτταρα τὸ πῦρ ὕδωρ, γῆν, ἀέρα &c. i. e. *ex numeris puncta, ex punctis lineas, ex quibus planæ figuræ constent. Ex planis autem solidas figuras, ex item solidis consiste-*

re corpora, quorum & quatuor ele
esse, ignem, aquam, terram, aëra. V
crob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 5. &
cap. 2. Et hactenus intelligendum est,
dicunt *Cicero* 4. Acad. 118. *Pythag*
numeris & Mathematicorum initiis pr
volunt omnia. & *Arnobius* lib. 2. c
Gent. Plutarch. l. cit. *Pythagoras*
sarchi filius rerum principia censuit es
meros eorumque inter se proportione
concinnitates & ex utrisque composita el
ta, quæ Geometrica dicuntur. quod e
meris faciant principia Pythagorei,
tur *Aristoteles* lib. 3. de cælo cap. 2
φύσιν, inquit, ἐξ ἀριθμῶν συνίστασιν
θαγορείων τινές. i. e. *quidam Pythagoreo*
numeris naturam constituunt. Et lib.
cælo cap. 1. καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ
γόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν
i. e. *nam, ut Pythagorici etiam inqu*
ipsum omne ac omnia tribus sunt de
aliter *Plutarchus* in libr. de Iside &
de cap. 56. *Pythagorici pluribus utri*
principium afficiunt nominibus. Bonu
nitatis, finiti, quiescentis, recti,
paris, quadrati, æqualis, dextri, sple
Malum, *binarii, infiniti, in motu v*
tis, curvi, paris, altera dimensione l

ris, inaequalis, sinistri, tenebricosi. haec esse principia ortus rerum statuunt. Numeros ut habebant Pythagoras & Pythagorei hac occasione brevibus videamus. τὸ μὲν, inquit de Pyth. *Iambl.* in vit. ejus cap. 28. δεξιὸν ἀρχὴν τῆς περιττῆς λεγομένης τῶν ἀριθμῶν καὶ θεῖον πιθέμενος. τὸ δὲ ἀριστερὸν τῆς ἀρτίης καὶ διαλυομένης σύμβολον πιθέμενος. i. e. *Dextrum quidem locum initium ejus, quod in numeris* impar *dicitur & divinum. Sinistrum* v. paris, *ejusque quod dissolvi poterat, Symbolum ac tesseram statuebat.* de impari numero laudato à Pythagora vid. *Censorinum* de Die nat. cap. XI. & eodem cap. *Iambl.* etiam à Pythagora profluxisse sequens hoc dicitur: Τὰν ἀριθμῶ ὠσίαν ἀΐδιον εἶναι μὲν ἀρχὰν προμαθεστάταν τῶ παντὸς ὠρανῶ καὶ γᾶς καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος. Ἔτι δὲ καὶ θείων καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων δαιμόνας ῥίζαν. i. e. *Numeri substantiam aeternam prorsus esse principium totius caeli terraeque, quae est media inter hasce, providentissimum. Adhaec v. etiam rerum Divinarum & Deorum. Praeterea Deorum simul ac Geniorum sigillatim radicem.* & hoc tractum vult *Iamblichus* ab Orphicis, quorum Theologia erat numerosa. & ab Aegyptiis, *Apulejo* lib. II. Flor. narratur *à Sacer-*

cerdotibus Ceremoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vires didicisse; quod putandum eſt ad ſacra pertinuiſſe, in quibus occultas numerorum facultates explicabat. ſic *Iamblichus* l. cit. ἐποιεῖτο δὲ διὰ τῶν αὐτῶν ἀριθμῶν καὶ θαυμαστὴν πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν τῶν θεῶν, κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς, ὅτι μάλιστα συγγενεστάτην. i.e. *faciebat autem per eoſdem numeros etiam admirabilem prænotionem & cultum Divinum, juxta numeros quam maximè cognatum.* & poſteà, ubi de Divinatione fieri ſolita ſine ſanguine & victima dixerat ſubjicit: τὸ λεγόμενον πᾶν ἀληθὲς ἀπετέλεσαν αὐτῷ δι' ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης συντεταγμένῳ. i. e. *Quæ omnia jam dicta, ut vera ei effecerunt, per ſcientiam Arithmeticam conſtituta.* Uſque adeo videtur Pythagoras numeros adamaſſe, ut pleraſque res cum numeris compararet. quod refert *Stobæus* Eclog. phyſ. cap. 2. ſic ille: Τὴν περὶ τοὺς ἀριθμοὺς πραγματείαν μάλιστα πάντων τιμῆσαι δοκεῖ Πυθαγόρας καὶ προαγαγεῖν εἰς τὸ πρόσθεν ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς τῶν ἐμπόρων χρείας πάντα τὰ πράγματα ἀπεικάζων τοῖς ἀριθμοῖς. i. e. *Numerorum diſciplinam maximi videtur feciſſe Pythagoras & in medium à mercatorum uſu abductam protuliſſe, re-*

bus omnibus cum numeris comparatis. Et dicebat apud *Iamblichum* in ejus vit cap. 12. πρῶτον ἦν ἐκεῖνο, ἡ τῶν ἀριθμῶν ϗ λόγων φύσις δι' ἁπάντων διαθέουσα, καθ' οὓς τὰ πάντα ταῦτα συντέταχθαι τε ἐμμελῶς καὶ κεκόσμηθαι πρεπόντως. i. e. *primum illud erat,* scil. eorum, quæ mente & cogitatione percipiuntur, *numerorum ac sermonum per universa media discurrens natura, quibus omnia hæc suo ordine*, sc. in cælo *quasi numerosè scitèque constituta ac decenter ornata sunt.* Quomodo Pythagorei etiam numeros & figuras Deorum ornaverint appellationibus, tradit *Plutarch.* in lib. de Iside & Osiride cap. 90. Etiam Apophthegma Pythagoræ erat præter hoc: ἀρχὴ δὲ τοι ἥμισυ παντός. i. e. *Principium dimidium totius*; ἀριθμῷ δὲ τε πάντ' ἐπέοικεν. i. e. *cuncta decent numerum* ap. *Iamblichum* in vita ejus cap. 29. & sapientissima res numerus dicitur ab eodem ap. *Iambl.* cap. 18. *Epicharni* Pythagorici in libr. de Rep. à *Clemente* lib. 5. στρωμ. pag. 605. hoc citatur: ὁ βίος ἀνθρώποις λογισμῷ κἀριθμῷ δεῖται πάνυ. i. e. *Scilicet numero & ratione vita stat mortalium.* Et: ζῶμεν δ' ἀριθμῷ καὶ λογισμῷ, ταῦτα γὰρ σώζει βροτούς. i. e. *numero & ratione vivimus, ista Mortales ser-*

servant. etiam quomodo Pythagoras dicitur numeros replicasse vid. ap. *Martian. Capell* lib. 2. de nupt. philol. quomodo *ternarius* numerus Divinum sit Pythagoræ inventum, refert *Iamblichus* in ejus vit. cap 28. v. *Aristotelem* lib. 1. de cælo. c. 1. Quanta reverentia coluerint *Quaternarium* numerum Pythagorei jurantes per tetractyn supra dictum est. de *Senario* numero ex sententia Pythagoræ *Censorinus* de die nat. cap. 11 dicit, quod sit fundamentum gignendi &c. sic ille: *Nec immeritò* Senarius *fundamentum gignendi est. Nam eum Græci* τέλειον: *nos autem perfectum vocamus*. vid. & de eo ap. *Clementem* lib. 5. στρωμ. De *Septenario* laudato à Pythagora vid. *Censorinum* de Die natal. xi. Ubi eum vocat, quo tota vita humana finitur. vid. & cap. 7. ubi quid Theano Pythagorica & Epicharmus de eo dixerint in casu fætus edendi. & alibi Paulus JÇtus in hanc rem numeros Pythagoreos allegat lib 4. sentent. tit. 9. *Octonarium* ut Pythagorici laudarint. vide *Macrobium* lib. 1. in Somn. Scipion. cap. 4. ita ait: Pythagorici hunc *numerum justitiam vocarunt. quia primus omnium ita solvitur in numeros pariter pares hoc est in bis*

qua-

quaterna, ut nihilominus in numeros æquè pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est, in bis bina. posteà: *meritò propter æqualem divisionem justitiæ nomen accepit.* De Denario Pythagoram dixisse narrat *Plutarchus* lib. 1. de placit. phil. cap. 6. §. 5. quod *natura numeri esset denarius, cum ad decem usque progrediantur numerando omnes & Græci & Barbari. Item denarii numeri vim & naturam in quaternione esse &c.* hæc de numeris Pythagoricis generaliter sic intellectis. Infrà de illis specialius, ubi de Musica & harmonia cælesti, acturi sumus. Redeamus ad rerum principia. quorum secundum post Deum sive mentem erat materiale sive κόσμ☉ ὁρατὸς. Eum exprimere dicebatur materia & constituere. ejus naturam *fluxam* esse dicebat, ut testatur *Plutarchus* lib. 1. de placit. Philos. cap. 9. vel, ut loquitur *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græcar. Aff. Lat: *versatilem, alterabilem fluxamque.* Idem lib. 5. de cur. Gr. Aff. *E quinque elementis Pythagoræ successores corpus constare asserebant. Quatuor n. illi notissimis & quintum ætherium adjunxerunt.* Ex numeris & eorum proportionibus constare elementa voluerunt Pythagorici, ut supra

prà audivimus. Ea constituebant qu
ignem, aquam, terram & aërem
Empedocle Pythagareo *Plutarch.* l
plac. phil. cap.13, refert, quod dixer
te quatuor elementa quædam fuisse
nutissima fragmenta tanquam ele
elementis priora similarium partium
retia. *Aristoteles* lib.1. de gen. & cor
1. ὁ δὲ, ταῦτα μὲν ἁπλᾶ καὶ στοιχεῖα
δὲ, καὶ πῦρ, ἀέρα, σύνθετα. πανσπ
γὰρ εἶναι τούτων. *Hic sc.* Empedocle
quidem simplicia, Elementaque. hac
terram, inquam, aquam, aëremque
gnem composita: utpote quibus gignen
præstant semina. Philolaus, ut est ap.
tium in ejus vita, dixit quod mund
tura esset coacta ex infinitis ac fini
mundus totus & quæ sunt in ipso o
Illis Elementis teste *Plut.* lib. 1. de
phil. cap. 14. figuram globosam t
bant, dempto igni, cui ut supremo
binis formam dabant. de sententia
Pythagoræ sic *Plutarch.* lib. 2. de p
Philos. cap.6. f. *Pythagoras, cum sint*
que formæ solidorum corporum (M
matica enim hæc vocantur) è cubo
ait terram: è Pyramide ignem: ex oc
sium corpore aërem: ex viginti basiu

ma aquam : è duodecim basium forma globum universi. Ignem primo esse factum & deinde quintum, elementum ante mundi productionem censuit Pythagoras, teste *Plutarcho* lib.2. de pl. philos. cap. 6. sed Empedocles ibidem dixit primò fuisse secretum ætherem, deinde ignem, pòst terram &c. Idem apud *Laertium* lib.8. in ejus vit. quatuor elementis, quot constituebat, tribuebat amicitiam & discordiam. sic ille: Φιλίαν τε ᾗ συγκρίνεται καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται. i.e. *amicitiam, qua copulentur & discordiam, qua dissideant.* addit: Δία μὲν τὸ πῦρ λέγων. Ἥρην δὲ, τὴν γῆν. Ἀϊδωνέα δὲ, τὸν ἀέρα. Νῆστιν δὲ, τὸ ὕδωρ. i.e. *Iovem, ignem: Iunonem terram: Aidoneum, aërem: Nestin, aquam dicens. Clemens Alex.* lib.6. στρωμ. p.624. sic de omnibus: primum de 4. Elem. τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἠδ᾽ αἰθέρος ἄπλετον ὕψος, ἐκ γὰρ τῶν, ὅσα τ᾽ ἦν ὅσα τ᾽ ἔσεται ὅσσα τ᾽ ἔασιν. i. e. *cunctarum rerum radices, quatuor audi; ignem primum & aquam & terram, deinde æthera summum, ex his præterita & præsentia suntque futura.* Deindé de reliquis in admonit. ad Gentes. p.42. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος εἰς πλῆθος ἐμ-

πεσὼν πρὸς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις νεῖκος καὶ Φιλίαν καταριθμεῖται. i. e. *Empedocles Agrigentinus cum multitudinem admisisset præter hæc quatuor Elementa contentionem enumerat & amicitiam. Plutarchus* lib. 1. de placit. Philos. cap. 3. dicit ipsum statuisse 4. elemenra; duo autem principia, *amicitiam* & *discordiam*, quorum hoc uniat res, alterum discernat. v. *Euseb.* lib. 1. cap. 5. & *Aristotelem* lib. 1. de cælo cap. XII. §. 109. inde est, quod idem de Empedocle dicat lib. 1. de cælo cap. XII. voluisse ipsum, quod concordia sic mundi fuerit causa, ut discordia causa Sphæræ. utriusque dispositionis i.e. Sphæræ & mundi contraria sit causa i. e. concordia & discordia. & hactenus videntur eo modo intelligi verba *Aristotelis* lib. 1. de Gen. & corr. cap. 1. Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ τὰ μὲν σωματικὰ, τέτταρα. τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων, ἓξ τὸν ἀριθμόν. i. e. *Empedocles corporea quidem elementa, quatuor: omnia verò una cum his, qui motu ciendi vim habent, numero sex ait esse.* de loco Elementorum sentiebat Empedocles, quod non perpetuo ac definitis locis reposita essent ea, sed quodvis in cujusvis locum succedere, apud *Plutarch.* lib. 2. de plac. phil.

phil. cap. 7. Elementa etiam dixit Pythagoras ap. *Laertium*, μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι δι' ὅλων. i. e. *per omnia se vertere & mutare*. Empedocles tradente *Aristotele* lib. 1. de gen & corr. cap. 1. §. 11. contrarium vult ἐ ἕτερον ἐξ ἑτέρε γίνεσθαι τῶν στοιχείων ἐδέν. i e. *Elementorum alterum ex altero non fieri*. ubi & illum reprehendit Aristoteles, quod insuper dixerit; ἅμα δ' ὅταν συναγάγῃ εἰς ἓν τὴν ἅπασαν φύσιν πλὴν τῦ νείκες, ἐκ τῦ ἑνὸς γίγνεσθαι πάλιν ἕκαστον. i. e. *& cum universam naturam in unum coëgit præter discordiam, ex illo uno rursus quodque sc. Elementum fieri asserit*. præsertim cum dixisset στοιχεῖα εἶναι ἐξ ὧν ἄλλα πάντα. i. e. *Elementa esse, è quibus omnia constent*. ibid. Idem Empedocles volebat *naturam* necessitatis esse causam, quæ utatur principiis & Elementis, ut est apud *Plut*. lib. 1. de placit. philos. cap. 26. & eam nihil aliud esse quàm permixtionem & divulsionem elementorum eodem libr. cap. 30. ubi è libro ejus de naturali philosophia sequentes versus citat, quos Latinè exhibeo:

Iam quod naturam mortales nomine dicunt

Hoc nihil est. neque enim mortem natura vel ortum
Humano generi prabet. nam mixtio tantum
Mixtorum subest quadam secretio rebus
Idque homines. vulgò naturam dicere suêrunt.

Ex coactione infinitorum & finitorum *naturam* constare voluit Philolaus apud *Laertium* in ejus vit. ubi sic. Φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἡρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων i. e. *natura in mundo coacta est ex finitis & infinitis.* etiam ille putabat omnia necessitate fieri, ut refert *Laertius* l. cit. ubi: δοκεῖ δὲ αὐτῷ πάντα ἀνάγκῃ καὶ ἁρμονίᾳ γίνεσθαι. i. e. *Opinatur autem necessitate & harmonia cuncta fieri.* etiam Empedocles apud eundem in ejus vita statuit ἀΐδιον διακόσμησιν i e. *aternum rerum ordinem.* & suprà è Jamblicho, Plutarcho & Theodoreto constitit, ipsum Pythagoram *mundo* incumbere & adjacere *necessitatem* universalem, dixisse. eodem referendum quod prodit *Laertius* in Pyth. de fato: εἱμαρμένην τῶν ὅλων εἶναι, καὶ τὰ κατὰ μέρος αἰτίαν τῆς διοικήσεως. i. e. *fatum quoque omnium & eorum qua sunt per partes admini-*

ministrandorum causam esse. Ex Elementis constare mundum narrante *Laertio* voluit Pythagoras, ubi, γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν κόσμον dicit Sed ordine agamus. *Mundi* nomine Pythagoras, ut habet *Plutarchus* lib. 2. de placit. philos. cap. 1. intellexit complexum universi, sic dictum propter ordinem, qui in eo est. Etiam factum esse mundum ut arbitratus Pythagoras, testatur *Plutarch.* lib. 2. de placit. Philos. cap. 4. & quidem à Deo, ut idem *Plutarch.* lib. 2. cap. 6. & quidem primo exordio facto ab igni & quinto elemento, ut ibidem traditur. In factione mundi *Empedocles* dicebat primò secretum fuisse ætherem, deinde ignem, pòst terram. qua nimis in arctum coacta ob impetum circumagitationis, aqua ebullierit, ex hac aërem exhalasse ac cælum quidem ex æthere natúm: solem ex igne: reliqua circa terram, quæ sunt condensata, coiisse ex reliquis. sic tradit Plut. l. cit. *Eusebio* lib. 1. cap. 5. præp. ev. idem dicitur voluisse, à prima elementorum complexione segregatum aëra circumfusum. & posteà ignem erupisse cumque alium locum non reperiret sursum à frigore aëris repulsum &c. *materiam* mundi Pythagorici statuebant

fluxam & per universum sic esse sparsam. ap. *Plut.* lib. 1. de pl. Ph. cap. 5. Mundum unum statuisse Pythagoram tradit *Theodoretus* lib. 4. de curat. Græc. Aff. Eum esse animatum ἔμψυχον & νοερὸν. i. e. *intelligibilem*, statuit Pyth. testante *Laertio* in ejus vit. Eodem teste lib. 2. c. 1 Mundo formam sive figuram adscribebat σφαιροειδῆ i. e. *globosam*. & Empedocles, solis conversione mundum circumscribi & hunc ejus esse finem, ut habet *Plutarch.* lib. 2. de plac. Philos. cap. 1. prætereà Pythagoras apud eundem ejusdem libr. cap. 4. mundum esse interitui obnoxium cum sit corporeus & sensibus expositus, non autem periturum, providentia eum & Deo continente. de eo idem Empedocles apud *Aristotelem* lib. 1. de cælo cap. XII. §. 101. qui tamen vult sic eum esse Sempiternum id est in æternum duraturum, ut varias mutationes subinde recipiat, de quo in §. 107. *Aristoteles*: τὸ δὲ ἐναλλὰξ συνιστάναι καὶ διαλύειν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖν ἐστιν, ἢ τὸ κατασκευάζειν αὐτὸν ἀΐδιον μὲν, ἀλλὰ μεταβάλλοντα τὴν μορφήν. i. e. *constituere v. mundum vicissim atque dissolvere, nihil aliud esse videtur, quam ipsum Sempiternum quidem, formam autem*

autem mutantem extruere. vide *Philon. Iud.* in libr. quod mundus sit incorrupt. p. 728. Philolaus dixit mundum ali variis mutationibus obnoxium. ut Plut. lib. 2. de placit. Philos. cap. 5. ubi: *Philolaus duplicem esse interitum, unum igne cælitus defluente, alterum Lunari aqua per revolutionem aëris effusa: atque horum exhalationes esse alimentum mundi.* De mutatione mundi sive palingenesia quid senserit Empedocles, prodit *Clem. Alex.* lib. 6. στρωμ. pag. 595. ubi ait: ὃς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς. i. e. *qui sc. Empedocles admodum naturaliter universorum meminit instaurationis, quod sc. aliquando futura sit mutatio in ignis essentiam.* De causa inclinati mundi tradente *Plutarcho* lib 2. de pl. philos. cap. 8. dixit idem Empedocles, sc. *aëre cedente solis impetui, septentriones declinasse, ita ut partes iis vicinæ in sublime attollerentur, deprimerentur austrinæ: atque hinc inclinationem toti mundo accessisse.* De ordine corporum mundanorum hoc refert *Laertius* in vit. Pyth. quod is Locaverit terram in medio mundi. quem deinde ex ejus mente persequens *Censorinus* de die


Terra.
Tonus.
ſ.t.
ſ.t.
Ton.& dim.
Ton.
ſ.t.

cap.13. dicit terræ succedere Lunam, ipsi Mercurium & deinde Venerem. Inde solem porrigi, & posteà Martem, Jovem ac Saturnum successivè ascendere majorique ambitu circumagi. & ultrà hos siderum fixorum locum esse. vide figuram A.

Ubi ☾ Luna. T. terra. ☿ Mercurius. ♀ Venus. ☉ Sol. ♂ Mars. ♃ Jupiter. ♄ Saturnus reliq. Stellarumfixarum Sphæra. Hunc ordinem, quem & Censorinus comprobat, secuti etiam sunt *Cicero* lib. 1. de divinat. & in fragment. lib.4. de Rep. in Somn. Scip. *Manilius* lib. 1. Astronom. *Plinius* Lib. 11. cap. 23. *Cleomedes* lib. 1. meteor. cap. 3. *Hyginus* de limit. Agror. & Geminus de apparentiis cælest. ac *Chalcidius* in Timæum Plat. Volebat Pythagoras, ut habet Censorinus l. cit. *Totum mundum Musica factum ratione.* Et *Cicero* lib. 3. de nat. Deor. 27. *Ad harmoniam etiam canere mundum, dicit esse Pythagoræ inventum.* Audiamus *Athenæum* lib. 14. deipnos. cap. 8. Καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καταφανής ἐστιν ἐκ πολλῶν οὐ παρέργως ἁψάμενος Μουσικῆς. ὅσγε καὶ τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν διὰ Μουσικῆς ἀποφαίνει συγκειμένην. i. e:

Pythagoras Samius tam inclytus Philosophus, ut multis indiciis patet, non perfunctoriè operam impendit Musicæ, qui naturam universi Musicis rationibus fabricatum fuisse demonstrat. Pergit Censorinus: *Septem stellas inter cælum & terram vagas motum habere* ἐυρυθμον. & in fine: *Multa, quæ Musici tractant ad alias retulit Stellas, & hunc omnem* ἐναρμόνιον *esse ostendit.* omnia etiam harmonia fieri, ut voluit Philolaus, vid. *Laertium* lib.8. in ejus vita. Sententiam Pythagoreorum de harmonia mundana sive cælesti ex motu deducta refutare nititur *Aristoteles* lib.2. de cælo cap. 9. præterea de diastematis sic: *Intervalla Musicis diastematis congrua.* sc. statuit. eundem vid.c.10.& *Iamblichum* in vit. Pythagoræ cap. 26. De concentu cælorum *Censorinus* l. c. sic: *Sonitusque varios reddere pro sua quamque altitudine, ita concordes, ut dulcissimam concinant melodiam. Sed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiæ non possunt.* *Macrob.* lib.2. in Somn. Scip. cap.1. *Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectum est Musicos Sonos de Sphærarum cælestium conversione procedere, quia & sonum ex motu fieri necesse & ratio*

tio, quæ Divinis inest, fit sono causa modulaminis. hoc Pythagoras primus omnium Grajæ gentis hominum mente concepit. Ex *Aristotelis* sententia lib. 2. de cælo cap. IX. text. 53. hoc de cælorum concentu à Pythagora ἐμμελῶς λέγεται καὶ μουσικῶς, ἀδύνατον δὲ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. v. *Ciceron.* in Somn. Scip. *Philon. Iudæum* de Somn. & *Boethium* lib. I. de Muſ. cap. X. & *Ambrosium* præfat. in Pſalm. & lib. II. hexaem. cap. II. ubi ait eam opinionem non niti aut ullis aut validis argumentis. Unius toni intervallum erat Stadiorum 126. mill: qualem diſtantiam putabat Pythagoras inter terram atque Lunam, à qua ad Mercurii Stellam dimidium ejus l. c. ἡμιτόνιον: v. præter *Censor.* etiam *Plinium* lib. II. cap. VIII. licet *Laertius* ejus inventorem parmenidem faciat. Et hinc ad Veneris Stellam tantundem & porrò inde ad Solem tonum & dimidium: ab eo ad Stellam Martis tonum: hinc ad Jovis Stellam ἡμιτόνιον. Et tantundem à Jove ad Saturni Stellam. ſic *Censorinus.* l. cit. διάστημα Solis à terra vocavit διὰ πέντε: à Luna in ſolem, διὰ τεσσάρων. ſic & à ſole ad ſummum cælum διὰ τεσσάρων. & à terra ad idem διὰ πασῶν. quemadmodum

dum videre eſt è præcedente ſch
lit. *A.* quomodo, ut habet *Macrob.*
in Somn. Scip. cap. 1. hic Pythago
tellexerit quidem compoſitum quodd
Sphæris ſonare propter neceſſitatem r
quæ à cæleſtibus non recedit: ſed q
illa ratio, vel quibus obſervanda mod
facile deprehendit. Et ut poſteà M
harmoniam ex ictibus fabrorum fer
rum didicerit ſuprà dictum eſt & c
traditur à *Macrob.* l. cit. & *Iambl*
vit. ejus cap. 26. ubi quoque vide
qua methodo & concentu atque
nibus concentum habentibus ſciẽ
Muſices illius exhibuerit ſuis diſc
& ad imitationem harmoniæ cæle
tradit idem cap. 15. addam his de
ejus Muſica aliquid. *Macrobius* l. c
Pythagoras, inquit, *tanti ſecreti*
deprehendit numeros, ex quibus ſ
conſoni naſcerentur: adeo ut fidibus ſ
numerorum obſervatione compoſitis ce
tis aliæque aliis convenientium ſibi n
rum concordia tenderentur: ut una
plectro, alia licet longè poſita, ſed n
conveniens ſimul ſonaret. Ex omni
innumera varietate numerorum pauci
merabiles inventi ſunt, qui ſibi ad e

dam Musicam convenirent. Sunt autem hi sex omnes; epitritus, hemiolius, duplaris, quadruplus, & epogdous &c. Usque adeo Musicam æstimavit Pythagoras, ut eam non infimam humanæ scientiæ partem dixerit, teste *Iamblicho* in ejus vit. cap. 29. & Doricam præ cæteris Musicam illum adprobasse vult idem cap. 34. Musicam suam etiam cithara exercuit, teste *Censorino* de die nat. cap. 12. *Pythagoras*, inquit ille, *ut animum sua semper Divinitate imbueret, priusquam se somno daret & cum esset expergitus, cithara, ut ferunt, cantare consueverat.* v. *Iamblichum* in ejus vit. cap. 25. f. ubi de variis cantilenis memorat, addit: καὶ κάρους δι᾽ ἀλλοτρόπων ἀπήλλασσον ἀσμάτων. i. e. *capitis gravedines aliis atque aliis cantilenis pellebant* Lyra Pythagoras etiam fertur usus, ut scribit *Iambl.* cap. 15. in ejus vit. & cap. 25. non alio instrumento, quam Lyra. in qua, ut suprà, etiam octavam chordam invenit. ejus instituto etiam instititerunt ejus discipuli teste *Athenæo* lib. 14. deipnosoph. cap 309. ubi de Clinia Pythagorico. audiamus *Quintilianum* lib. 9. instit. orat. cap. 4. *Pythagoreis*, inquit, *certè moris fuit & cum evigilaßet, animos ad Lyram exci-*

excitare, quo essent ad agendum erectiores & cum Somnum peterent, ad eandem prius Lenire mentes, si quod fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. vid. & *Ælian.* var. Hist. lib. 14. cap. 23. & *Plutarch.* de Iside & Osyrid. f. Sic etiam *Ambrosius* lib.3. de Virgin. & *Boeth.* lib. 1. de Music. cap. 1. ubi etiam narrat, quomodo per ebrietatem Bacchantes juvenes Musica sanarit. v. & *Sext. Empir.* lib.6. contr. Math. pag. m. 128. & coram illis refert Tibicini jussum à Pyth. τὸ σπονδεῖον ἐπαυλῆσαι μέλος. i. e. *Spondæum cantare melos.* quo genere ipse Pythagoras frequenter usus dicitur. Etiam ad dolores animi pellendos & morbos curandos exhibuit suam Musicam. Sic *Seneca* lib.3. de ira cap. 9. *Pythagoras*, inquit, *perturbationes animi Lyra componebat.* vid. *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 25. ubi μέλεσί τισιν ἐπιτηδείοις εἰς τὰ ἐναντία πάθη περιάγων γνωρίμως τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. i. e. *Carminibus quibusdam idoneis in contrarium affectiones animaque dispositiones utiliter circumducens.* ubi additur: ipsum Homeri ac Hesiodi dictionibus iisque selectis ad animi emendationem usus fuisse. & ita Pyth. dicuntur τῇ Μουσικῇ χρῆσθαι ἐν ἰατρείας τάξει. i.e. *Musica Medicina*

dicina vice uti. Et ipse Pyth. vocabat τ̃ Μουσικῆς ἰατρείαν. l. cit. & seq. cap. ostendit, quomodo ille Musica utilissimam vitæ correctionem fecerit. de Pythagoreis sic *Martianus Capella* lib. 9. de nupt. Philol. cap. de Music. *Pythagorei*, inquit, *etiam docuerunt ferociam animi tibiis aut fidibus mollientes non corporibus adhærere nexum fœdus animarum, membris quoque latentes inserere numeros non contemsi. hoc etiam Aristoxenus Pythagorasque testantur*. Sed redeamus in viam.

Cap. XV.


Cælum *ut* Pythagoræ *& Pythagoricis divisum. & quale Philolai &c.* Systema mundi. *de mundi qualitatibus. de cælo quid. illud an sit solidum. de* Stellis *quid, & æthere. an* Stellæ *Dii. quid de* Sole, *motu ejus & radiis sive luce & calore. quid de* Luna *&* Lumine *ejus & Eclipsibus & Phasibus. quid de* Venere. *quid de* terra. *Eam habere* Antipodas *& Zonas & figuram rotundam. de ejus ortu. quid de aëre. de mari. de Cometa, via Lactea. quid de* tempore, anno, *& die. de anni quatuor tempestatibus.*

PYthagoras & ejus sectatores cælum in circulos quinque dividebant, ipsi Zonas i. e. cingula appellabant. v. *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 12. Quid Philolaus Pythagoricus constituerit de Systemate mun-

mundi, prodit *Plutarchus* lib. 3. de placit. Philos. cap. 11. sc. quod igni 1. Soli medium detulerit locum: quod sit quasi focus universi: secundum antichthoni: tertium ei, in qua nos degimus. terræ, sitæ ex adverso & contrario motu circumvertenti; unde fiat, ut qui in una sunt terra, ab iis, qui constituti sunt in altera, non cernantur. Et *Laertius* lib. 8. in vit. Philolai, dicit primum ipsum dixisse γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον. i. e. *terram in circuitum moveri.* addit tamen alios affirmasse, quod Hicetas Syracusanus primus hoc asseruerit. Sed expressè *Plutarchus* præter quæ suprà dixerat lib. 3. de placit. Philos. cap. 13. sic: *Philolaus Pythagoreus in orbem terram circumferri circum ignem obliquo circulo in morem Solis & Lunæ, sentit.* hunc Philolaum volunt secutum esse Platonem jam seniorem mutata priori sententia, uti postea videbimus. Ergo cæteris immutatis tantum respexit aut præcipuè consideravit solem & terram, quorum sedes transplantavit, loco terræ stabilis Solem quiescentem ponens, & terram inter Martem & Venerem loco Solis mobilis mobilem statuens. Schema Philolai & cæterorum è Pythagoricis quorundam de ordine cor-

porum

porum cæleſtium, quod ideo *Pythagoricum* appellari meruit, expreſſum vid. ad literam B.



De Empedocle refert *Ariſtoteles* lib. 2. de cælo, quod dixerit terræ lationem prohiberi à cæli converſione, ut infrà videbimus. Prætereà refert *Laertius* l. cit. Pythagoram voluiſſe ἰσόμοιρά τε εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ φῶς καὶ σκότος καὶ θερμὸν καὶ ψυ-

ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν. i. e. *æquis etiam partibus mundo inesse lucem ac tenebras, calidumque & frigidum, siccum & humidum.* Quod *Plutarchus* referat lib. 2. de pl. Ph. cap. 9. De Pythagoricis, quod extra mundum inane esse existimant, in quod & è quo mundus respiret, putem respicere opiniones Democriti & Leucippi &c. de quibus postea inter Eleaticos philos. dicemus. Sed transeamus ad cæli descriptionem. Dextrum & sinistrum posuisse in cælo Pythagoricos & in iis Empedoclem tradit *Plutarchus* lib. 2. de pl. Phil. cap. 1. & *Aristoteles* lib. 2. de cælo cap. 2. Empedocles dixit cælum esse solidum glaciei in modum ab igne ex aëre compactum, quod ignitam aëriamque naturam in utroque globi semisse contineat, ut testatur *Plutarchus* lib. 2. de plac. Philos. cap. 11. eodem videtur pertinere, quod dixerit Stellas inerrantes crystallo esse alligatas, errantes ab eo solutas apud *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 13. ubi & Pythagorei communiter dicuntur Statuisse *Stellam esse mundum* in æthere infinito, qui terram, aërem, ætheremque contineat. & apud *Clem. Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 614. οἱ Πυθαγόρειοι τὸν οὐρανὸν τὸν ἀντίχθονα καλοῦσι.

λῦσι. i. e. *Pythagorei cælum appellant* ἀντίχθονα i. e. *terram ex adverso sitam.* de æthere omnia continente & constringente Empedoclis *Clem Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 570. sequentia citat:

> Γαῖα τε καὶ πόντος πολυκύμων ἠδ' ὑγρὸς ἀὴρ
> Τιτὰν ἠδ' αἰθὴρ, σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα.

i. e. *Tellus atque mare exundans atque humidus aër; Titan atque æther, qui cuncta astringit in orbem.* Solem, Lunam & reliqua sidera esse Deos voluit Pythagoras, ceu testatur *Laertius* in ejus vit. *Cicero* 1. nat. Deor. *Crotoniates Alcmæo Soli & Lunæ reliquisque sideribus divinitatem dedit.* Philolaus Pythagoricus eum voluit è vitro constare, quod oppositum splendorem ab eo igne, qui est in mundo, accipiat, ad nos vero lucem teporemque transfundat simulacri cujusdam partes locumque sortitus. vid. *Plut.* lib. 2. de pl. phil. cap. 20. & *Theodoret.* lib. 4. de curat. Græc. aff. *Solem* dicebat *Empedocles*, eodem n rrante, esse ingentem ignis massam lunaque majorem & natum ex igne, apud *Plutarch.* lib. 2. de placit Ph. cap. 6.

Etiam eum ignem appellatum à Philoſophis infrà memorabo. *Solem* dixit Philolaus juxta *Theodoretum* lib. 4. de curat. Græc. aff. *terræ æqualem.* Empedocles duos fecit *Soles*, unum primogenium ignem, in altero globi mundani ſemiſſe, qui eum ſemiſſem impleat ſemper ex adverſo ſitus ſuæ repercuſſioni ſplendoris. alterum in altero hemiphærio reſplendentiam hujus, quod hemiſphærium impleatur aëre cum calida natura permixto. hanc reſplendentiam à rotunditate terræ reflecti in ſolem cryſtallinum & cum motu ignei elementi circumtrahi. Verbo: ſolem eſſe reſplendentiam ignis, qui eſt circa terram. ſic *Plutarch.* lib. 2. de plac. Phil. cap. 20. vid. *Euſeb.* lib. 1. præp. Ev. cap. 5. Idem de converſionibus ſolis ſic: ſc. ſolem, ne in directum ſemper progrediatur, impediri à continente ipſum globo & à tropicis, hoc eſt, à ſolſtitiorum circulis, apud *Plutarchum* lib. 2. de plac. Phil. cap. 23. de radii ſive radiorum ſolarium vi quid dixerit Pythagoras, narrat *Laertius* in vita ejus ſc: διήκειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα διὰ τοῦ αἰθέρος τοῦ τε ψυχροῦ καὶ παχέος. i. e. *penetrare à ſole radium per æthera frigidum & corpulentum.*

lentum. De *Luna* jam videamus. Eam Deum esse etiam voluit Pythagoras apud *Laertium* in vit. ejus. Et esse sempiternam, ibidem statuit Alcmæon. Lunam esse saxeum corpus ex opinione Pythagoræ censet *Theodoretus* lib. 4. Græc. Aff. sed testatur *Plutar.* lib. 2. de pl. Philos. cap. 25. igneam sequi naturam dixisse eundem. Et cap. 30. dicitur Pythagoreis terrestris visa, & sicuti nostra terra; habitata à majoribus & pulchrioribus animalibus quindecies decies nostrorum quantitatem continentibus neque ullum excrementum dejicientibus. formam ejus esse disco similem apud *Laertium* Empedocles Pythagoricus affirmat. v. & *Plutarchum* lib. 2. de plac. Philos. cap. 23. Etiam *Lunam* à sole illuminari arbitrabatur Pythagoras, ut refert *Laertius* in ejus vit. & *Euseb.* lib. 1. præp. cap. 5. Et terræ antichthona esse Idem Philosophus voluit apud *Plutarchum* lib. 2. de plac. Phil. cap. 29. *Eclipsin* ejus esse resplendentiam & obstructionem profectam à terra Pythagorei feruntur dixisse apud *Plutarch.* l. cit. Empedocles duplam dicebat Lunæ à Sole esse distantiam ejus, quæ est terræ à Luna, uti refert *Plutarch.* lib. 2. de placit. Phil. cap. 31. de phasibus

Lunæ quid censuerint quidam è Pythagoreis vid. *Plutarch.* lib.2. de pl. Ph. cap.29. de *Venere* habemus, quod Pythagoras secundum nonnullos dicatur observasse eam esse Vesperum & Luciferum, licet hoc alii tribuant Parmenidi, uti infrà videbibimus. terram Pythagoras dixit esse rotundam σφαιροειδῆ ap. *Laertium* in ejus vit. & circumhabitari, περιοικουμένην, ibid. & sic εἶναι καὶ ἀντίποδας καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις ἄνω. i. e. *esse antipodas nobisque obversa vestigia premere.* de ejus in Zonas distinctione quod senserit Pythagoras sic prodit *Plutarchus* lib. 3. de placit. Phil. cap. 14. *Pythagoræ*, inquit, *opinio est, terram eadem, qua totius cæli globum, proportione in quinque esse divisam partes, septentrionalem, æstivam, hybernam, æquinoctialem, antarcticam.* quarum *media terræ mediam regionem definiat, hac ipsa de causa nomine adustæ seu torridæ prædita. Eam quæ incoli potest in medio jacere æstivæ atque hybernæ, temperatam.* de ortu *terræ* Empedocles narrante *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap.6. Statuit, post secretum æthera & ignem separatam esse *terram*, qua minus in arctum coacta ob impetum circumagitationis aqua ebullierit. Ex hac aërem exhalasse.

halasse. & cælo ex æthere facto, & sole ex igne reliqua circa terram, quæ sunt condensata, coiisse. quomodo voluerit idem, ut suprà, τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν κύκλῳ περιθέουσαν καὶ θᾶττον φερομένην τὴν τῆς γῆς φορὰν κωλύειν. i. e. *Cælum conversione sua celeriore, quàm est terræ motio, lationem ipsius terræ prohibere.* & modum exponit per motum aquæ in cyatho. de *aëre* quid dixit Pythagoras, aperit *Laertius* l. cit. τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα, ἄσειστον καὶ νοσερὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητά. τὸν δὲ ἀνωτάτω, ἀεικίνητόν τε εἶναι καὶ καθαρὸν καὶ ὑγιᾶ. καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ διὰ τοῦτο θεῖα. i. e. *Insalubriorem esse eum, qui terram complectitur, aëra immotum ac morbidum & quæ in illo sunt, omnia esse mortalia. Summum verò semper moveri & esse liquidissimum ac saluberrimum & quæ in eo sunt, immortalia omnia ac idcirco divina.* addit in sequent: καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα, ψυχρὸν αἰθέρα. i. e. *vocant autem aërem, frigidum æthera.* De *mari* dixit Empedocles quod esset terræ sudor adustæ à sole, qui nimia ejus compressione emitteretur, authore *Plut.* lib. 3. de pl. Ph. cap. 16. *Laertius* de Pythagoricis l. c. καλοῦσι τὴν θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ παχὺ αἰθέρα, i. e. vo-

vocant mare, & humidum & corpulentum æthera. videamus jam quid de Cometis. nonnullos è Pythagoreis dicit *Aristoteles* lib. de meteor. cap. 6. statuisse εἶναι τῶν πλανητῶν ἀστέρων, διὰ δὲ τὸ πολλοῦ τε χρόνου τὴν φαντασίαν αὐτοῦ εἶναι καὶ τὴν ὑπερβολὴν ἐπὶ μικρὸν. i. e. *Cometen è Stellis errantibus unam esse: verum non nisi longo interposito tempore comparere in cælo & parum à sole digredi. Plutarchus* lib. 3. de plac. Phil. cap. 2. *Pythagoreorum quidam Cometam putant esse Stellam ex earum numero, quæ non semper videantur, sed stato tempore sua revolutione exoriantur.* quid de circulo lacteo? *Plut.* lib. 3. de pl. Philos. cap. 1. *Pythagoreorum alii*, inquit, *dixerunt stellæ ardore effectum, quæ suo loco delapsa tempore incendii à Phaethonte excitati, quicquid loci circulari cursu peragravit, adusserit. alii cursum initio hac fuisse. quidam speculare visum esse putant, splendore solis in cælum reflectente.* vid. etiam *Aristotelem* lib. 7. de cælo cap. 8. Quid de tempore? juxtà *Plut.* lib. 1. de pl. Philos. cap. 21. Pythagoras illud dixit *globum ambientis corporis.* Annum naturalem teste *Censorino* de die nat. cap. 19. dies CCCLXIV & dimidiatum habere prodidit

dit Philolaus. vid. & *Scaligerum* lib. II. de Emend. temp. Ejusdem magnus annus est, qui constat ex annis LIX, in quo sunt menses intercalares viginti & unus. vide *Censorinum* de die nat. cap. 18. De *die* Pythagoras apud *Laertium* dixit τ̃ ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἕω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν. i. e. *oriri quidem auroram ac vesperam occidere*. & quomodo ille voluerit lucem & tenebras æquis partibus inesse mundo, suprà audivimus è *Laertio.* Ibidem tempora anni vices suas mutare ait; καὶ ἐπικρατεῖν θερμοῦ μὲν, θέρος γίνεσθαι ψυχροῦ δὲ, χειμῶνα. ἐὰν δὲ ἰσομοιρῆ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον. ἔαρ ὑγιεινόν. τὸ δὲ φθίνον, φθινόπωρον νοσερόν. i. e. *Dum calor obtinet, æstatem: Dum frigus, hyemem fieri: ea dum æquis partibus sunt, optima anni tempora confici. Nam ea quæ viret, est veris grata salubrisque temperies. quæ verò declinat, autumni est insalubris illa pars anni.* Empedocles ap. *Plut.* lib. 3. de pl. Philos. cap. 8. *Hiemem dicebat fieri, cum aër suam densitatem obtinet & sursum vi eluctatur. æstatem, igni deorsum vi tendente.*

CAP. XVI.

Pythagoræ *motus* quid. *item* ortus *&* interitus *illi & Empedocli.* natura, generatio *animalium & modus ejus & causæ. distinct. anim. quæ dicantur* vivificari *&* vivere. plantas *esse animatas. ut* Sol *causa vitæ. quod sit* nutriri, crescere *&* tabescere. *de* geminis *&* monstris. *de semine animal: quid. de* mulis. *de respiratione animalis in utero. de ortu* humani *generis. de* generatione *hominis. ubi de formatione* fætus *hum. an primus homo è terra & quomodo. an & alii. de tempore formandi* fætus *& edendi & alendi in utero.* mares *&* famellæ *cur gignantur, &* sexus *diversitas existat. ut Pythagoras humanas* ætates *distinxerit.*

MOtum Pythagoras volebat esse differentiam quandam aut diversitatem in materia, ut refert *Plut.* lib. 1. de pl. Ph. cap. 23. *Ortum* & *interitum* esse, cum res alteratione, mutatione & resolutione elementorum fiant. ap. *Plutar.* eodem lib. cap. 24. ubi & Empedocles ortus & interitus negat, & tantum concretiones & secretiones obtinere in rerum mutationibus statuit. & ita, ut suprà, *naturam* dixit esse permixtionem & divulsionem elementorum apud eundem cap. 30. de *generatione* animalium & hominis & quæ his annexa, porrò videamus. Apud *Laertium* Pythagoras statuit, τὰ ζῶα γεννᾶ-

σθαι

σθαι ἐξ ἀλλήλων ἀπὸ σπερμάτων τὴν δὲ ἐκ γῆς γένεσιν, ἀδύνατον ὑφίςασθαι. i. e. *Animalia ex ſe invicem naſci ſeminali ratione. quæ v. à terra fiat, generationem non poſſe ſubſiſtere.* Sed Empedocles Pythagoricus teſte *Plutarcho* lib. 5. de pl. Phil. cap. 19. *primò animalia ac plantas dixit nequaquam integro ortu extitiſſe, ſed membris, quæ nondum coaluiſſent: deinde partes coaluiſſe, ita ut ſpectri formam compages referret. tertium ortum fuiſſe ex his, quæ viciſſim naſcuntur. quartum jam non ex ſimilibus, ut ex terra & aqua: ſed proinde viciſſim, cum alimentum aliorum eſſet denſatum: aliis mulierum formæ venuſtas incitamentum emittendi ſeminis attuliſſet.* quomodo diſtincta ſint animalia in ſeq. ſic refert: *animalium porrò omnium genera diſcreta fuiſſe certorum ratione temperamentorum: ob quam alia aquam expetant, alia aërem, quæ plus ignei habeant: alia, quæ graviora ſunt, ad terram ſuo appetitu ferantur. quæ autem æquabili ſunt temperamento, ea vocem è pectore emittere.* Pythagoras apud *Laertium* cum dixiſſet ſolis radios omnia penetrare, καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖν πάντα. i. e *& ob id vivificare omnia*, addit: ζῆν μὲν πάντα, ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ. i. e. *vivere*

vere omnia, quæ calori participent. iterum: διὸ καὶ τὰ φυτὰ, ζῶα εἶναι. i. e. *Ideo & plantas esse animantes.* quamvis, ut idem postea vitam distinguat, ab anima subjungit: ψυχὴν μέντοι μὴ ἔχειν πάντα. i. e. *animam tamen non habere omnes. Empedocles*, ut *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 26. *Stirpes etiam anima præditas esse & in animalium numero, censet.* eo argumento; *quod & nutent & ramos habeant directos, qui inflexi, si remittantur, suum repetant locum atque rectitudinem.* ibidem *Plutarchus* universalius: *Empedocles primo inter animalia loco arbores è terra enatas ait, antequam Sol convolveretur noxque à die discerneretur. & ob concinnitatem temperamenti sexus masculini ac fœminei rationem continuisse, incrementum iis obtigisse à caloris terræ inclusi distributione. Itaque terræ esse partes, sicuti fœtus in utero matricis sunt partes. semina, excrementa esse terræ & ignis abundantiam. Et quæ humoris satis non habeant, earum sub æstatem defluere folia exsuccatarum. plerasque durare, ut laurum, oleam, palmam. discrimina succorum esse ob diversitatem partium & causarum varietatem, maxime nutrimentum: ut in vitibus* &c. Ap. *Plut.* ibid. cap. 28. Emped. *Animalibus vult appetitum*

petitum obtingere defectu elementorum, quibus conficiuntur. voluptates autem ex humiditate & periculorum similiumque motu &c. & cap. 27. *nutriri* dicit animalia subsidente eo, quod iis est natura accommodatum: *crescere* ob caloris præsentiam: *decrescere* & *tabescere* utriusque defectu. cap. 22. idem *carnes arbitratur nasci ex interna elementorum contemperatione: nervos ignis & terræ duplicibus portionibus admixtis. ungues, nervis, ubi aëri occurrerunt, refrigeratis. ossa ex aqua & interna terra. quatuor autem ignis & terræ contemperatis portionibus sudorem & lacrymam corporis fieri* &c. *Geminos* nasci voluit Empedocles authore *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 10. ob abundantiam & divisionem genituræ. vid. & *Censorinum* de die nat. cap. 6. & cap. 8. *monstra* nasci vel abundantia vel defectu seminis: aut à motus initio aut divisione in plura, aut quod aliò vergat. *Semen* quod sit ex sententia Pythagoræ, prodit *Laertius* l. cit. ubi σπέρμα εἶναι σταγόνα ἐγκεφάλου περιέχουσαν ἐν αὐτῇ θερμὸν ἀτμόν. i. e. *semen esse stillam cerebri, quæ in se calidum contineat vaporem*: quod uberius tradit *Plut. spumam utilissimi sanguinis, superfluiditatem alimenti, sicuti sangui-*

guinem & medullam. & seq. cap. refertur, *vim seminis incorpoream statuisse, ut mentem moventem*:. corpoream autem materiam, quæ profunditur. ibid. Alcmæon Pythagoricus *semen* cerebri partem esse vult. fæminis etiam tribuit Pythagoras semen & quod habeant adstites testiculares, sed inverso modo. ideoque eas præter usum appetere. sic de eo *Plut.* ejusd. libri cap. 5. idem sentiunt Alcmæon & Empedocles ap. *Censorinum* de die nat. cap. 5. ubi addit: quod Alcmæon non à medullis modò, sed & ab adipe & carne derivari *semen* voluerit. *Muli quod steriles* sint ap. *Plut.* lib. 5. de pl. Ph. cap. 14. Alcmæon dicit ob *seminis tenuitatem sive frigiditatem fieri.* & mulæ, *quod matrices earum non hient.* Empedocles ibid. *ob exilitatem, humiditatem angustiamque vulvæ universæ ventri innatæ, ut neque rectè ad eam semen ejiciatur, neque si id fiat, excipiatur.* Quærenti, an fætus in utero sit animal? Respondet ap. *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. c. 15. Empedocles negando, tantumque Spiritu præditum dicens. & primam animalis *respirationem* fieri, cum partu editur, decrescente humore, qui est in fœtu & in exhausti locum succedente in va-

ſa aëre externo reſerata. quomodo fœtus in utero alatur pòſt dicetur, ubi primum de homine. *Homines* ſemper extitiſſe fertur Pythagoras cum ſuis arbitratus ſic enim *Cenſorinus* de die nat. cap. 4. *Illa ſententia, qua ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet Pythagoram Samium & Ocellum Lucanum & Archytam Tarentinum omneſque adeo Pythagoricos.* & *Varro* lib. 11. de R.R. cap. 1. authoritate Dicæarchi. *Igitur, inquam, & homines & pecua cum ſemper fuiſſe ſit neceſſe, natura. ſive aliquod fuit Principium generandi animalium, ut putavit Thales Mileſius & Zeno Cittieus, ſive contrà principium horum extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius & Ariſtoteles Stagirites, neceſſe eſt humanæ vitæ à ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hanc ætatem.* de generatione per coitum hominis & anim: ſic Pythagoras ap. *Laertium*: ταύτην δὲ ſc. σταγόνα προσφερομένην τῇ μήτρᾳ, ἀπὸ μὲν τοῦ ἐγκεφάλου, ἰχῶρα καὶ ὑγρὸν καὶ αἷμα προΐεσθαι. i. e. *hæc vid.*| *ſpumà dum infunditur vulvæ, cerebro ſaniem & humorem ſanguinemque profluere.* & porrò notat cauſam materialem & formalem formandi fœtus: ἐξ ὧν σάρκας τε καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ καὶ τρίχας, καὶ τὸ

τὸ ὅλον συνίςαθαι σῶμα. i. e. *ex quibus sc. sanie humore & sanguine, caro, nervi, ossa, pili totumque consistat corpus.* addit: ἀπὸ δὲ τοῦ ἀτμοῦ ψυχὴν καὶ αἴσθησιν sc. συνίςαθαι. i. e. *ex eo autem* vapore, *sensum atque animum constare.* Empedocles apud *Censorinum* de die nat. cap. 4. de formatione prim. hom. dicit, *quod membra singula ex terra quasi prægnante passim edita sint, deinde coierint & effecerint solidi hominis materiem, igni simul & humori permistam.* Varro apud *Non: Marcell.* in blitum: *Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum.* de ordine & tempore formandi fœtus Pythagoræ sententiam *Laertius* sic exprimit: μορφοῦσθαι δὲ τὸ μὲν πρῶτον, παγὲν ἐν ἡμέραις τεσσεράκοντα. i. e. *formari autem primò quidem concretum & compactum intra dies quadraginta.* Plut. lib. 5. de pl. Phil. cap. 21. *Empedocles hominum membra incipere conformari ait à die* XXXVI. *perfici membra die undequinquagesimo.* pergit *Laertius.* κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους, ἐν ἑπτὰ, ἢ ἐννέα ἢ δέκα τὸ πλεῖστον μησὶ τελεωθὲν, ἀποκυΐσκεσθαι τὸ βρέφος. i. e. *juxtà verò rationem harmoniæ intra septem aut novem aut decem menses ut plurimum consummatum atque perfectum gigni infantem.*

tem. quo videntur spectare illa *Censorini* cap. 9. *Pythagoras autem* (*quod erat credibilius*) *dixit partus esse genera duo, alterum septem mensium, alterum decem: sed priorem aliis dierum numeris conformari, aliis posteriorem. Eos verò numeros sc. Dierum, qui in unoquoque partu aliquod afferunt mutationis, dum aut semen in sanguinem, aut sanguis in carnem, aut caro in hominis figuram convertitur, inter se collatos rationem habere eam, quam voces habent, quæ in Musica* σύμφωνοι *vocantur.* Et sic dicit *Laertius*, ἔχειν ἐν αὐτῷ πάντας τοὺς λόγους τῆς ζωῆς, ὧν εἰρομένων, συνέχεσθαι κατὰ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους, ἑκάστων ἐν τεταγμένοις καιροῖς ἐπιγινομένων. i. *habere sc. sic perfectum infantem in se omnis vitæ rationes, quibus sua serie connexis contineri juxta congruentiæ rationem, cum singula statutis temporibus accedunt.* quomodo fœtus formatio fiat juxta symphoniam vid. ap. *Censorinum* cap. 11. ubi plura. Septimo mense parere mulierem posse Theano Pythagorica & Empedocles censent apud *Censorinum* de die nat. cap. 7. ubi & Epicharmus cum suis dicuntur negasse octavo mense infantem nasci. de Empedocle sic *Plutarchus* lib. 5. de pl. Philos. cap. 18. *Empedocles*, quo

tempore *humanum genus è terra est enatum, propter tarditatem motus solis, tantam fuisse longitudinem unius diei, quanta nunc & decem mensium. progressu temporis contractum fuisse ad quantitatem septem mensium. Itaque & decimo mense & septimo editos fœtus vitales esse, natura mundi hoc meditata, ut in una die infans augescat & nascatur. Cor* primum nascentibus formari voluit Empedocles teste *Censorino* cap. 6. *quod hominis vitam maximè contineat.* Alcmæon teste *Plut.* lib. 5. de plac. Phil. cap. 17. *caput statuit tanquam partem principem.* v. *Gellium* lib. 3. cap. 10. Ali v. fætum in utero voluit idem Alcmæon ap. *Plut.* cap. 16. *per totum corpus, quod spongiæ in morem recipiat, quæ alendo sunt idonea. Mares gigni*, ut Empedocles apud *Censor.* cap. 6. *è dextris partibus profuso semine, at è lævis fæminas.* sed ibidem: *Ex qua parente seminis amplius fuit, ejus etiam sexum repræsentari dixit Alcmæon.* Et in sequentib. *Empedocles*, ubi de Geminis, *ait, si utrumque sedes æquè calidas occupaverit, utrumque marem nasci. si frigidas æque, utramque fæminam. si v. alterum calidiorem, alterum frigidiorem, dispari partu sexum futurum*: Jam enim ante dixerat,

ubi

ubi de similitudine aut diss. parent. & liber. *Si par calor in parentum seminibus fuerit, patri similem marem procreari; si frigus, fœminam matri similem.* Plutarch. lib. 5. de pl. Philos. cap. 11. *Empedocles similitudinem sc. prolis defert semini prævalenti, dissimilitudinem evaporationi caloris, qui in semine erat.* v. & Censorin. cap. 6. & *Plut.* cap. sequenti etiam aliam subtexit causam, cur aliis, non parentibus, similes sint infantes. *Empedocles*, inquit, *imaginatione mulieris inter concipiendum formari fœtum putat. Sæpè enim imagines etiam & statuæ sunt in mulieribus adamatæ, similisque earum proles in lucem edita.* Addo hîc: Quod Pythagoras tradente *Laertio* ita humanam ætatem distinxerit: *Puer viginti annos implet, adolescens viginti, juvenis viginti, senex viginti. Sunt autem ætates istæ anni temporibus accommodatæ. Veri puer, æstati adolescens, autumno Iuvenis, & hyemi senex. Adolescentem intelligit puberem, juvenem virum.*

Cap. XVII.

Quid de anima *Pythagoras censuit. Bruta animalia etiam* rationem *habere. de divisione* animi *humani. de qualitatibus* animæ. *de* mente *& ejus vi. corpus* animæ carcer. *de pœnis* animæ. *de immortalitate ejus & μετεμψύχωσι. unde eam didicerit* Pythagoras. ἀνάμνησις

Pyth. de sede animæ. mentem *solam* sentire, sensus *fallere*, *de* visu, *de* imaginibus *in speculo*. *de* colore, & auditu & obfactu, *de* respiratione, voce, Somno, morte. *de* Dæmonibus & heroibus, *de* sacrificiis & divinationibus &c.

NOn omnia, quæ vivunt, animam habent, è sententia Pythagoræ apud *Laertium*. ubi & dicit, differre animam à vita, quod hæc etiam rebus corruptibilibus conveniat, illa sit incorruptibilis & immortalis. Pythagoras l. cit. τὴν ψυχὴν εἶναι ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ τῷ συμμετέχειν ψυχροῦ αἰθέρος. i.e. *Animam esse avulsionem ætheris & calidi & frigidi. eò quod sit particeps frigidi ætheris.* & hanc, uti posteà videbimus, eandem dicit esse ἀθάνατον, i.e. *immortalem*, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι. i.e. *quandoquidem & id, à quo avulsa est, immortale est.* quid Pythagorei animam esse voluerint, prodit Arist. lib. 1. de ma cap. 2. §. 22. ἔφασαν γάρ τινες τῶν Πυθαγορείων, ψυχὴν εἶναι τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα. οἱ δὲ τὸ ταῦτα κινοῦν. & pòst, ἐπὶ ταὐτὸ δὲ φέρονται καὶ ὅσοι λέγουσι τὴν ψυχὴν τὸ αὐτὸ κινοῦν. i. e. *Quidam Pythagoreorum dicebant animam esse ramenta illa, quæ sunt in aëre. Alii v. id quod hæc movet. Eodem feruntur etiam quicunque dicunt animam*

mam esse id quod seipsum movet. quæ etiam animam mundi spectare videntur. cum postea addit, illos existimare πάντα κινεῖσθαι διὰ τὴν ψυχήν. i. e. *omnia moveri per animam.* Pythagoras quidem voluit, animas etiam omnium animalium, quæ bruta dicuntur, esse rationis compotes, non tamen agere secundum rationem, idque fieri ob incommodum corporum temperamentum, & quia loquela destituuntur, quod in canibus & simiis apparet, vocem non articulatam tamen emittentibus. sic de eo loquitur *Plutarchus* lib. 5. de plac. Philos. cap. 20. & *Iamblichus* in vit. ejus cap. 13. μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων ἀναλυτικόν τι καὶ νουθετικὸν ἐλέκτητο Πυθαγόρας ἐν λόγῳ, διὰ τούτου συμβιβάζων. i. e. *Pythagoras usque ad belluas ratione carentes orationem suam direxit in dicendo, ut earum feritatem dissolveret.* & cap. 24. dicitur τὰ ἄγρια ζῶα σωφρονίζων καὶ παιδεύων διὰ λόγων καὶ ἔργων. i. e. *Animalia sylvestria tum verbis, tum actionibus moderans & instituens ad Sapientiam.* Quando animam cum mente convertit & *eam dicit esse numerum, qui se ipsum moveat. numerum autem sumit pro mente,* ut tradit *Plutarchus* lib. 4. de plac. Phil. cap. 2. v. &

Theodoret. lib. 5. de cur. Gr. Aff. & cap. 4. Plut. *Pythagoras secundum supremam, rationem & ut homini convenit, duas partes ei assignat. quarum una ratione sit prædita, altera ejus expers sive bruta: secundum propinquam autem & subtiliorem rationem tres: dividunt enim brutam in iræ & in cupiditatibus deditam.* *Cicero* 4. Tusc. 18. *Pythagoras & Plato animum in duas partes dividunt. alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In participe rationis ponunt tranquillitatem, i.e. placidam quietamque constantiam. In illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis contrarios inimicosque rationi.* v. *Theodoret.* lib. 5. de cur. Gr. aff. *Laertius* cum refert Pyth. ψυχὴν συνίσασθαι ἐξ ἀτμοῦ. i.e. *animam constare è vapore* dixisse, subjicit: τὴν δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῇ, εἴς τε νοῦν καὶ φρένα καὶ θυμόν. νοῦν μὲν οὖν εἶναι καὶ θυμὸν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. φρένα δὲ, μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. i.e. *porro humanam animam trifariam dividit, in sensum, in mentem & iram. sensus igitur & iræ cæteras quoque animantes esse participes; mentem v. ad solum pertinere hominem.* & subjectis deinceps distinguit: εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ καρδίας μέχρι ἐγκεφάλου. καὶ τὸ

μὲν

μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ μέρος αὐτῆς ὑπάρχειν θυμόν. Φρένας δὲ καὶ νοῦν τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. i. e. *esse autem principium animæ à corde usque ad cerebrum, & eam quidem quæ sit in corde, ipsius partem, concupiscentiam esse. mentem v. atque animum in cerebro constare.* Plut. lib. 4. de pl. Phil. cap. 5. *vitalem animæ partem eo modo distinguit à ratione & mente.* Juxta *Theodoretum* lib. 5. de cur. Græc. aff. voluit hanc *animam esse commixtam ex ætherea & aërea substantia. ac sponte sua mobilem* Alcmæon censuit ap. eundem. *Tullio* teste I. N. Deor. 27. *Pythagoras censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum commeantem, ex quo animi nostri caperentnr.* Et Caton: 76. *Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex universa mente Divina delibutos animos haberemus.* quomodo in Pythagoricorum juramento quaternarius numerus animæ tribuebatur, præter Macrobium Som. Scip. etiam exponit *Plutarchus* lib. 1. de plac. Phil. cap. 3. *Quin*, inquit, *& animam nostram Pythagorici ajunt quaternione constare. Esse enim hæc quatuor: mentem, scientiam, opinionem, sensum. unde omnes artes & scientiæ profectæ sunt; ipsique ratione præditi propterea sumus:* de singulis seor-

de desumptam animam etiam ille putabat. suprà dixerat mentem (quam etiam sub anima contineri volebat) ad solum hominem pertinere, etiam intellectum eò retulit: Eumque esse *Divinam partem* statuit referente *Theodoreto* lib. 5. de curat. Gr. Aff. *Cicero* 1. Nat. Deor. *Alcmæo sideribus animæque Divinitatem dedit.* Mentis humanæ præstantiam suprà modum extollens *Archytas Pythagoricus* sic ait ap. *Iambl.* in Protrept. cap. 3. καὶ νόος ὕπατος λόγῳ καὶ διανοίᾳ τὸ δέον ἐπικρίνων. i.e. *mens quasi Supremæ dignitatis est, quod ratione & intelligentia utatur.* Et ante ipsum Pythagoras apud *Laertium* μέγιστον φησὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι τὴν ψυχὴν. πεῖσαι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ ἐπὶ τὸ κακόν. i. e. *maximum eorum quæ in hominibus fingi possunt dixit animam esse, quæ ad bonum induceret sive ad malum.* Nam, ut idem *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 32. νοῦς κατ' αὐτοὺς sc. Πυθαγορείους πάνθ' ὁρᾷ καὶ πάντ' ἀκούει. *Mens secundum Pythagoricos cuncta videt & cuncta audit.* Ideo & Αὐτεξούσιον fecit animum Pythagoras. sic enim *Iambl.* in ejus vit. cap. eodem. περὶ τε τῆς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτεξουσίου δυνάμεως ἀναμφισβητήτως ἀπέδειξε καὶ περὶ τοῦ λόγου καὶ τοῦ νοῦ τελείας

ἐνεργείας ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς. i. e. *de potentia, quæ sui juris est in animo, sine controversia & dubitatione demonstravit ac de rationis mentisque perfecta efficacitate satis superque exorsus disseruit.* Et maximè Pythagorei αὐτεξούσιον approbabant juxtà eundem in Protrept. cap. 3. mentem sive intellectum extrinsecus insinuari nobis, etiam putabant Pythagorici teste *Theodoreto* lib. 5. de cur. Gr. Aff. atque adeo ante corpus existere, & post illud remanere, ut posteà pleniùs trademus. quod certo numero animæ extiterint antequam corporibus infunderentur, è Pythagora aut ejus discipulis hausit Plato. Sic n. *Theodoretus* lib. 5. de curat. Gr. Aff. *Pythagoras & Plato populum nobis animarum, sed carentium corpore proponunt easque animas, quæ in peccatum aliquod inciderint ajunt supplicii causa in corpora destinari.* Ideo corpus Pythagorei carcerem & vinculum animi reputabant, ut refert *Iamblichus* in vit. Pyth. cap. 36. & quod sepulcrum animæ sit habitum v. *Clem. Alex.* lib. 3. στρωμ. pag. 433. Apud *Laertium*, δέσμα εἶναι τῆς ψυχῆς, τὰς φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα. i. e. *animæ vincula venas esse & arterias & nervos,* arbitrabatur Pythago-

thagoras. plura de animæ habitudine in seq. ubi : ὅταν δὲ ἰσχύῃ καὶ καθ' αὐτὴν γενομένη ἠρεμῇ, δεσμὰ γίνεσθαι αὐτῆς τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα. ἐκριφθεῖσαν δὲ αὐτὴν ἐπὶ γῆς, πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι, ὁμοίαν τῷ σώματι. i. e. *ubi v. invaluerit & secum fuerit, quiescere vinculaque ipsius fieri rationes atque opera. Ejectam eam in terram in aëre vagari corpori similem.* quod sic *Plut.* lib. de pl. Phil. cap. 7. *cum enim exit, pervenire in cognatam sibi animam mundi.* addit *Laertius* porrò ; quod Mercurius ex corporibus & ex terra & mari animas immittat, & καθαρὰς i. e. *puras* in excelsum ducat. τὰς δὲ ἀκαθάρτους i. e. *impuras* verò illis ne adpropinquare quidem invicem sibi ipsis, sed δεῖσθαι ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ ἐριννύων. i. e. *vinciri à Furiis infractis nexibus.* In se ubi Pythagoras animam considerabat, in continua operatione ac motu eam versari dicebat. Sic *Laertius* : μηδέποτε δὲ ἠρεμεῖν, μηδὲ τὸν αὐτὸν ῥόον κρατεῖν. i. e. *eam nunquam quiescere neque eundem fluxum obtinere.* & refert Alcmæonem dixisse, *quod anima moveatur perpetuò instar solis.* v. *Theod.* lib. 5. de cur. Gr. Aff. Animam hom. esse incorruptibilem & immortalem, etiam dixit Pyth. audiamus *Laert.* καὶ τὸ

μὲν

μὲν φρόνιμον, ἀθάνατον, τὰ δὲ λοιπὰ θνητά. i. e. *partem animæ prudentiæ capacem esse immortalem, cætera v. mortalia.* v. & *Plut.* lib. 4. de pl. Phil. cap. 7. ubi & posteà: *Pythagoras scil. dixit ratione præditam partem non interire: esse animam quippe non Deum, sed opificium æterni Dei. brutam esse obnoxiam interitui. Laertius*, ut supra, *eam eatenus dixit esse immortalem, quatenus id, à quo avulsa est, immortale est.* v. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 30. & 32. Sententiam Alcmæonis immortal. animæ etiam asserentis vid. apud *Laertium* in ejus vit. Pythagoras præcipuè animæ immortalitatem & explicare & asserere statuit per μετεμψύχωσιν. i. e. *transitum animarum in corpora.* sic docet nos idem *Laertius* authoritate Heraclidis Pontici. illumque Pythag. de se dicere solitum, quod fuisset aliquando Æthalides ac Mercurii filius habitus. Mercurium monuisse illum, ut peteret propter immortalitatem, quod vellet. petiisse igitur; ut vivens & vita functus omnium, quæ contingerent, memoriam haberet. Itaque in vita meminisse omnium, eandemque memoriam post mortem reservasse atque aliquanto post in Euphorbum venisse. Euphorbum autem

autem dixisse. aliquando Æthalidem fuisse atque à Mercurio pro munere accepisse, ut anima illius perpetuo errore vagaretur, & in quas vellet, arbores vel animantes commigraret & quæ apud inferos anima omnia perpessa esset ac cæteræ animæ quænam patiantur. Et post obitum Euphorbi animam ingressam esse Hermotimum, & illo defuncto venisse in Pyrrhum Delium Piscatorem & posteà in Pythagoram. v. *Hieronymam* epist. ad Avitum 59. cap. 2 & epist. 3. ad *Heliodor.* tom. 1, cap. 2. & *Pamphilus* ad Hieronymum tom. 9. cap. 151. & sic ille nugatus dicitur *Iamblicho* in ejus vit. cap. 14. *Hieronymus* adversus Rufinum lib. 3. cap. 10, *Quia*, inquit, *Pythagorica dogmata legisse me dixeram, audi, quod apud Græcos Pythagoras primus invenerit: immortales esse animas & de aliis corporibus transire in alia, quod quidem & Virgilius in sexto Æneidos volumine sequens loquitur:*

Has omnes ubi mille rotam volvêre per annos
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno
Scilicet immemores supra ut convexa revisant

Rursus

Rursus & incipiant in corpora velle reverti.

Hanc doctrinam dicitur hausisse Pythagoras ex Ægyptiorum Philosophia, ut testantur *Herodotus* lib.2. & *Diodorus Sicul.* lib.1. cap.98. & *Porphyrius* in vit. Pythag. audiamas *Herodotum*: Πρῶτοι δὲ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἰσὶ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι. τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, εἰς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γενόμενον ἐσδύεται. ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινὰ, αὖτις ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσί οἵ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον ὡς ἰδίῳ ἑωϋτῶν ἐόντι. τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω. i. e. *Ægyptii primi fuerunt, qui dixerunt, animam hominis esse immortalem. Si enim corpus interiret, eam in aliud animal, quod gigneretur, commigrare ac postquam omnia & terrestria & maritima & aërea peragrata essent, tandem in corpus humanum reverti. Atque sunt è Græcis, qui hanc doctrinam ut suam proposuere, alii primum, alii postea, quorum licet sciam nomina, prodere tamen nolo.* ubi procul dubio Græcorum Pythagoras aut ejus præceptor (unde ille sua) intelligi debet, cum passim inter Græcos & pri-

mi

mi memorentur ex Ægypto in Græciam transtulisse Philosophiam & pro sua venditasse. & disertè supra citati authores hoc testantur. v. & *Eusebium* lib x. præp. Evangel. cap. 2. f. quod prius diximus de immortalitate anim: & migratione in corpora, etiam *Cicero* confirmat, 1. Tusc. 38. sic: *Pythagoras discipulus Pherecydis opinionem de immortalitate animarum maxime confirmavit.* hinc *Lactantius* lib. 7. de præm. Divin. cap. 8. *Pythagoras ejusque præceptor Pherecydes fuerunt, quos Cicero tradit primò de æternitate animarum disputasse.* & cap. 23. ejusdem lib. *Pythagoras transire animas in nova corpora disputavit, sed ineptè quod ex hominibus in pecudes & ex pecudibus in homines & seipsum ex Euphorbo esse reparatum.* v. & cap. 12. f. & 18. hanc eandem sententiam propugnarunt ejus discipuli. Idem *Lactantius* lib. 3. de falsf. Sap. cap. 18. ubi loquitur de illis, qui dicunt animas superesse post mortem. *Pythagorici*, inquit. *& Stoici non nasci animas, sed insinuari potius in corpora & de aliis in alia migare dixerant. non putarunt aliter fieri posse, ut supersint animæ post corpora, nisi videantur fuisse ante corpora.* Etiam *Empedocles* apud *Laertium* lib. 8. in vit.

vit. ejus voluit animam omnigenum animalium & arborum ſpecies induere juxtà ſequentia ejus.

Ἤδη γὰρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
Θάμνος τ᾽ οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος
ἰχθύς.

Id eſt:

Nam (memini) fueram quondam puer atque puella
Plantaque & ignitus piſcis pernixque volucris.

V. de eadem Alcmæonis ſententia circa an. immort. ap. *Theodoret.* lib.5. Gr. Aff. & de ea opinione plura ap. *Ambroſium* de bono mortis & *Tertullian.* Apolog. cap. 47. & de anima cap.28. & 31. & 32. ac ſeq. *Theodoret.* lib.x1. de judicio, in opepere de cur. Gr. Aff. *Euſeb.* lib.x. præp. Evang. cap.2. *Hermiam.* in Irriſione Gentil. Philoſ. *Juſtin.* Martyr: Quæſt. Græc. fol. 163. *Arnob.* lib.2. contra gentes pag. m.54. *Minut. Felicem* in Octavio p. mihi 24. *Photium* biblioth. fol. 713. *Niceph. Call.* Eccleſ. Hiſt. lib.x. cap.35. *Origin.* contra *Celſum* lib. 1. pag.16. & *Damaſc.* de hæreſibus. De Apophtegmate Pythagoræ in ridentem reditum animarum ab in-

inferis. v. *Iamblichum* in ejus vit. cap. 30. Ex hac transmigratione anim. fluebat, aut ei innitebatur doctrina de ἀναμνήσει. i. e. *reminiscentia.* de qua vid. *Diog. Laert.* in vit Pyth. & *Iamblichum* in ejus vita cap. 14. quam institutionis omnis initium faciebat. & apud *Hieronymum* lib. 3. advers. Rust. cap. 16. dicit Pythagoras μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι. i. e. *disciplinas esse reminiscentias.* quas secutus est Plato in Phædone & Timæo, qui potissimum illi doctrinæ inhæsisse nobis posteà dicetur. De animæ humanæ sive mentis sede in homine quid senserit Pythagoras, prodit *Laertius* in vit ejus, ubi; Φρένας δὲ καὶ νοῦν, τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. i. e. *mentem v. & animum in cerebro sc: constare dixit.* & *Plutarchus* lib. 4. de pl. Phil. cap. 5. *Vitalem animæ partem circa cor, rationalem & mentem circa caput locabat.* Empedocles teste *Eusebio* lib 1. præp. cap. 5. *Mentem dicebat non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse.* v. & *Plutarch.* lib. 4. de pl. Phil. cap. 5. v. & *Theodoret.* lib. 5. ubi dicit eum mentem in corde posuisse. præthereà, ut sensibus in veritate inquirenda locum non relinqueret Epicharmus Pythagoricus apud *Theodoret.* lib.

1. de cur. Gr. Aff. dixit, νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά. i.e. *mens videt atque audit, cætera sunt surda & cæca.* v. & *Clem. Alex.* lib. 2. στρωμ. pag. 369. & suprà audivimus, quod Archytas Pythagoricus mentem laudàrit ob rationem atque intelligentiam, quæ utraque necessaria est ad verum inveniendum. & alios etiam Pythagoricos dixisse quod νοῦς πάνθ' ὁρᾷ καὶ πάντ' ἀκούει apud *Iamblichum* in vit Pyth. cap. 32. ubi jam ante dictum erat, τὸ σκοπὸν προθέσθαι τὸν κρειώτατον ῥύσασθαι καὶ ἐλευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν καὶ συνδέσμων τὸν κατεχόμενον ἐκ βρεφῶν νοῦν, οὗ χωρὶς ὑγιὲς οὐδὲν αὐτις οὐδὲ ἀληθὲς τὸ παράπαν ἐκμάθοι, οὐδ' ἂν κατίδοι, δι' ἧς τὸ νοσοῦν ἐνεργῶν αἰσθήσεως. i. e. *proponendum esse scopum accuratum, ut liberetur & asseratur compressa à prima infantia mens à carceribus & vinculis, sine quo nihil sani nec quicquam veri quis didicerit neque etiam perspexerit operando per sensum id quod morbidum & affectum est.* quin & Empedocles ap. *Euseb.* lib 1. cap. 5. præp. ev. etiam præcipuum, quod est in sensu, accessit à mente, cum dicit: *homines in illis partibus magis sentire, in quibus plus mentis inest.* sensus autem ad veritatem judican-

dicandum nihil conferre, ideo voluerunt Pythagorici, quod quę iis regerentur, dixerint κωφὰ καὶ τυφλά. i. e. *surda & caca* quomodo autem quidam arbitrati sint sensus fallere amplius infrà referam. quid sit sensus *Laertius* describit ex sententia Pythagoræ sic: τὴν αἴσθησιν κοινῶς καὶ κατ' εἶδος τὴν ὅρασιν, ἀτμόν τινα εἶναι ἄγαν θερμόν. i. e. *sensum communiter omnem & in specie visum vaporem esse quendam nimis calidum.* Empedocles *pro meatuum concinnitate sensum fieri dicebat, cum quodvis sensibile suo sensui accommodatur.* ap. *Plutarchum* lib.4. de pl. Phil. cap.9. quod visum dicat vaporem calidum, amplius ostendit, ubi porrò *Laertius:* καὶ διὰ τοῦτο λέγεται δι' ἀέρος ὁρᾶν καὶ δι' ὕδατος, ἀντερείδεσθαι γὰρ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ. i. e. *Ideo dicitur videre per aërem & aquam. Quippe calidum affligitur à frigido.* & adhuc: Ἐπεί τοι εἰ ψυχρός ἦν ὁ ἐν τοῖς ὄμμασιν ἀτμὸς, διειστήκει ἂν πρὸς τὸ ὅμοιον ἀέρα. i. e. *nam si esset frigidus vapor in oculis, distaret profectò adversus similem aërem.* citatur à *Iamblicho* in protrept. cap. 3. liber Archytæ de sapientia, in quo dicitur, quantum mens ab anima, sol à sideribus discrepat, tantum quoque visum à reliquis sensibus

 differ-

differre. fieri autem viſum putabat Empedocles apud *Plutarchum* lib. 4. de plac. Philoſ. cap. 13. imaginum inſertione, *quibus radios adjungit id quod ſit appellans radios imaginis compoſitæ.* Ideo à Pythagora ap. *Laert.* ἡλίου πύλαι οἱ ὀφθαλμοί. i. e. *ſolis Ianuæ oculi* vocantur. & in libr. Archytæ ſupra citato, oculus quaſi ſol. ἅλιος γε μὲν ὀφθαλμός. de imaginibus, quæ in Speculis videntur hoc ſtatuunt Pythagorei: Sc. fieri eas reflectione viſus, qui cum intentus feratur ad res, denſo levique corpori occurrens, ab eo repercutiatur, & in ſe redeat, ac ſimile quidpiam ei accidat cum manu, quæ extenditur & ad humerum reducitur, ut eſt apud *Plutarch.* lib. 4. de pl. cap. 14. ſic ille Græcè. Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ ἀντανακλάσεις τῆς ὄψεως. φέρεται μὲν γὰρ τὴν ὄψιν τεταμένην ὡς ἐπὶ τὸν χαλκόν, στείχουσαν δὲ, πυκνῷ καὶ λείῳ πληχθεῖσαν. ὑποστρέφειν αὐτὴν εἰς ἑαυτήν. ὅμοιόν τι πάσχουσαν τῇ ἐκτάσει τῆς χειρὸς καὶ τῇ ἐπὶ τὸν ὦμον ἀντιστροφῇ. ibidem quoque Empedoclis ſententiam recitat: ſc. *eas imagines apparere ob effluxus, qui in ſuperficie ſpeculi coeant perficianturque ab ignea vi, quæ à ſpeculo excernitur propoſitumque aërem, in quem effluentia feruntur,*

ur, simul circumagat. De colore sic: Eum 'ythagorei superficiem corporis appel- arunt, ut testatur *Plutar.* lib. 1. de plac. 'hil. cap. 15. & de Iside & Osyride. cap. 1. & seq. discrimen colorum deduce- ant à certis mixtionibus elementorum: k in animalibus, à varietatibus locorum k aëris. Empedocles ap. eundem colo- em dicebat id, quod congrueret mea- ibus visui inservientibus. vel tradente '*latone* in Menone pag. ed. serr. 76. esse uasdam defluxiones rerum & meatus in uos, & per quos defluxiones manent. ναι ἀποῤῥοάς τ̃ ὄντων ϰαὶ πόρȣς, εἰς ȣ̃ς ϰὴ δι᾽ ὧν ἱ ἀποῤῥοαὶ πορεύονται. De *auditu* Pythago- as dicitur τὰ ἀυτὰ ϰαὶ τ̃ λοιπῶν αἰϑήσεων ογματίζειν. *eadem decernere ac de reli- uis sensibus*, ut est apud *Laertium*. Alc- næo apud *Plut.* lib. 4. de pl. Ph. cap. 16. ult *audire* nos inani, quod intra aurem t. id enim personare appellente aëre. *mnia enim*, inquit, *vacua sonant.* Em- edocles *auditionem* fieri dicit aëre acci- ente ad auris partem, quæ cochleæ in- ar in gyros contorta, intra aurem su- enſa tintinnabuli instar percutiatur. Ibi- em *Olfactum* idem Emped. fieri dicit, um respiratione pulmonis. Cum autem

difficulter ſpiratur, ut fit in humorum defluxu, tum ob aſperitatem non ſentiri odores, apud eundem cap. 17. Alcmæo autem in cerebro eſſe partem animæ principem, eâ ſentiri odores ſpirando ab ea attractos, ibidem. de reſpiratione autem ſic Empedocles ap. *Plut.* cap. 22. Scil. primam ille putat fieri primi animalis reſpirationem in fœtu edito, nacta abſceſſionem humiditate, in cujus locum extrinſecus ſuccedat aër in vaſa corporis aperta. Poſtmodò autem cum jam innatus calor foras erumpens una elideret aërem, *exſpirationem*: eodemque introrſum recedente & aëri viciſſim ingreſſum præbente, *inſpirationem*. At enim nunc cum ſanguis feratur verſus ſuperficiem ſuoque accurſu aërem per nares foras pellat, hujus eliſione fieri *exſpirationem*: aëre autem recurrente & illabente per loca, quæ calor rara & pervia fecit, *inſpirationem*. de *guſtu* Alcmæon apud eundem cap. 18. hoc dixit: quod humiditate & tepore, qui in lingua eſt, diſcernantur *Sapores*. *Vocem* Pythagoras teſte eodem cap. 20. corporis expertem faciebat. nec eſſe aërem, ſed aëris figuram & ſuperficiem & certo ictu fieri vocem. De *Som-*

no

no & *morte* Alcmæon ap. eundem lib. 5. de plac. Phil. cap. 24. illum existere dicit sanguinis in concursu venarum receptione: ejusdemque effusione nos *evigilare*: plenum autem abscessum *mortis* esse causam. Ibidem Empedocles ait; moderata caloris, qui est in sanguine, refrigeratione *Somnum*, perfecta *mortem* accidere. Ibidem Emp. cap. sequenti. ubi quæritur, an *mors* & *somnus* ad animam, an ad corpus pertineant? dicit mortem esse igneæ naturæ secretionem ab his, ex quibus homo coaluit; ideoque communem esse animo corporique *mortem*. *Somnum* v. evenire secretione naturæ igneæ. Pythagoras apud *Laertium* putat, somnia & signa & morbos &c. hominibus & pecudibus immitti à Dæmonibus. sic ille: ὑπὸ δαιμόνων καὶ ἡρώων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα, νόσους τε καὶ ὑγιείας. i. e. *à Dæmonibus & Heroibus immitti hominibus somnia & signa, morbos & sanitates.* addit: καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν. i. e. *neque solum hominibus, verum & pecudibus ac cæteris jumentis.* Præterea totum aëra animis ψυχῶν esse plenum, καὶ τούτους, inquit, *Laert.* δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομί-

νομίζεσθαι. i. e. *eosque & dæmonas & heroas existimari.* teste *Plutarcho* lib 1. de pl. Philos. cap.8. censuit Pyth. illos esse genios & substantias anima præditas. heroas quoque esse animas à corporibus separatas, bonos, si bonæ; malos, si malæ. Ad eos, ut *Laertius*, dicit referri καθαρμοὺς. i. e. *lustrationes*: ἀποτροπιασμοὺς. i. e. *sacrificia expiatoria sive averruncationes iræ Deûm*: μαντικὴν πᾶσαν. i. e. *omnem Divinationem*: καὶ κληδόνας. i e. *& omina* &c. Apud Iamblichum in vit. ejus cap. 28. dicitur Pythagoras Orphicorum ἀγγέλλειν τοὺς καθαρμοὺς καὶ τὰς λεγομένας τελετάς. i. e. *nunciare purgationes lustrationesve & sacrificia.* Et eodem cap. προσεῖχε, *inquit*, δίκαιαι φήμαις καὶ μαντείαις καὶ κληδόσι ὅλως πᾶσι τοῖς αὐτομάτοις. i. e. *animum adhibebat Deorum ratiociniis & responsis, divinationibus & sortilegiis sive ominibus.* de sortilegiis Pythagoræ sic *Plinius* lib. 28. cap. 4. *Pythagoræ inventis*, inquit, *non temere fallere impositivorum nominum imparem vocalium numerum, claudicates, oculorumque orbitatem ac similes casus dextris assignare partibus, parem lævis. Plutarchus* in vita Numæ de Philosophia Pythagorica tantum dixisse satis habuit, quod versaretur potissi

potissimnm περὶ τῇ θεῖον ἀγχιστείᾳ καὶ διατριβῇ. i. e. *in eo, ut familiare sibi facerent numen & cum eo intimè versarentur. Iamblichus* l. cit. cum ostendisset omnem Philosophiæ Pythagoricæ doctrinam eò facere, ut sequamur Deum. quod etiam de eo refert *Cicero* 2. de leg. 26. & fieri hoc non posse, nisi illa, quæ ei grata sint, præstemus. & præcipuè illa sciri non posse citra singularem cum Deo amicitiam. Ideo Pythagoreos divinationibus adhæsisse. sic ille loc. cit. δῆλον, ὅτι ταῦτα πρακτέον, οἷς τυγχάνει ὁ Θεὸς χαίρων. ταῦτα δὲ οὐ ῥᾴδιον εἰδέναι ἂν μή τις ἢ Θεοῦ ἀκηκοότος ἢ Θεοὺς ἀκούσῃ, ἢ διὰ τέχνης θείας πορίζηται. διὸ καὶ περὶ τὴν μαντικὴν σπουδάζουσι μόνη γὰρ αὕτη ἑρμηνεία περὶ τῆς τῶν Θεῶν ἑρμηνείας ἐστι, &c. i. e. *Iam vero ea facienda esse, quibus Deum delectari constat, manifestum est. hoc autem scitu haud ita facile est, nisi quis aut Deum audientem vel Deos audierit, vel Divina arte sibi scientiam pararit. Ideoque se in Divinationibus exercent. hæc enim sola interpretatio benevolentiæ Deorum est.* & posteà ad Deorum cognitionem totum se contulisse Pythagoram & ejus discipulos. quos inter Archytas & Apollonius Tyranæus erant, auctor est

Chrysantius apud *Eunapium*. Et sic manticam artem præ cæteris excoluit ille Philosophus. v. *Iambl.* l. cit. tantum eam partem Divinationis improbabat, quæ constabat sacrificiis, ut vult *Plutarchus* lib. 5. de pl. Ph. cap. 1. quo etiam respiciunt, quæ tradit *Iambl.* in ejus vit. cap. 28. βουλόμενος, inquit, ὁ Πυθαγόρας μὴ ἀφαιρεῖν μὲν αὐτὴν τὴν εἰς τ' ἀληθὲς σπουδὴν, παραδιδόναι δὲ διά τινος ἀσφαλεστέρου καὶ χωρὶς αἵματος καὶ σφαγῆς. i. e. *Pythagoras voluit quidem ejus sc. sacrif. ad verum indagandum studium non tollere. Sed per quandam tutiorem sacrificandi rationem absque sanguine & mactatione prædicere.* Etiam Pythagoreos eam Divinandi artem quàm maximè excoluisse, tradit *Iambl.* cap. 29 in ejus vit. quid obtulerit in sacris Pythagoras, idem cap. 28. prodit. Ἐπέθυε δὲ Θεοῖς λίβανον, κέγχρους, πόπανα, κηρία τ' ἄλλα θυμιάματα. i. e. *Diis adolebat Thus, milii semina, placentulas, liba mellita, aliosque suffitus.* ut abstinuerit ab animalibus sacrif. sic tradit; ζῶα δὲ αὐτὸς οὐκ ἔθυεν, οὐδὲ τῶν θεωρητικῶν Φιλοσόφων οὐδείς. i. e. *Animalia autem ipse non immolabat, neque etiam quisquam Philosophorum, qui contemplationibus intenti erant.* Apud *Laertium*

in vit. Pyth. ὡς Πυθαγορισῇ θύομεν τῷ Λοξίᾳ, ἔμψυχον οὐδὲν ἐσθίοντες παντελῶς. Sed Exotericos sive Acusmaticos ac Politicos qui iis legibus sacrif. non parebant, quamvis rarò, tamen dicit, ἔμψυχα θύειν ἢ ἀλεκτρυόνα ἢ ἄρνα ἄλλο τι τῶν νεογένων βοῦς δὲ μὴ θύειν. i. e. *Viventia & animata sacrificare, vel gallum vel agnos vel aliud quid eorum, quæ recens nata sunt, boves v. minimè sacrificare.* Et quamvis Pythagoras, ut loquitur *Tullius* 1. Divinat. 5. etiam *augur esse voluit, tamen,* ut idem 3. de nat. Deor. 88. *Ne Apollini quidem Delio hostium immolare noluit, ne aram sanguine aspergeret.* de *ominibus* Pythagoræorum hæc sunt ejusdem *Ciceronis* 1. Divinat. 102. *Pythagorei non solum Deorum voces observarunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina.* Atque hæc hactenus sufficiat de Theoretica Pythagor. Philosophia dixisse. sequitur jam Practica, quæ brevibus à nobis & compendio tradatur.

Cap. XVIII.

Quæ Philosophia practica Pythagoræ & Pythagoræorum Symbolis, ænigmatis & monitis moralibus constans. & quæ Carmina aurea, & quid contineant. &c.

Phi-

PHilosophia practica Pyth. partim exprimitur per ænigmata sive Symbola, partim per χρύσεα ἔπη. i. e. quæ aurea carmina vocantur. ut præcepta Pythag. symbolis involuta ejus discipuli coram extraneis proloqui solebant suprà notavimus. Quod ille Symbola à Tyrrhenis acceperit, author est *Plut.* in Sympos. sed ab Ægyptiis ea didicisse fertur *Iambl.* in vit. ejus c. 5. & Porphyrio in vit. qui sic: καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν ἐξέμαθε γραμμάτων τὰς τρισσὰς διαφορὰς, ἐπιστολογραφικῶν τε καὶ ἱερογλυφικῶν καὶ συμβολικῶν. i. e. *Et in Ægypto quidem cum sacerdotibus vixit & triplex literarum genus didicit, Epistolicum scil. hieroglyphicum & Symbolicum.* Unde est, quod Græci Symbolicum & Ænigmaticum genus scribendi à Barbaris traxisse dicantur *Clementi Alexandrino* lib. 2. στρωμ. pag. 358. καὶ ὡς, inquit, τὰ μάλιστα τὸ ἐπικεκρυμμένον τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας, τὸ συμβολικὸν τοῦτο καὶ αἰνιγματῶδες εἶδος ἐζήλωσαν οἱ πραγματικῶς τὰ τῶν ἀρχαίων φιλοσοφήσαντες. i. e. *quod maximè occultum Barbaræ Philosophiæ Symbolicum hoc & ænigmaticum genus sunt æmulati, qui actione & exercitatione Priscam sunt sectati philosophiam.* illud v. laudat ab utilitate χρησιμώτατον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαί-

ναγκαιότατον τῇ γνώσει τῆς Ἀληθείας ὑπάρχειν. i. e. *Utilissimum atque adeo maximè necessarium cognitioni veritatis.* Præterea cum & Chaldæi ac Hebræi etiam Symbolis sint usi, qualia multa apud Mosen & Salomonem & Hebræorum alios vates occurrunt, inde Pythagoras multa didicisse ac in suam rem traxisse dicitur Reuchlino. Cyrillus & Porphyrius eum quoque in iis imitatum dicunt Zoroastem. Ad Pythagoræ imitationem etiam ejus discipuli *Iamblich.* in vit. ejus cap. 35. memorante ὑπομνήματα τινὰ κεφαλαιώδη καὶ σύμβολα συνταξάμενοι τάτε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα καὶ ὧν διεμέμνηντο συναλίσαντες κατέλιπον ἕκαστος. i. e. *monumenta quædam brevia & quasi parvis capitibus comprehensa ac symbola composuerunt & scripta & lucubrationes Antiquorum eaque quorum memoriam habebant ceu in unum fascem collecta singuli reliquerunt* Symbola Pythagoræ., quæ Mystica sensa vocantur *Macrobio* lib. 1. in Somn. Scip. cap. 2. ut erant involuta vid. *Iamblich.* in vit. Pyth. cap. 34. & cap 23. de quibus & *Theodoret.* lib. 1. de curat. Græc. Aff. Quædam ex iis tradam. quorum nonnulla *Hieronymus* lib. 3. adversf. Ruff. cap. 10. nobis Latinè

exhi-

bet. etiam Clemens & Jamblichus aliique. *Ænigmata*, inquit Hieron., *illa diligentissimè etiam Aristoteles in suis libris prosequitur*. Sunt hæc: I. *Stateram ne transilias*, *i. e ne prætergrediare justitiam*. quod *Jamblicho* in Protrept. Symb. 14. sic: ζυγὸν μὴ ὑπέρβαινε. vide & *Clem. Alex*. lib. 5. ϛρωμ. pag. 560. qui dicit hoc habere Pythagoram à Mose. ait enim αὐτίκα ἐπιτομὴν τῶν περὶ δικαιοσύνης εἰρημένων Μωσεῖ ὁ Πυθαγόρας πεποίηται. i. e. *& eorum quæ à Mose dicta sunt de justitia compendium fecit Pythagoras*. II. *Ignem gladio ne fodias*, *id est*, *Iratum & tumidum animum verbis maledicis ne Lacessas*. Sic Hieronymus. sic interpretantur quoque & Plutarch. & Laertius & Athenæus. *Iamblicho* Symb. 9. πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκάλευε. v. & in vit. Pythag. cap. 32. & *Theodoret*. lib 8. de cur. Gr. Aff. & *Clem. Alex*. lib. 6. Jambl. dicit ipsum eo ad prudentiam adhortari, qui *ignem* pro iracundia & furore accipit. III. *Coronam minimè carpendam. i. e. Leges urbium conservandas*. Hieron. Græci dicunt, στέφανον μὴ δρέπεσθαι. v. *Reuchilin.* & *Erasm*. ubi add. *Magistratus non Lacessendos*. IV. *Cor non comedendum. i. e. mærorem de animo projiciendum*. Hieronym. *Iam-*

Iamblicho Symb. 30. χαρδίαν μὴ τρώγε. qui hoc aliter explicat. *Cyrillus*: *cor ne Edas. hoc est: ne te ipsum conficias curis*, quod sic intelligendum ex Homero & aliis probat Gyraldus in hoc Symb. V. *Cum profectus fueris, ne redeas. i. e. post mortem vitam ne desideres.* Hieronym. l. c. quod sic *Iambl.* Symb. 15. ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου. addit: Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται. quippe furiæ simul comitantur. v. Suidam Marcilium & Plutarch. de Educ. liber. VI. *Per viam publicam ne ambules. i. e. ne multorum sequaris errorem.* Hieronym. l. cit. Jamblichus Symb. 5. ait: τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. i.e. *Per semitas ingreditor publicas vias declinans.* Id cum Hieronymo vult *Ambrosius* tom. 3. lib. 1. Ep. 6. ad Irenæum Pythagoram è Judæis didicisse. idem Philo lib. quod omnis probus liber sit pag. 670. & Origenes alibi. aliter Olympiodorus. v. *Clem Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 561. VII. *Hirundinem in domum non suscipiendam. i. e. garrulos & verbosos homines sub eodem tecto non habendos.* Iambl. Symb. 21. χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου. aliis est ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. i. e. *familiares non habendas.* v. *Plutarch.* lib. de garrulitate.

VIII.

VIII. *Oneratis superponendum onus, deponentibus non communicandum. i. e. ad virtutem incedentibus augenda præcepta, tradentes se otio relinquendos.* Hieronym. ἀνδρὶ ἐπαναπθέμῳ μὲν φορτίον συμέπαιρε. μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ, *Iamblichus.* qui vult adhortationem esse ad fortitudinem. v. & *Olympiodor.* in Plat. phæd. *Plutarch.* in Sympos. & *Suidam* in Lex. IX. *Iamblichus* (è quo reliqua, quæ sequuntur excerpam) Symb. 1. sic tradit & exprimit. Εἰς ἱερὸν ἀπιόντα προσκυνῆσαι μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγειν μήτε πράττειν. i. e. *In templum progressum Divos adoratum nihil intereà quod ad vitam facit nec dicendum nec faciendum esse.* quo docet, *servandum Numinis cultum quatenus per se purus & sincerus est, immaculatum & purum.* v. *Olympiodorum* in Plat. Phæd. X. Idem Symb. 2. Τὸ ὁδὸς πάρεργον οὐκ εἰσιτητέον εἰς ἱερὸν, οὐδὲ προσκυνητέον τὸ παράπαν, οὐδ᾽ εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριὼν γένοιο. i. *perfunctoriè templum ne ingreditor neque omnino adorato, neque si ipsas foras prætergressus fueris.* i: *in sacris tantum* hoc age *esse attendendum.* v. seq. XI. Ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει. i. e. *discalceatus sacrificato & adorato.* i. e. *oportet modestè & moderatè Deos colere. Iambl.*

Symb.

Symb. 3. XII. Περὶ Θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει μηδὲ περὶ Θείων δογμάτων. i. e. *De Diis & de Divinis oraculis nihil tam mirabile dicitur, quod non credere debeas.* ita exprimit Deorum eminentiam & sublimitatem, quæ non debet æstimari à nostra collatione. *Iambl.* ad fin. Symb. 25. XIII. Μελανούρου ἀπέχου, χθονίων γάρ ἐστι Θεῶν. i. e. *Ab eo quod nigram habet caudam, abstineto, terrestrium enim id Deorum est.* Admonet, *cæleste iter amplecti oportere Diisque intelligentibus adhærescendum & abstinendum à natura materiali*: Sic *Iambl.* Symb. 5. XIV. Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει, Θεοῖς ἑπόμενος. i. e. *Linguam ante omnia contineto, Deos sequens.* quæ indicant; *primum opus sapientiæ esse Linguam coërcere & deinde Deum colere.* *Iambl.* Symb. 7. v. *Plut.* de audiendo. Olympiodorus de ἀπορρήτοις Dei. XV. Ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει. i.e. *Ventis Spirantibus sonum adora.* docet; quemadmodum oporteat amare Divinarum naturarum similitudinem. *Iambl.* Symb. 8. XVI. Τὴν ὀξίδα ἀποστρέφειν ἀπὸ σαυτοῦ. i. e. *Acetarium omne vas abs te removeto.* vult, *prudentia utendum esse, non a. ira. Iamblich.* Symb. 10. XVII. Εἰς ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν

 πόδα

πόδα παρέχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον. i. e. *Dum calceamenta pedibus subduntur pedem dextrum ante afferendum, in pelluvium v. sinistrum inferendum esse.* commendat *prudentiam activam bonis quidem actiones tanquam dextras circumponendas, pravas tanquam sinistras abjiciendas.* v. *Gyrald.* de hoc Symb. XVIII. Περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει. i. e. *de Pythagoreis sine lumine ne loquitor.* Sic instituit, *ut mens sibi prudentiam comparet quæ lumen est in intelligendis his Pythagoreis. Iambl.* Symb. 13. XIX. πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ οὔρει. i. e. *Ad solem conversus ne mejito.* docet, *nihil belluinum esse faciendum.* (Alii, *venerandiam & pudorem servandum*) *sed Philosophandum cælum & solem intuendo: & lumen veritatis ducem esse debere. Iambl.* Symb. 16. Erasmus ad Magos pertinere putat. v. *Gyrald.* in hoc Symb. XX. Ἐλαίῳ θᾶκον μὴ ἀπόμασσε. i. e. *Oleo sedem ne abstergito. Iambl.* Symb. idem admoneri putat. XXI. Ἀλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δέ. Μήνη γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται. i. e. *Gallum alito quidem, ne autem occidito, Lunæ quippe & soli sacer est.* quo conscribit; *nutriendum nobis esse corpus & non negligenda ea, quæ corruptioni*

ni sunt obnoxia, quæ magna indicia sunt unitatis mundi & conspirationis naturæ. Iambl. Symb. 18. Alii; gallos i. e. milites ac bellatores homines in civitate habendos esse & in contubernio retinendos. Non tamen rei sacræ causa, intelligendo urbis vigiles & custodes. cum & fabulæ Gallum Marti comitem faciunt, ut ex Luciani Gallo patet. XXII. Ἐπὶ χοίνικι μὴ καθέζου. quidam ex Græcis sic: χοίνικι μὴ ἐπικάθισαι. Suidas ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν. i. e. *supra modium non sedendum.* Interpr. *otium esse fugiendum.* aliter *Iambl.* Symb. 19. XXIII. Γαμψώνυχον μηδὲν περίτρεφε. i. e. *nihil eorum, quod curvos ingues habet, nutrito.* quasi dicas; *Esto familiaris cum aliis, imprimis amicis communicato & largitor, reliquos homines, ut tales sint, præparato.* Hebræis sc. etiam mos fuit avibus vesci uncunguibus, quo fortan hic respexit. XXIV. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε. i. e. *In via ne scindito. Iamblichus* Symb. 21. interpretatur; *Vnam quidem esse veritatem, mendacium v. multiplex. Etiam eligendam eam Philosophiam & eam ejus viam in qua non contraria stabilias dogmata,* quod est Πυθαγορικῶς φιλοσοφεῖν. XXV. Δακτύλιον μὴ φόρει, alii addunt στενόν. & Θεοῦ

τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ. i. e. *Annulum ne gestato.* Et, *Dei imaginem annulo ne insculpito.* Hieronymus interpretatur prius, *non debere quenquam anxiè vivere nec semet in servitutem conjicere. Iamblichus* Symb. 23. verè esse Philosophandum & animum esse abstrahendum à circumposito vinculo. Philosophiam quippe esse meditationem mortis & separationem animi à corpore. posterius, quod sic Philosophandum sit, ut ante omnia Deos incorporeos ducamus. Idem Symb. 24. Paulò aliter Cyrillus & Rhodiginus. v. *Hieronymum* advers. Ruff. lib. 3. cap. 10. tom. 1. & *Clem. Alex.* lib. 5. στρωμ. pag. 55:. quorum ultimum etiam Pythagoras è Mosis decalogo hausisse ibidem dicitur & ostenditur. XXVI. Περὶ λύχνου μὴ ἐσοπτρίζου. i. e. *Ad lucernam in speculo faciem ne contemplare.* Explicat *Iambl.* Symb. 25. sic: Philosophare non accurrens προςτρέχων, non imaginationibus, quæ sub sensus cadunt; quæ lucem aliquam ad comprehensionem efficiunt. &c. XXVII. Ἀοχέτῳ γέλωτι μὴ ἔχεσθαι. i. e. *risu incontinente ne concutitor.* ostendit *Affectiones esse vincendas. Iamblich.* Symb. 26. XXVIII. Παρὰ Θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου. i. e. *In sacrificiis*

ungues

ungues ne præcidito. agit *de amicitia servanda inter proximos consanguineos. Iamblich.* Symb. 27. XXIX. Δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλε. i. e. *Dextram ne cui facilè injicitio.* i. ne *facile* amicitiâ *concilieris inidoneis & ineptis hominibus. Iambl.* Symb. 28. v. & Plut. *Theodoretus* lib. 8. de Curat. Gr. Aff. vult illud designare, *Musas Sirenibus præferendas.* XXX. στρωμάτων ἐξαναστὰς συνέλισσε αὐτὰ καὶ τύπον συνστόρνυε. i. e. *è Stragulis surgens ea convolvito & figuram confundito. Iamblichus* Symbl. 29. interpretatur sic : sc: quod *Philosophari aggressus in cogitationibus mentis & rebus incorporeis exerceri .debeat. Plutarchus* in Sympos. hoc ad pudorem & thalami reverentiam pertinere vult. XXXI. Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε. i.e. *Cerebrum ne conmedito. Iambl.* Symbl. 31. interpret. *non oportere res probe judicatas & disciplinas convitiis dilacerare sive arrodere.* XXXII. Ἀποκαρμάτων σῶν καὶ ἀπονυχισμάτων κατάπτυε. i. e. *Expurgamenta tua & unguium præsegmina conspuito.* docet interprete *Iambl.* Symb. 32. *Illa facile contemni quæ tecum nascuntur, sed pretiosiora esse, quæ tecum nascuntur , sed pretiosiora esse, quæ animo sunt conjunctiora.* Dicitque Philosophiam spe-

culativam hic commendari. XXXIII. Ἐρυθῖνον μὴ παραλαμβάνε. i. e. *Eruthinum ne suscipito.* Alii habent ἐσθίειν. i. *comedere. Iamblich.* Symb. 33. vult hic significari, *inverecundum hominem non esse suscipiendum, sed potius animo collapsum.* Alii; cum sit hoc piscis genus coloris rubri, nos à sanguine & vindicta abstinere debere. Et in eo, ut Gyraldus in hoc Symb. imitatus est Pythagoras Hebræos, quibus præceptum erat, ne sanguine vescerentur. Et Pythagoram abstinuisse à θνησιμαίοις. i. e. *morticinis animalibus* ex instituto Hebr. latius Gyrald. dicto loco docet. v. & *Cyrill. Alex.* lib. 9. contra Julianum Cæsarem. XXXIV. Χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδῦ ἀφάνιζε. i. e. *Ollæ vestigium ab cinere, ne compareat, tollito.* quo putat *Iambl.* Symb. 34. admoneri Philosophaturum *oblivisci debere earum rerum quæ sensibus percipiuntur.* Alii habent; χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ i. e. *ollæ vestigium in cinere confundito.* quod interpretatur Gyraldus, post inimicitias nullum iræ vestigium seu signum nobis esse servandum, & ut *Plutarch.* in Sympos. *omnem memoriam iracundiæ abolendam esse.* alii: Cor plenum curis & sollicitudinibus

bus eſſe exonerandum, ad imitationem prophetæ uaticinantis de olla igne & carbonibus ſuccenſa. Sic Gyraldus. V. *Clem. Alex.* lib. 5. ϛρωμ. pag. 559. XXXV. Χρυσὸν δ' ἐχύσῃ μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ. i. e. *Cum ea quæ aurum habet, ne congreditor ad liberos procreandos.* Interprete *Iamblicho* Symb. 35. docetur, *non eſſe ſibi admovendam eam Philoſophiam quæ multum corporeæ rei in ſe habet.* XXXVI. Προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα, τὸ σχῆμα καὶ τριώβολον. i. *honora imprimis & habitum & tribunal. habitum, inquam, & triobolum. Iamblichus* Symb. 36. cenſet eo moneri; quod *Philoſophandum ſit non oſcitanter; Sed per gradus ad propoſitum ſecedendum.* Dicitque commendari Italicam Philoſophiam, quæ præ reliquis *incorporeis* utitur. XXXVII. Κυάμων ἀπέχου. i. e. *A fabis abſtineto. Iamblichus* Symb. 37. interpretatur; abſtinendum ab eo *quod exitium orationi & oraculis Divinis inducere poteſt.* An & quare Pythagoras à fabis abſtinnerit varia eſt authorum ſententia. Apud *Gellium* lib. 4. c. XI. dicitur ille Philoſophus authoritate Ariſtoxeni nullo ſæpius legumine uſus quàm fabis. ubi addit: *Videtur autem de* κυάμῳ *non eſitato cauſam erroris fuiſſe.* Quia

in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoricas secutus est, versus sic invenitur. Δειλοὶ πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι. & dicit sic κυάμους non legumentum, sed testiculos significari more Pythagorico opertè sic dictos. & idcirco illum homines à rei Venereæ proluvio voluisse deducere. quare autem à fabis abstinendum voluerit Pythagoras, multis ostendit Gyraldus in Symbolo hoc. *Plutarchus* libro περὶ παίδων ἀγωγῆς interpretatur abstinendum à suffragiis, quæ per bicolores fabas ferri solebant ap. Athenienses Magistratus. v. *Lucianum* in βίων πράσει. &c. XXXVIII. Μολόχην μετάφυτευε μὲν, μὴ ἔσθιε δέ. i. e. *Malvam quidem transplantato, sed ea ne vescitor.* sic vertit Politianus. Ficinus herbam molossinam habet. *Iamblichus* Symb. 31. interpret. *Naturæ consensu quidem ita abstinendum, ut & cogitationem ad alia ejusdem generis transferas. neque è medio tollendas ejusmodi observationes, sed augendas.* alii. *ad consuetudinem & placabilitatem erga alios invitari nos, sed non erga nos, in quos acres judices esse oportet.* cum illius herbæ sit mollire & solvere. XXXIX. Ἐμψύχων ἀπέχου. i. e. *Ab iis, quibus vita est a-*

ni-

nimalis, abstineto. Animalia quædam, ut noluerit mactari Pythagoras. v. *Iambl.* in vit. ejus c.xi. quædam v. mactanda, non sacrificanda c. 18. & sic à quibus Edendo abstineri voluerit c. 24. v. Diogenem *Laërt.* in vit. ejus contrarium apud Gellium lib. 4. c. 11. ad cujus finem vide, quemadmodum Pythagorei non ab omnibus, sed à quibusdam animalibus abstinuerit. Ut animalia non sacrificabat Pythagoras vid. ap. *Iamblich.* in vita ejus c. 28. & in Protrept. cap. 6. qui idem cap. 39. putat hoc instituto justitiæ servandæ admoneri & consanguinitatis colendæ. vult *Clemens Alex.* lib. 4. ϛρωμ. pag. 406. hoc à Judæis derivatum. Præterea Inscribuntur Plutarcho & alia Pythagoræ Symbola, quæ ipse interpretatus esset. quorum compendium sit sequens. *Panem non frangendum.* i. e. amicitam non violandam. *Sal apponendum.* i. e. Laudandam in omni vita justitiam vel prudentiam, quod eâ cuncta serventur. *Cibum in Scapham putridam non ponendum.* i. e. improbis non esse committenda secreta. *quæ ceciderint, non tollenda*: hoc est, antiquatas consuetudines non novandas. *In superfluis capillorum unguiumque segmentis non mejendum.* i. e.

nec homines quidem abjectissimos flocci-pendendos. *gladium acutum seponendum.* i. e. vitandam iracundiam. *Sepiam piscem nec edendum.* i. e res implicitas non recipiendas. *In limite non consistendum.* i. e. in ambigua sententia non commorandum: *progredienti gregi è via cedendum.* id est, multitudini nil opponendum. *Mustela è transverso offensâ retrò cedendum.* i. e. homines delatores fugiendos. *Arma à muliere subministrata rejcienda.* i. e. non sumendos esse animos à fraude vel effæminata aliqua consuetudine. *In tenebris absque vestitu aliquo non vadendum.* i. e. nudam & apertam sententiam ab obscuris rebus non proferendam. *Rectum pedem promovendum.* i. e. recta esse & justa proferenda: *In poculi fundo residuum non relinquendum.* i. e. artes quas cœperis, funditus exhauriendas. *Colubrum intra ædes collapsum, non perimendum.* i. e. hospitem quanquam nocivum perhumaniter tractandum. *Offensâ in vestibulis obscæna vetulâ, non egrediendum.* i. e. res, quarum turpia sunt principia, non esse prosequendas *Noctu in tenebris deambulanti cavendum.* i. e. mortalibus enitendum, ut fuisse in vita videantur. *Sole collucente ignem deferre*

deferre nefas. i. e. rebus claris & perspicuis rationem non adferendam : *Lapidem in fontem jacere scelus.* i. e. In eum qui det operam utilitati publicæ, durum aliquid injicere, scelus. *Pede in Limine illiso, retrocedendum.* i. e quæ in principio sunt noxia, non prosequenda. *Lumen post caput appensum detinere, flagitium.* i. e. industriam & providentiam non in postremis habendam. *Sinistra manu sumere cibum, nefas.* i. e. non nisi recto & legitimo lucro videndum. *In sacrato sepulcro dormitare, periculosum.* i. e. res superis consecratas ad uoluptatem & socordiam non substernendas. *Minuta panis pedibus conculcare turpe.* i. e. quamvis minimam degendæ vitæ rationem non pessundandam. *Egrediendi introeuntique valvas exosculandas.* i. e. initia & fines actionum & institutionum captanda. *Lyram illotis manibus non attingendam.* i.e. purissimum eum, qui dicat, esse oportere. *Sudorem ferro abstergere, tetrum facinus.* i. Labore parta nemini vi eripienda. *In solitudine sine baculo non ambulandum.* i. e. Cum amicis in necessitatibus conferendum & consulendum. *Apud quadrupedem poëma non canendum,* i. e. apud ignaros seria non proferenda.

renda. *Faciem in fluvio non lavandam vel ſpectandam.* i. e. Ex labili re & penitus inſtabili ſpecimen non appetendum. *Hominis veſtigia non eſſe ferro configenda.* i.e. hominis memoriam non eſſe lacerandam. *Integrum faſciculum in igne non eſſe ponendum.* i. e. non una opes omnes in unum diſcrimen ponendas. *Egredienti è laribus ſinciput, redeunti occiput ſcalpendum.* i. e. præcautionem & diligentiam ad res agendas excitandam, his peractis memoriter examinandas. *de Rheda junctis pedibus non exſiliendum.* i. e. de Statu in quo ſis in alium niſi ſenſim tranſeundum. *In Aſtrum nunquam digitum intendendum.* i. e. de ſupremis viris nihil temerè loquendum. *In Arundineto non confabulandum.* i.e. cum leviſſimis hominibus familiaritatem non habendam. *Candelam ad parietem non applicandam.* i. e. tardis & frigidis hominibus ſapientiæ laudes non commodandas. *In nive non ſcribendum.* i. e. Stupidis & mollibus animis nihil committendum. *Vulturem avem in augurio infelicem.* i. e. innocuos homines facile eſſe infelices. *Facilius emori hominem, cui oculi claudantur.* i. e. hominem ipſum ex negligentia facile in miſeriam cadere. *Puerum aut fæminam*

minam stricto vagari gladio, omen malum. i. e. non defuturum malum, si gubernatio ineptis & levibus tradatur hominibus. *Duorum temporum quam maximè habendam curam, matutini & vespertini.* i. e. Eorum quæ acturi sumus & eorum quæ gesserimus. de quo etiam v. *Hieronymum* lib. 3. advers. Ruff. cap 10. hinc est, quod teste *Iamblicho* in vita Pyth. cap. 29. Πυθαγόρειος ἀνὴρ ὀ πρότερον ἐκ τῆς κοίτης ἀνίςατο, ἤ τὰ χθὲς γενόμενα πρότερον ἀναμνησθείη. i. e. *Nullus Pythagoreus prius è lecto surgebat quàm, quæ pridie acta fuerant cum animo recognoverit.* v. & Aurea Carm. hæc de symbolica Philosophia plura qui vult & his similia, legat *Gyraldum* in symbola Pyth. quæ etiam ex Antiquis interpretati sunt *Anaximander Milesius* Junior & *Alexander Polyhistor*, sed eæ interpretationes interciderunt. Ex recentioribus etiam videri poterunt *Erasmus Rott. Ioannes Phorcinus* & ante eos Beroaldus Senior, qui pauca quædam collegit.

CAP. XIX.

Pythagoræ Summum bonum *quod. quæ* aurea carmina *ei inscripta. quæ monita moralia contineant & præcepta, quorum series ordine videri potest.*

Cæte-

CÆtera moralis Philosophia Pythag. jam sequitur, quæ compendio nobis tradatur. De summo *Bono* quid definiverit Pythagoras, tradit Heraclides Ponticus apud *Clem. Alex:* lib. 2 στρωμ. Πυθαγόραν δὲ, inquit, ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ τὴν ἐπιστήμην τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν ψυχῆς εὐδαιμονίαν εἶναι παραδεδωκέναι. i. e. *Pythagoram refert Heraclides Ponticus scientiam perfectionem virtutum animæ tradidisse beatitudinem. Illius* χρύσεα ἔπη feruntur, quorum πατὴρ appellatur apud *Proclum* lib. 3. in Timæum Plat. v. & *Clem. Alex.* lib. 1. Pædag. cap. 10. Licet *Galenus* lib. de cognitione & curatione morborum animi dubitet, an ejus sint, & *Suidas* in voce Pyth. Lysidis esse putat *Laertius*. Vulgò tamen creduntur à Philolao ejus discipulo composita. v. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 31. Ea ab aliis præcipuè *Hierocle Alexandrino* explicata. & à *Theodoro Marcilio* Latinè versa. quæ cum symbolis supra memoratis eò tendebant, ut instituerent ad bene beateque videndum & mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem ducerent. Eorum compendium nobis exhibet *Laertius* in vit. Pythag. Excerpam breviter, quæ ibi & in

dictis carminibus atque ab Hieronymo mo &c. traduntur. sic *Laert.* ὅρκιον εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ διὰ τοῦτο Δία ὅρκιον λέγεσθαι. i. e. *Iustum vim habere jurisjurandi atque ideo Iovem juratorem dici.* Τήν τε ἀρετὴν, ἁρμονίαν εἶναι καὶ τὴν ὑγίειαν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν, καὶ τὸν Θεόν. i. e. *Virtutem harmoniam esse, sanitatem præterea & bonum omne atque Deum.* Φιλίαν τε εἶναι ἐναρμόνιον ἰσότητα. i. e. *Amicitiam itidem esse æquabilem congruentiam.* Ideo inquit *Hieronymus* suprà citatus, *primus authore Timæo amicorum omnia communia dixit amicitiamque æqualitatem.* vid. & *Iamblichum* in vit ejus cap. 19. ubi, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. & addit *Hieron. amicum seipsum esse alterum.* Ideo Pythagorei etiam facultates communes habebant, uti testatur *Iamblichus* in vit. ejus cap. 6. & 30. & amicitiam eo nomine tam serio commendatam voluit discipulis suis, ut plerique etiam de iis, qui sibi amicisque benevolè cupiebant, dicerentur τῶν Πυθαγορείων εἶναι. sic *Iambl.* cap. 3. & cap. 35. in carmine ibi expressò Diis similes atque æquales ducebat amicos &c. pergit *Laertius:* τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ Ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας. i. e. *honores Diis exhibendos, Heroas tamen haud æquo honore ducen-*

ducendos. ſic & in aureis carm: ſed addit Ille; Diis quidem cum laudibus amictuque candido & caſto honores adhibendos, Heroibus v. ex dimidio dici. Eam v. mundiciem expiationibus Lavacriſque atque aſperginibus fieri, vacando à funere & cubili & inquinamento omni, morticiniſque & pollutis carnibus abſtinendo trigliſque ac ſepiis oviſque & quæ ex ovis naſcuntur animalibus fabiſque quoque & cæteris, quæ prohibent, qui in templis myſteria rituſque faciunt; quorum quædam an congruant Indæorum ſacris & inde tracta videantur, quiſque judicet. *Dæmonas* quoque & poſt eos *parentes* honorandos cenſet in Carm. aur. deinde *conſanguineos*, & *amicos*. Etiam *fato* attendi debere. compeſcendum *Somnum* & *iram*. Etiam *Ventrem* & *Venerem*. ubi omne nimium hic reprobat, ut loquitur *Laertius*, neque debere quenquam laborum & ciborum *tranſgredi modum*. Ibique dicitur Pythagoras præcepiſſe ſuis diſcipulis fugiendam carnis ſuperfluam pinguedinem. v. & *Aurea Carm.* ſic & ap. *Iambl.* in vit. ejus cap. 32. profert *Hieronymus* lib. 3. adverſ. Ruff. cap. 10. illud in hunc modum: Φευκτέον παντάπασι καὶ

ἐκ-

ἐκκοπτέον ἀπὸ τῶν πάντων τὸ ἀκρατές. i. e. *à cunctis rebus intemperantia est fuganda & abscindenda.* *Ebrietatem* quoque seorsim perniciem vocavit teste *Laertio.* & Stobæo Sermone 18. μικρὰν μανίαν. i. e. *parvam insaniam.* & μανίας μελέτην. i. e. *insaniæ meditationem.* ubi & additur ratio serm. 5. ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη, αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστι. i. e. *Robur animæ est temperantia, hæc enim animæ passionum expers lumen est.* & serm. 17. præcipit: ῥώμην μεγίστην καὶ πλοῦτον τὴν ἐγκράτειαν κτῆσαι. i. e. *continentiam tibi ut robur ingens opesque parato.* Cum jam ante dixerat: παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ καὶ ἐγκράτειαν. i. e. *nil egregium comparatur, quod non continentiæ labor præcesserit.* & ibidem incontinentiam detestatur: τεθνάναι πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρατίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι. i. e. *Satius est mori quàm per incontinentiam animum obnubilare.* & ab intemperantia morbos oriri docet ap. *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 32. ὅτι νόσοι καὶ ὅσα πάθη σώματος ἀκολασίας ἐστὶ σπέρματα. i. e. *quod morbi & aliæ affectiones intemperantiæ & protervitatum sunt semina.* De rebus *Venereis* sic statuit Pyth. sc. Venerea hyeme, non æstate facienda

 au-

antumno aut vere levius. omni autem tempore esse gravia & ad sanitatem minimè idonea. sic *Laertius* tradit. ubi rogatus Pythagoras quando esset concumbendum? *tunc*, inquit, *cum te ipso infirmior fieri vis*. Apud *Iambl.* in vit. Pyth, cap. 31. dicit rem Veneream ejusque usum esse rem in iis generibus, ἐν οἷς βέλτιόν ἐστιν ἡ ὀψιματία. i. e. *in quibus est potior sera & tarda eruditio*. Pythagorei ut à rebus Venereis abstinuerint, tradit *Clem. Alex.* lib. 3. στρωμ. pag. 435. *Hieronym.* loco cit. De hoc Pyth. præcepto circa ventrem & Venerem versante sic: Φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον ἀσθένειαν τοῦ σώματος καὶ ἀκολασίαν τῆς γαστρός. i. e. *fuganda sunt omnibus modis & abscindenda, languor à corpore & luxuria à Ventre*. & in universum prohibet, ut in carm. aur. τὸ αἰσχρόν. i. e. *turpe*, cujus semper pudere debeat. sic enim apud *Stobæum* pr. ipse dixit: ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑποπτεύου ποιεῖν. i. e. *quæ nefas est facere, nec suspectus habearis quasi facias*. & Serm. 13. τὰ ἁμαρτήματά σου πειρῶ μὴ λόγοις ἐπικαλύπτειν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐλέγχοις. i. e. *Vitia tua ne verbis celare coneris, sed emendare reprehensionibus*. Et οὐκ ἔστιν χαλεπὸν ἁμαρτάνειν, ὡς τὸ ἁμαρτάνοντα μὴ

μὴ ἐξελέγχειν. i. e. *non tam difficile est ipsum peccare, quàm peccantem alium non redarguere*. ibid. Deinde ut animi vitium sit corrigendum: ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον, οὐδὲ ἐπαινούμενον, ὑγιάζεται. οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται. i. e. *ut corporis morbus, si abscondatur, laudeturve, non sanatur: ita animi vitium, cui vel patrocinaris vel obscondis, non emendatur*. ibid. Ideò, ut habet Idem Serm. 14. χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί τε μᾶλλον ἢ τοῖς κολακεύουσιν. i. e. *gaude potius redarguentibus, quàm assentantibus*. porrò in aureis carm. docet justitiam & verbo & sermone colendam. Et ap. eund. Serm. 44. ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλὰ, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. i. e. *fac ea quæ judicaveris esse honesta, etiamsi postquam feceris inglorius futurus sis*. Et Serm. 6. Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει. i. e. *peregrinus vir justus non solum à cive differt, sed & à cognato*. Idem. Serm. 1. οὗτος Θεοῦ νόμος, ἀρετὴν εἶναι τὸ ἰσχυρὸν μόνον. τὰ δὲ ἄλλα λῆρον. i. e. *Hæc est Lex Dei; Virtutem solam esse, quæ potens solidaque sit, cætera omnia nugas & ineptias*. & ex adverso apud eundem Serm. 2. Νόμου θεῖος τὸ φαῦλον ἀνήκοον, διὸ καὶ παρανομεῖ.

i. e. *Legi Divinæ improbitas non obtemperat, ideoque etiam delinquit.* unde ſatis pœnæ habet. Nam κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. i. e. *Vir iniquus plus mali patitur afflictus conſcientia quam ille, qui in corpore caſtigatur & flagris cæditur. ſic apud Stobæum ſerm.* 24. Etiam, ut Serm. 44. οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. i. e. *qui de malis pœnas non ſumunt, bonos affici volunt injuriis.* docet præterea in aureis carm. Pythagoras; non attendum eſſe rationibus quæ non ſtringant nos. cui vicinum eſt quod Hieronymus l. cit. profert; Φευκτέον καὶ ἐκκοπτέον ἀπαιδευσίαν τῆς ψυχῆς. i. e. *fugandam eſſe abſcindendam imperitiam ab animo.* v. & *Iamblichum* in vit. Pyth. Apud illum additur, ipſius eſſe; poſt Deum *Veritatem colendam*, quæ ſola homines proximos Deo facit. Et *Ælian.* l. 12. Var. Hiſt. cap. 59. Πυθαγόρας ἔλεγε, δύο ταῦτα ἐκ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τότε ἀληθεύειν καὶ εὐεργετεῖν, καὶ προσετίθη, ὅτι καὶ ἔοικε τοῖς Θεῶν ἔργοις ἑκάτερον. i. e. *Pythagoras dicebat, hæc duo Divinitùs hominibus data eſſe longè pulcerrimas, veritatem amplecti & aliis*

liis benefacere. & addit, utrumque cum Deorum immortalium operibus comparari posse. Etiam sciri oportere, quod statutum sit hominibus mori, præcipiunt aurea carmina. item Divitias esse instabiles & cuique sortem tenendam & justis hominibus illam parcius dispensari. constantem tamen in ejusmodi casu esse oportere, nec quicquam faciendum, quo quis hic nocens fiat. item prius consultandum quàm faciendum nec quid stultè loquendum aut faciendum, ne posteà facti pœniteat. nil gerendum quod nescimus. discendum semper quæ profutura sunt. quæ cum fiant; jucundissima erit vita. etiam corpus esse curandum. v. & *Stob.* Serm. 99. & invidiam esse vitandam. nimios sumtus etiam vitandos, & avaritiam fugiendam. & modum ubique tenendum, nec quicquam faciendum, quod lædat, vitæ agendæ compendium hoc ponit.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι καὶ μετέπειτα.

Δεινὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ, τέρπου.

Id eſt:

Mollia nec prius admittant tibi lumina ſomnum
Exacta quàm ter reputeris cuncta diei:
Quà prætergreſſus? quæ geſſi? quæ mala omiſſi
Singula percurrens à primo facta, quibus tu
Vel parvis doleas, capias vel gaudia juſtis.

Deinde dicit, quod poſt Tetrada numina precari oportet prius, quàm quid faciamus. & de Divinis rebus & regimine Deorum inquirendum & de mundi natura & hominum. neque angi oportere vana ſpe neque ignorare quicquam. ſciendum, ut homines ſtulti in ſua damna ruant, cum commoda non oculis, non auribus capiant. & ut varia mortales ſors & teneat & premat. contentioni item non concertandum, ſed cedendum. &c. alia vid. in fragmentis metricis Pythagoræ è Porphyrio, Diogene, Euſtatio, Proclo, Juſtino Martyre, Sexto Emp. & Stobæo deſumptis. Adde quæ apud *Hieronym.* lib. 3. adverſus Ruffin. cap. 10. occurrunt.

Φω-

φυγαδευτέον καὶ ἐκκοπτέον πᾶσιν τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας. i. e. *seditionem sc. abscindendam à civitate, à domo discordiam.* v. & *Iamblichum* in vit. Pyth. cap. 7. Apud quem in vit. Pyth. etiam hæc præterea occurrunt: ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν. συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου οὗτος ὁ ὕπνος. i. e. *Vigila mente, cognatus enim veræ mortis talis somnus est.* & : ἰσχύειν τῇ ψυχῇ αἱροῦ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι. i. e. *valere animo præoptes: quàm corpore.* item: πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις. i. e. *persuasum habeas tuas non esse facultates, quas non conclusas animo geras.* item: πρᾶττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα. i. e. *Age res præclaras, nihil magnifici interim promittens.* etiam: ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον. i. e. *Animæ quivis affectus infensissimus saluti ipsius est hostis.* idem *Stobæus* serm. 6. ubi quoque: οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. i. e *nullus liber, qui sibi ipsi non imperat.* Pergit *Iamblich.* τὰ ἐπίπονα, τῶν ἡδέων μᾶλλον ἡγοῦ συντελεῖν εἰς ἀρετήν. i. e. *cum labore conjuncta magis, quàm cum voluptate ducas conferre ad virtutem.* fortitudinem ut commendarit & ipse exercuerit, docet *Iamblichus* in vit. ejus cap. 32. Adjice,

quæ *Stobæus* præter suprà citata habet Serm. 1. ζῆν βίον αἱρεῖσθαι τ̀ ἄριστον. ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. πλοῦτ⊕ ἀσθενὴς ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα. τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαὶ, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα; ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; Φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία. ταύτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει. i. e. *optima nobis vita est eligenda, quàm suavem mox ipsa consuetudo sit effectura. Divitiæ conchora sunt infirma, gloria etiam infirmior; corpus itidem, Magistratus, honores, omnia hæc imbecilla & viribus destituta. Ergo quæ sint anchoræ firmæ? prudentia, magnanimitas, fortitudo; eas nulla tempestas agitat.* & Serm. 3. ἴσχυς καὶ τεῖχ⊕ καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ Φρόνησις. i. e. *Robur & murum & arma sapienti prudentia præstat.* &: ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν Φρόνησιν εἶναι λέγουσιν. Ὀλίγοι δὲ εἰσιν οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῦτο κτήσασθαι ἐντονήσαντες. i. e. *Recordare, quod, cum omnes homines maximum bonum in sapientia situm adserant, tam pauci interim ad possessionem nitantur.* Serm. 5. Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδ⊕ κατακείμενον καὶ θαῤῥεῖν ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. i. e. *satius est humi cubantem vivere & bono animo esse, quàm perturbatum in lecto*

sto aureo. Serm. 13. Ὅμοιον ἀψινθίῳ τὸ δριμὺ καὶ λόγῳ παῤῥησίαν ἐκκόψαι. i. e. *Idem facit, qui absinthii amaritudinem & qui orationis libertatem tollit*. Serm. 19. μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν i. e. *magnam peritiam æstimato, quâ ferre potes aliorum imperitiam*. Serm. 34. δεῖ ἢ σιγᾷν ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν. i. e. *aut oportet silere, aut adferre meliora silentio*. ibid. αἱρετώτερόν σοι ἔστω λίθον εἰκῆ βαλεῖν ἢ λόγον ἀργόν. i. e. *Optabilius tibi sit lapidem temere projicere, quam Sermonem otiosum*. &: μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά. i. e. *Ne multis verbis pauca comprehendas, sed paucis multa*. & Serm. 46. Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας σοι αἰδεῖσθαί σε ἢ φοβεῖσθαι. αἰδοῖ μὲν γὰρ προσέσει σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος. i. e. *magis capere debes ut conversantes tibi revereantur quàm metuant. Reverentiam enim admiratio, timorem odium comitatur*. Serm. 92. Οὔτ' ἵππων χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτων δίχα φρονήσεως δυνατὸν κρατεῖσθαι. i. e. *Nec equum sine freno, neque divitias sine prudentia gubernare licet*. hæc hactenus de Philosophematibus Practicis Pyth. sequitur jam de Eleaticis Philosophis eorumque placitis.

PARTIS PRIMÆ
LIBER TERTIUS
De Philos. Veterum Philosophia.
De Eleaticis Philosophis & eorum Philosophematis.
CAP. I.

Xenophanes *quis & qualis Philosophus.* Eleaticæ *philos. Princeps. quando vixit. ejus peregrinatio & scripta. de Deo & anima quid philosophatus sit. ut Epimenidi Thaleti & Pythagoræ sit adversatus, etiam* Logicæ *cultor.* Parmenides *quis & qualis Philos. scripta ejus. quid de Venere observarit.* Zeno *Eleates, cujus discipulus, quando vixit. error Diogenis chronologicus. qualis Philosophus. quæ scripta ejus. Inventor* Dialecticæ. Leucippus *quis & cujus auditor. Epicureæ philos. author. ideo in Lactantii detestationem incidit.* Democritus *quis. ejus peregrinatio & in ea quæ ejus studia, apud præceptores indigenas & exteros. quæ didicit ap. eos. quantus philosophus inde factus. Democritus ut innotuerit primò ut stultus, deinde ut doctus. quæ prædixit. ejus medicina. qualis Mathematicus ille fuerit. quæ scripserit theoretica & practica. quando vixit.*

X*Enophanes* Colophonius primo Dexii vel Orthomenis fil. Pythagoricus fuit, licet alii velint illum neminem: alii Botonem, alii Archelaum audivisse. Posteà deflexit inde, teste

teste Phavorino apud Diog. Laert. lib. 9. in ejus vita. ἰδίαν τινὰ ὁδὸν πεπορευμένος i. e. *iter quoddam novum ingressus*, ut loquitur Euseb. lib. 1. præp. cap. 5. Platoni in Sophista p. 242. dicitur *Eleaticæ Philosophiæ ratio originem habere à Xenophane & Antiquioribus Philos.* & *Eusebio* lib. 10. præp. Ev. cap. 2. *Eleaticæ sectæ sive Philosophiæ author* ille dicitur. & *Theodoret.* lib. 2. Græc. Aff. cur. Lat. *Gens Philosophorum, qui apud nos Eleatici nominantur à Xenophane atque altius initium ducens &c.* Et lib. 4. pr. *Eleaticæ sectæ Princeps* dicitur Xenoph. Et *Clem.* lib. 1. στρωμ. τῆς Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατάρχει. apud Eundem ibi dicitur vixisse tempore Hieronis Siculi Regis & Epicharmi Philos. & *Laërtio* Anaximandri ætate, qui & tradit in vit. Thalet. quod Thaletem præ cæteris sit miratus. claruisse autem dicitur ab eodem circa sexagesimam Olympiadem. ubi quoque narratur admodum longævus fuisse & sexaginta septem annos à patria peregrinatus, cum tum viginti quinque esset annorum. dicitur scripsisse Elegias & Jambos contra Hesiodum & Homerum, increpans ea quæ de Diis dixerant. fertur que apud *Euseb.* lib. 14. præp. cap. 5.

cap. 5. f. De *æternitate Dei & animæ immortalitate Philosophatus*. Etiam teste Diogene sugillasse Epimenidem. Elegiæ dictæ initium citatur ap. eundem in vit. Pyth. hoc: νῦν δ' αὖ τ' ἄλλον ἔπειμι λόγον, δείξω δὲ κέλευθον. quod v. de illo dixit, sic se habet:

Καί ποτέ μιν συφελιζομένου σκύλακος παριόντα
Φασὶν, ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·
Παῦσαι, μηδὲ ῥάπιζ'. ἐπεὶ ἦ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
Ψυχὴ, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης ἀΐων.

Id est:

Qui Catulum duro miseratus verbere cæsum
Quum (ut fama est) olim præteriisset, ait.
Desine, ne miserum cædas. Nam charus amici
Est animus, quod vox indicat ipsa mihi.

Hic Philosophus ibid. Thaletis ac Pythagoræ, ut suprà, opinionibus contraria sensisse traditur. quod a. Sotion dicat, eum omnia ἀκατάληπτα. i. e. *incomprehensibilia primum dixisse*, fallitur. de placitis hujus infrà dicetur. In universum de Eleaticis Philosophis affirmat *Eusebius* lib. 11. præp. Evang. c. 1. quod *Logicæ* solummodo studuerint.

Parme-

Parmenides Pyretis filius Eleates Theophrasto in Epitome dicitur Anaximandrum audivisse. Sed teste *Eusebio* lib. 1. præp. cap. 5. & lib. 10. cap. 3. Xenophanis auditor. v. & *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. p. 301. & ejus sodalis *Theodor.* lib. 2. Græc. Aff. sed *Laërtius* vult, quod, cum Xenophanis auditor fuerit, secutus tamen illum non sit, sed adjectus Ameniæ & Diochætæ Pythagorico, ut ait Sotion. & hunc secutus ibidem traditur. *Eusebio* lib. 1. præp. cap. 5. fertur primum Xenophanem, deinde oppositam quandam viam sectatus. Hunc Parmenidem magni faciebat Socrates apud *Platonem* in Theæteto pag. 183. ubi & sic de illo: Παρμενίδης μοὶ φαίνεται τὸ τοῦ Ὁμήρου, αἰδοῖός τε μοι εἶναι ἅμα δεινός τε. i. e. *augustus & acer.* & μέγας vocatur *Clementi* lib. 5. στρωμ. pag. 576. Diogenes l. cit. ait, cum carmine expressisse philosophiam suam; sicut & Hesiodus, & Xenophanes & Empedocles. citatur ejus poëma de spe, apud *Clementem* lib. 5. στρωμ. pag. 552. & de duarum viarum forma eodem libr. pag. 576. hujus Parmenidis nomine Plato Dialogum inscripsit vocavitque Parmenidem sive de Ideis. vixisse fertur apud *Laertium* Olymp. XCIX. author
est

est Phavorinus apud eundem, quod primus hic animadverterit Venerem esse Vesperum & Luciferum, licet alii hoc dent Pythagoræ. fertur civibus suas tulisse leges teste Pseusippo in libr. de Philos. diciturque primus sermone interrogasse Achillem, ut ap eundem *Laert.* Phavorinus asserit. nec hic fuit orator, ut ille, qui artem oratoriam narratur scripsisse.

Zeno Eleates, teste Apollodoro in Chron. Pyrrheti filius. Parmenidis discipulus traditur fuisse à *Laertio* lib. 9. in ejus vit. qui sic: Ὁ δὴ Ζήνων διακήκοε Παρμενίδε καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικά. i. e. *Parmenidis auditor fuit & pædica.* & lib. 8. in vita Empedocl. refert authoritate Alcidamantis, eodem tempore Zenonem & Empedoclem unà audivisse Parmenidem. vid. & *Clem.* lib. 1 στρωμ. pag. 301. floruit juxtà Diog. circiter sexagesimam olympiadem. ubi miror, quod dicat Parmenidem (quem dixerat xcix. Olymp. uixisse) Zenonis Præceptorem fuisse, quod stare hic non potest. porrò de eo qualis fuerit, Idem *Diogenes* l. cit. γέγονε δὲ ἀνὴρ γενναιότατος καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ. i. e. *fuit & in Philosophia & in Republ. vir sanè nobilissimus.* Et posteà, γέγονε δὲ τά τε

ἄλλα

ἄλλα ἀγαθὸς ὁ Ζήνων ἀλλὰ καὶ ὑπεροπτικὸς τῶν μειζόνων, καθ' ἴσον Ἡρακλείτῳ. i. e. *Præclarus & in cæteris fuit Zeno Majorumque non ſecus atque Heraclitus quadam animi altudine contemptor*. ejus ſcripta qualia fuerint ibid. Φέρεται γοῦν αὐτῷ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα. i. e. *feruntur ipſius volumina ſapientiæ pleniſſima*. traditur ab eodem fuiſſe inventor *Dialecticæ*, ſicut Empedocles Rhetoricæ. etiam à quibuſdam fertur Achillem primus oratione compellaſſe. plura de eo vid. apud *Laertium*.

Leucippus Eleates ſive juxtà alios Abdirites, ſive Mileſius, eodem *Laertio* teſte in vit. ejus, Zenonis auditor ipſique (ut eſt in proœmio) ſucceſſiſſe in Schola dicitur; ſic etiam *Clem. Alex.* lib. 1. ςρωμ. pag. 301. Hic primus fundamenta Philoſophiæ Epicureæ jecit, quod ſic *Lactantius* lib. 3. de falſ. ſapient. 17. *Cur illa nemo præter unum Leucippum ſomniavit? à quo Democritus eruditus hæreditatem ſtultitiæ reliquit Epicuro* & lib. de ira cap. 10. ipſum ſic inceſſit: *An ſolus Leucippus oculos habuit? ſolus mentem? qui profectò ſolus omnium cæcus & excors fuit, qui ea loqueretur, quæ nec æger quiſquam delirare, nec dormiens poſſit Somniare*. de placitis e-

jus

jus deinceps. *Democritus* Hegesistrati sive juxtà alios Athenocriti vel certè Damasippi filius, Milesius fuit & aliis Abderita. qui omnino distinguendus est à reliquis quinque Democritis *Laertio* in vita ejus memoratis; Qui idem refert authoritate Herodoti. quod puer apud Magos & Chaldæos sit hospitatus. οὗτος, inquit, Μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος. i. e. *Magos quosdam & Chaldæos audivit Xerxe Rege qui patri illius præceptores reliquerat.* & addit quid didicerit: Παρ' ὧν τάτε περὶ Θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν, ἔτι παῖς ὤν. i. e. *A quibus & Theologiam & Astrologiam didicit adhuc puer.* Posteà dicitur Leucippum convenisse & secundum quosdam Anaxagoram ἔτεσι, inquit *Laertius*, ὢν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα, *cum annis XL. junior, quàm ille esset.* quod ultimum de Anax. non admittit ille. cum è Phavorino testatur Democritum ejus opiniones improbasse. quomodò deinceps non contentus patriæ suæ sapientia ad exemplum magni illius Pythagoræ ulterius peregrinatum ivit, refert è testimoniis Demetrii & Antisthenis, sc: in Ægyptum ad Sa-

Sacerdotes Geometriam percepturus, & in Persidem ad Chaldæos. additque non defuisse, qui dixerint & Gymnosophistis in India congressum esse atque in Æthiopiam venisse. vid. *Euseb.* lib. 10. præp. cap. 2. *Ælianus* lib 4. var. Hist. cap. 20. caussam & rationem, ob quam peregrinatus est sic tradit: Δημόκειτον τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει τά τε ἄλλα γενέσθαι σοφὸν καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν καὶ ἐν ἔργῳ θέσθαι σφόδρα πάνυ τοῦτο, διὰ ταῦτά τοι καὶ πολλὴν ἐπήει γῆν, ἧκεν οὖν καὶ πρὸς τοὺς Χαλδαίους καὶ εἰς Βαβυλῶνα καὶ πρὸς τοὺς Μάγους καὶ τοὺς σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν. i. e. *Democritum Abderitam fama est tum in aliis singulari fuisse Sapientia, tum in hoc, quod ignorari & Latere cupiebat atque in eam curam diligenter incubuisse. Ideo multas terras adibat, & perveniebat ad Chaldæos atque in Babylonem & ad Magos & ad Sophistas Indos.* v. *Plin.* lib. 30. cap. 1. ubi dicitur paragrasse Persidem, Arabiam, Æthiopiam, & ad Ægypti Magos venisse. apud quos quamdiu sit commoratus, etiam refert *Eusebius* lib. 10. præp. Evangel. cap. 2. ubi recitat verba è *Diodoro* Siculo desumpta lib. 1. cap. 99. ὑπολαμβάνουσι, inquit, καὶ Δημόκειτον παρ᾽ αὐτοῖς Sc. Αἰγυπτίοις ἔ-

τῇ διατρίψαι πέντε. i. e. *Existimant Democritum apud Ægyptios per quinquennium diversatum fuisse.* Et cum *Laertius* dixerat, eum ibidem Geometiam didicisse, hic ait in seq. καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατ' ἀστρολογίαν. i. e. *& in multis, quæ Spectabant Astrologiam edoctum esse. Plinius* lib. 25. cap. 2. ideo dicit peregrinatum, ut de *herbis* cognosceret. unde ut medicinam expresserit, infrà memorabo. de tempore peregrinationis & quid in ea quoque hauserit ipse Democritus loquens inducitur. Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστην γῆν ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα καὶ ἀέρας τε καὶ γαίας πλείστας εἶδον καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπήκουσα καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξεως. οὐδείς κώ με παρήλλαξεν, οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἀρσεπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγενήθην. i. e. *Ego multò plures quàm cæteri homines, qui modò sunt, regiones peragravi, multas urbes vidi, Sapientes v. audivi. nec quisquam me in demonstratione Linearum superare potuit, ne quidem ipsi, qui Arsepedonaptæ dicuntur. Octuaginta enim annos longè à patria sc. disciplinarum amore abfui.* apud *Clem.* lib. 1. στρωμ. pag. 304. Antequam peregrinaretur narrante

rante *Laërtio*, cum tertius esset frater dicitur divisisse substantiam, minoremque portionem, quæ erat in pecunia, sibi elegisse, qua illi in peregrinatione opus erat. Sic etiam *Ælianus* var. Hist. lib.4. cap. 20. & *Valer. Max.* lib.8. cap.8. Demetrius ibidem author est, ipsius partem centum talenta excessisse, eumque illa brevi consumpsisse. quàm studiosus fuerit, utque Athenas venerit & colloquium cum Socrate de Philosophia habuerit, tradit in seq. Etiam à Thrasullo quinque certaminum victori similis dicebatur. καὶ, inquit *Diogenes*, ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος. τὰ γὰρ φυσικὰ, καὶ τὰ ἠθικὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. i. e. *Et erat reverâ in Philosophia* πένταθλος. i.e. *quinque certaminum. Nam naturalia, moralia, mathematica, liberalium disciplinarum rationes, artiumque omnium peritiam habebat. Apulejus* in Apolog. Democritum vocat *rerum naturæ Patronum* & Seneca de brevit. vitæ cap. 14. *Antistitem bonorum artium.* ut non immeritò illum Abderitæ, ut est ap. *Ælianum* l. cit. appellarint *Philosophiam.* v. *Lucian.* in Macrob. & apud *Laert.* lauda-

 tur

tur ceu optimus Philoſophorum, ubi nominatur σοφὸς, παντοδαὴς. i. e. *Sapiens & omnia faciens.* & à Timone ſequenti verſu:

Οἷον Δημόκριτόντε περίφρονα, ποιμένα μύθων,
Ἀμφίνοον λέσχην, ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

Id eſt:

Qualis erat prudens Democritus, author amœni
Sermonis, lepidique joci, imprimiſque facetus.

Cui vicinum eſt, quod *Ælianus* de eo prodit l. cit. Κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ Γελάσινον αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. i. e. *Democritus omnes deridebat, & ajebat eos inſanire, unde etiam Gelaſinum i. riſorem eum cives appellarunt.* ubi & legere eſt, quomodo Hippocrates primo congreſſu Democritum tanquam ſtultum cenſuerit, cum ſic ei curandus ab Aberitanis & commentus & traditus eſſet. ut docent Epiſtolæ inter Abderit. & Hippocrat. communicatæ. ſed poſtquam familiaritas interceſſit, mirum in modum admiratus ſit illius ſapientiam, ut apparet abunde ex E-

piſtola

piſtola Hippocratis ad Damagetum. & cum Doricus eſſet Hipp. etiam in gratiam ipſius libros ſuos Ionica lingua ſcripſerit. Solitarius plerumque egit hic Philoſophus, ut præter *Ælianum* teſtatur *Laertius*, quo fortius intentiones ſuas figeret: δοκιμάζειν τὰς φαντασίας ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων. i.e. *in deſertis quandoque & ſepulchris habitans. Etiam hic & Pythagoras primi in noſtro orbe celebravere magiam conſectati magos*, inquit *Plinius* lib. 24. cap. 17. & cap. 13. dicitur *Magorum ſtudioſiſſimus*. v. & lib. 28. cap 8. ubi *Sagax vir nominatur & vitæ utiliſſimus nimio mortales juvandi ſtudio prolapſus*. & ut per prædictiones ſapiens ſit dictus & honoribus elatus, docent authores. *Lucianus* ἐν μακροβίοις. Δημόκριτος, inquit, ἐκ τοῦ τῶν μεταρσίων παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων σοφία ἐπωνομάσθη. i. e. *Democritus quod ex ſublimium rerum obſervatione multa prædiceret cognomen Sapientiæ invenit*. v. *Plin.* lib. 18. cap. 35. Et *Laertius*. ὡς προειπὼν τινὰ τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἠξιώθη. i. e. *Vbi verò futura quædam prædixerat ſequenſque rerum eventus fidem fecerat, Divinis jam honoribus dignus à pleriſque judicatus eſt*. v.

Clementem Alex. lib. 6. στρωματ. pag. 631. apud quem lib. 1. στρωμ. pag. 81. quod dixit de ſapientia, ſic refertur. Ἰατρικὴ μὲν γὰρ κατὰ Δημόκριτον σώματος νόσους ἀκέεται. σοφίη δὲ ψυχὴν παθῶν ἀφαιρεῖται. i. e. *Medicina medetur corporis morbis. Sapientia autem liberat animum à perturbationibus. Valerio* lib. 8. cap. 8. dicitur *omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam contuliſſe.* & add. *Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ.* Et extat apud Hippocratem ſect. 8. Epiſtola Democriti ad eum ſcripta de natura humana, unde præcedentia ſic recites: Χρὴ πάντας ἀνθρώπους ἰατρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι ὦ Ἱππόκρατες. καλὸν γὰρ ἅμα καὶ ξυμφέρον εἰς τὸν βίον τούτων δὲ μάλιστα τὰς παιδείας καὶ λόγων ἴδριας γεγεννημένους. ἰσροέην σοφίης γὰρ δοκέω τὴν Ἰητρικὴς ἀδελφὴν καὶ ξυνοικον. σοφίη μὲν γὰρ ψυχὴν ἀναρύεται παθῶν. i. e. *omnes artem Medicam noſſe convenit ô Hippocrates. cum præclara ſimul res ſit & ad vitam conducibilis. tum v. vel maximè eruditionis & eloquentiæ peritis. Sapientiæ enim cognitionem Medicinæ ſororem & familiarem, eſſe duco.* fuit hic Democritus *Botanicus Medicus & Anatomicus* præter quod referunt de ejus Philoſophia. *Petronius* in Satyri-

eo pag. edit. Lotich. 22. *Ita, Hercules, omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit: & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit.* hodie ſic appellandus eſſet *deſtillator*. unde etiam diſcere eſt ipſum conquiſiviſſe ſibi vegetabilium & mineralium ſummam cognitionem. quantus fuerit *Anatomicus* ſatis docet epiſtola ejus ad Hippocratem ſuprà citata, qua corporis humani deſcriptionem peritiſſimè exhibet. De Medicina ex animalibus ſumpta à Democrito v. *Plin.* lib. 14. cap. 2. Etiam teſte *Strabone* lib. 1. idem hic Democritus dicitur inter primos fuiſſe, qui *Geographiam* attingere auſi ſunt. qualis Mathematicus fuerit & Aſtronomus, ſpeciatim infrà è libris ejus pateſcet. & affirmat *Laertius* in vita ejus, quod Διάκοσμον majorem & minorem, in quo agebat de concinno mundi ordine ſive de harmonica corporum naturalium digeſtione fecerit. commentaria ejus, uti aſſerit Ariſtoxenus apud Diogenem, Plato voluit comburere. Verum ab Amycla & Clinia Pythagoricis prohibitus eſt. ejus libros & Thraſyllus notavit & in ordinem digeſſit ſecundum Platonis modum. breviter tradamus eos

è *Laertio*. Morales ſunt: Pythagoras, de affectu ſapientis. de his, qui ſunt apud inferos. Tritogenia, (hoc eſt, quod ex ea tria fiant, quæ humana cuncta contineant) de probitate ſeu de virtute, de copiæ cornu, de ſedatione animi, commentariorum vel domorum. de libr. moral. *Clem*. lib. 1. στρωμ. pag. 303. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται. λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. i. e. *Democritus morales libros ſcripſit Babylonicos. Dicitur enim Acicari, quam eſt interpretatus columnam*, ſuis ſcriptis *adjunxiſſe*. Porrò libros *naturales* facit Diogenes, Magnum Diacoſmum, quàm Theophraſtus Leucippi eſſe ait, & Parvum: Coſmographiam, de ſideribus vagis; de natura unum, de natura hominis ſive de carne duos, de mente, de ſenſibus. quibus adſcribuntur de anima, de liquoribus, de coloribus, de differentibus fragoribus, περὶ ἀμειψιρρυσμιῶν κρατυντήρια. h. e. judicium ferentia de ſupradictis. de imagine ſive de providentia, de peſtibus normæ, ά β′ γ′ ἀπορρημάτων, ambiguorum. *Incompoſiti* libri ſeq. cæleſtes cauſæ, aëriæ cauſæ, planæ cauſæ. de igne & quæ ſunt

in

in igne caufæ, caufæ de vocibus, de feminibus, arboribus, fructibus. caufæ de animalibus tres. promifcuæ caufæ, de lapide. *Mathematici* hi: De fententiæ differentiis. de contactu circuli & fphæræ, de Geometria & Geometricorum numeris, de mutis & folidis lineis duo libr. explicationes, magnus annus five Aftronomia, παράπηγμα, certamen clepfydræ, cæli defcripto, terræ defcriptio. De *Mufica* feq. hi: de concentu & harmonia, de Poëfi, de carminis venuftate, de confonis & diffonis rebus, de Homero five verfuum rectitudine & linguis, de carmine, de verbis & nominibus. de *Medicinæ* hi libri & de his, quæ fub artem cadunt. prænotio. de ratione victus five *Medicinæ* fententia. caufæ de intempeftivis, de tempeftivis, de Agricultura five Geometricus, de pictura, de Re militari & armis. de febre, de his qui morbo tuffi agitantur. Democriti quoque opus effe dicit de herbarum viribus *Plinius* lib. 25. cap. 2. Idem lib. 28. cap. 1. *de Medicina ex animalibus fumpta miræ commentationes Democriti.* funt & qui feorfim & commentariis feq. conftituunt. de Sacris in Babylone literis (forfan iidem

qui suprà memorati) de his, quæ sunt in Meroë, Oceani navigatio. de historia Chaldaïca & Phrygia; Legales causæ, Chernica sive problemata. Prætereà dicit *Plinius* lib. 24. cap. 17. Democriti esse *Socineta* i. e. libri hoc nomen sic dicti, quod assiduè manibus tractari debeat. Idem lib. 28. cap. 8.) refert Democritum scripsisse librum de Chamæleonte. in quo mira & indigna illo animalculo & Philosopho narrat, ut ostendit *Gell.* lib. 10. c. 12. Adde superioribus quæ tradit *Plinius* lib. 14. cap. 2. *Quod vitium genera mundo comprehendi posse unus existimavit. Democritus cuncta sibi Græciæ cognita professus*: vixisse autem perhibetur LXXX. Olympiade juxtà Apollodorum in Chron. vel secundum Trasyllum LXXVII. anno major natu quàm Socrates & ætate Archelai suprà memorati, item Protagoræ Abderitæ, qui Socrati σύγχρονος fuit. hæc de illo.

CAP. II.

Doctrina *qualis, ut eam prævia* fides. *quis* Sapiens. *de* Deo *quid senserint Xenophanes, Parmenides & Democritus.* principia *rerum quæ statuit Leucippus, Democritus & Zeno.* quot Elementa *Xenophanes, Parmenides, & Democritus & quæ fecerunt. de* Natura *quid Zeno. de rebus* incorruptibilibus *&* corruptibilibus *quid Democritus & Xenophanes. quo-*

corru-

modo fiant corpora *per* actionem *&* passionem *Democriti sententia.* item *Leucippi de* motu *quid Democrit. & Zeno. plures esse* mundos, *Xenophanis Leucippi & Democriti opinio est.item Zenonis.* mundum *esse* æternum *Xenophanis est & Parmenidis.* universum *esse* infinitum, *Leucippi & Parmenidis est. & Illius esse*, inane. immobile *&* stabile, *Parmenidis & Melissi.* vacuum *in mundo esse Leucippi & Democriti est. Zeno negat illud. de* corporum mundanorum originibus *Leucippus. de forma* mundi *quid Democritus & Parmenides. de* ordine corporum mundanorum *Democritus. de ortu* Solis *Xenophanes & Democritus. de ejus natura Parmenides & Democritus & Xenophanes. de* figura & defectu Solis *Leucippus & Democritus. ibid. multos esse* Soles. Sol *unde lumen habeat*, Leucippus. *de* stellarum *natura*, *Xenoph. Leucippus Democrit. de* Luna *quid Xenophanes Democrit. & Leucipp.* Venere. *de* circulo Lacteo *quid Parmenides & Democritus. de* cometis *quid Democrit. & Xenophanes. de* Castoribus *idem. de* terra *quid* Leucippus *Xenoph. Democrit. &* Parmenides. *de* nubibus *quid Xenophanes. de* Nilo *&* Etesiis *quid Democrit.* &c.

NOn abs re censuit *Democritus*, ut est apud *Theodoretum* lib. 4. de cur. Gr. Aff. Optimam esse *doctrinam* naturæque perquàm similem. quà transformantur animæ atque in melius diriguntur & notæ illæ, quas ab initio natura nobis inseruit, quasi vetustate abolitæ renovantur. quam sic intrare animam per *fidem* præviam in veritate admittenda earum rerum, quæ solo intellectu percipiuntur, voluit *Parme-*

solo

nides ap. eund. lib. 1. de cur. Græc. Aff. Quò tandem homo *Sapiens* fieri posset, quem Xenophanes apud *Laertium* in ejus vita definivit τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. i. e. *qui novit explorare Sapientem.* quod nescio an expresserint satis, cum *Deum* ipsum (omnis sapientiæ fontem) quærere & agnoscere annisi sunt illi Philosophi. Quorum *Xenophanes* teste *Cicerone* lib. 1. de nat. Deorum *mente adjuncta, omne prætereà, quod esset infinitum Deum voluit esse.* v. *Aristotel.* lib. 1. Metaphys. cap. 5. & Epiphanium de fid. Eccles. Cath. idem Philosoph. apud *Laertium* in ejus vita dicit: οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ. ὅλον δὲ ὁρᾶν καὶ ὅλον ἀκούειν, μὴ μέντοι ἀναπνεῖν. σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν, καὶ ἀΐδιον. i. e. *Dei substantiam rotundam esse & globosam nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere, totum audire, non tamen respirare, simulque esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem.* Et *Parmenides* affirmat apud *Eusebium* lib. 1. Præp. Ev. cap. 5. si quid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem esse in rebus, & sic ens ingenitum sibi relinquit. Idem lib. 14. c. 5. Locutus de Antiquis Philosophis etiam de Democri-

mocrito & Empedocle ait: Τοιαύτη δὲ αὐτῶν καὶ ἡ περὶ ἀρχῶν δόξα, οὐ θεὸν, οὐ ποιητὴν, οὐ δημιουργὸν, οὐδέ τι τῶν ὅλων αἴτιον ἀποφήνασθαι, οὐδὲ μὴν Θεοὺς, οὐδ᾽ ἀσωμάτους δυνάμεις, οὐ νοερὰς φύσεις, οὐ λογικὰς οὐσίας, οὐδ᾽ ὅλως τι τῶν ἐκτὸς αἰσθήσεως ἐν ἀρχαῖς ὑποθεμένων. i. e. *Ista sunt de principiis illorum opiniones. Qui non Deum, creatorem, factorem neque quid omnium causam ostendi, nec Deus omninò neque incorporeas virtutes neque intelligentes naturas, neque rationales essentias neque omnino quid, quod supra sensum in principiis statuunt.* De *Democrito* Speciatim *Cicero* lib. 1. de nat. Deor. *Democritus imagines earumque circuitus in Deorum numero refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat tum scientiam intelligentiamque nostram.* vid. *Theodoret.* lib.2. de curat. Gr. Aff. Apud *Eusebium* lib.14. pr. Ev. cap.6. mundi animam ait esse *Deum* & eum pilæ igneæ formam possidere. *Plut.* lib. 1. de pl. Phil. cap. 7. *Democritus Deum in igne globoso mundi animam statuit.* Providentiam tamen Divinam negasse eum testatur *Plutarchus* lib.2. de placit. Phil. cap.3. aliter *Theodoret.* lib. 6. de curat. Græc. affect. apud quem dicitur providentiam occul-

tam

tam humanæ rationi causam fecisse. &, ut habet *Laertius* lib. 8. in vita ejus. Statuisse, quod cuncta secundum necessitatem fiant. Sed quomodo, ille addit: τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει. i. e. *cum sit vertigo causa generationis omnium; quam necessitatem dicit.* *Euseb.* lib. 1. cap. 5. dicit esse Democriti: ἄνωθεν ὅλως ἐξ ἀπείρου χρόνου προκατέχεσθαι τῇ ἀνάγκῃ πάντα ἁπλῶς τὰ γεγονότα καὶ ὄντα καὶ ἐσόμενα. i. e. *Sursum prorsus ex infinito tempore cuncta, quæ fiunt, quæ facta sunt, quæque futura sunt necessitate prædestinata fuisse.* Hujus Phil. & Pharmenidis sententiam jungit *Plutarch.* lib. 1. de pl. Phil. cap. 25. ubi Parmenides & Democritis (ajunt) omnia fieri ex necessitate: eandem esse fatum, justitiam providentiam, mundi effectricem. & hujus esse dicit, cap. 26. quod renisus, latio & percussio materiæ sit natura sive substantia fati. *Theodoretus* lib. 6. de curat. Gr. Aff. ait, quod Parmenides *necessitatem etiam Dæmonem, justitiam & providentiam* appellaverit. *Principia* rerum duo statuit Leucippus, *plenum* & *inane*, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν ap. *Clem. Alex.* in admonit. ad Gentes pag. 43. sic *Laertius* lib. 9. in ejus vita.

vita. ἤρεσκε δὲ αὐτῷ, ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν. τό, τε πᾶν εἶναι κενὸν καὶ πλῆρες σωμάτων. i. e. *Placebat illi infinita esse omnia, & in se ipsa commutari, atque universum illud inane esse plenumque corporibus.* His species addit Democritus sic loco cit. *Clemens* : τῷ πλήρει καὶ τῷ κενῷ προσέθηκε λαβὼν τούτοιν τοῖν δυεῖν τὰ εἴδωλα ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος. i. e. *Ab his sc. Leucippo & Metrodoro duobus mutuata adjecit simulachra seu rerum species Democritus Abderitanus.* Qui principia faciebat atomos atque inane, teste *Laertio* lib. 9. in ejus vit. ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων ἀτόμους καὶ κενόν. τὰ δ' ἄλλα πάντα νενομίσθαι δοξάζεσθαι. i. e. *principia omnium esse atomos atque inane, cætera omnia legitimum esse, opinari.* quam sententiam etiam Leucippo tribuit Aristoteles lib. 3. de cœlo cap. 7. Λεύκιππός τε καὶ, inquit, Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης πᾶσι εἶναι τὰ πρῶτα μεγέθη, πλήθει μὲν ἄπειρα μεγέθει δὲ ἀδιαίρετα καὶ οὔτε ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίγνεσθαι, οὔτε ἐκ πολλῶν ἕν. ἀλλὰ τῇ τούτων συμπλοκῇ καὶ περιπλήξει πάντα γεννᾶσθαι. i. e. *Leucippus & Democritus Abderites primas magnitudines multitudine quidem infinitas, magnitudine autem indivisibiles dicunt. Et*

neque

neque ex una multa fieri, neque ex multis unum, sed harum complexione & mutatione omnia generari. verò Plutarch. etiam *Zeno Eleates* diversa rerum principia dicitur fecisse apud *Theodoretum* lib. 2. de curat. Græc. Aff. & apud *Laertium* in vit. Leucippi, primum *Attomos*, principia subjecisse. Licet Democritus dicatur plurima ejusdem generis in peregrinatione sua didicisse. & nominatim Moschus Phænix atomorum author traditur à *Sext. Empirico.* contra Math. pag. 367. de Democrit. vid. præterea *Euseb.* lib. 14. Præp. Evang. cap. 5. & *Theodoret.* lib. 2. de cur. Gr. Aff. ubi infinitum omne dicitur asseruisse & ingenitum: Et juxtà *Aristotelem* lib. 1. de Gen. & corr. Leucippus plures materias πλείω τὴν ὕλην adstruxisse: & ἄπειρα στοιχεῖα i. e. *infinita elementa* cum Democrito rebus dedisse. qui & ibidem ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων τἄλλα συγκεῖσθαι. i. e. *ex indivisibilibus corporibus componi cætera.* sic *Laertius* in Democrit. καὶ τὰς ἀτόμους ἀπείρους εἶναι κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος. φέρεσθαι δ' ἐν ὅλῳ δινουμένας, καὶ οὕτω πάντα, τὰ σύγκριμα γεννᾶν, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. εἶναι γὰρ καὶ ταῦτα ἐξ ἀτόμων τινῶν συστήματα, ἅπερ

εἶναι

εἶναι ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτα διὰ τὴν στερρότητα. i. e. *Atomos præterea & magnitudine & numero esse infinitas ferrique in toto ac rotari, atque ita concretiones omnes gignere, ignem, aquam, aërem, terram. Quippe & hæc ex atomis quibusdam constare, esseque & passioni & immutationi ob firmitatem ac soliditatem minimè obnoxia.* Igitur ille Atomos elementorum elementa esse esse voluit, ut exponit *Plut.* lib. 1. de pl. Phil cap. 17. Licet iis malè Divinitatem tribuerit juxtà *Ciceron.* lib. 1. de nat. Deor. cap. 28. totidem Elem. i. quatuor etiam fecit Xenophanes teste *Laertio* lib. 9. in ejus vit. Φησὶ, inquit, δὲ τέτταρα εἶναι τῶν ὄντων στοιχεῖα. i. e. *quatuor esse omnium rerum elementa. Parmenides* ap. eundem in vit. ejus fertur statuisse, δύο εἶναι στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆν. i. e. *duo esse elementa, ignem & terram.* καὶ τὰ μὲν, δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν, τὴν δὲ, ὕλης. i. e. *illum opificis, hanc materiæ tenere ordinem.* v. *Theodoret.* lib. 4. Gr. Aff. Idem ap. *Laertium* dicit è sole ut frigido & calido omnia constare. *Democritus* ap. eundem in vit. Pyth. dicitur τὰς ποιότητας ἐκβαλών, ἵνα, φησὶ, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν. i. e. *exclusis qualitatibus ait lege calidum aut lege frigidum. Democritus*

critus cum voluit ex atomis reliqua quatuor elementa constare, etiam cum suis illa ad rerum naturam producendam dixit misceri invicem, ut est apud *Plutarch.* lib. 1. de pl. Phil. cap. 17. Naturam autem omnium rerum constare ex calido & frigido, arido & humido, volebat *Zeno Eleates*, teste *Laertio* in ejus vita. sic, ut dixerit *Democritus* ex nihilo nihil fieri, neque in id quod non est, corrumpi. & *Xenophanes* primus definiverit, omne quod fiat, corruptioni esse obnoxium, apud *Laertium* lib. IX. in ejus vit. cui contrarium esse videtur, quod teste *Theodoreto* lib. 4. de cur. Gr. Aff. asseruisset, sc: *perpetuum esse omne, quod videmus & cuncta é terra constare.* quomodo autem ab agentibus causis formantur corpora, dixit Democritus, teste *Aristotele* lib. 1. cap. 7. de Gen. & corr. quod agens & patiens idem sint ac simile, τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ὅμοιον, τότε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. de modo agendi, v. lib. 1. cap. 1. Quamvis Empedocles dixerit agens per poros corporis patientis ingredi. μίγνυσθαί φασι ὅσων οἱ πόροι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶ, *Leucippus & Democritus* melius de eo sensisse ipsi dicuntur & ex principiis naturæ. ubi refutatur *& Parmenides*

menides cauſam è vacuo arceſſens. *Motui* Democritus unum genus dedit i. e. obliquum, ap. *Plutarch.* lib. 1. de pl. Phil. cap. 23. *Zeno*, ut ait *Laertius* in vit. Pyrrhonis, *Motum* tollit, τὴν κίνησιν ἀφαιρεῖ: dicens τὸ κινούμενον οὔτε ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται οὔτε ἐν ᾧ μὴ ἔστι. i. e. *Omne quod movetur, neque in quo eſt loco movetur, neque in quo non eſt. Mundos* eſſe multos ac infinitos opinati ſunt *Xenophanes*, *Leucippus* & *Democritus.* teſtibus *Plutarcho* lib. 1. de placit. Phil. cap. 1. & *Theodoret.* lib. 4. de cur. Gr. Aff. v. & *Laertium* lib. 9. in eor. vit. ſic etiam *Zeno* Eleat. ap. eundem. æternum etiam univerſum ſtatuebant. ſic *Xenophanes* ap. *Theodoretum* lib. 4. Gr. Aff. ait: *omne quod oculis intuemur unum eſſe prorſus atque immobile, orbiculari forma, finitum, nequaquam genitum.* Licet poſteà ſui oblitus, è terra omnia conſtare dicat. v. & *Euſeb.* lib. 1. præp. cap. 5. ubi dicitur οὔτε γένεσιν, οὔτε φθορὰν ἀπολείπει, ἀλλὰ λέγει τὸ πᾶν ἀεὶ ὅμοιον. i. e. *neque generationem neque corruptionem relinquit, ſed eſſe dicit univerſum ſemper ſimile.* quæ tantum de futuro dici videntur, εἰ γὰρ, inquit, γένοιτο τοῦτό φησιν, ἀναγκαῖον πρὸ τούτων μὴ εἶναι. τὸ μὴ ὂν δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, οὐδ' ἂν τὸ

 μὴ

μὴ ὂν ποιῆσαι τι, οὔτε ὑπὸ τοῦ μὴ ὄντος γένοιτ' ἄν τι. i. e. *Nam si aliquid*, inquit, *generatur*, *non id fuisse anteà necessum est*, *quod autem non est*, *id gigni non posse. nam neque non ens facere aliquid*, *neque à non ente fieri aliquid posse.* quæ verba videntur spectare æternitatem mundi à priori consideratam. v. etiam *Plutarch.* lib. 2. de plac. Phil. cap. 3. *Parmenides* etiam apud *Eusebium* lib. 1. præp. Ev. cap. 5. Censet sempiternum atque immobile esse universum, quod est ens secundum veritatem rerum. Solum enim esse simplex & intrepidum & ingenitum. ἀΐδιον μὲν γὰρ τὸ πᾶν, καὶ ἀκίνητον ἀποφαίνεται καὶ κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. εἶναι γὰρ αὐτὸ μόνον, μονογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀγέννητον. v. & *Theodoret.* lib. 4. de Cur. Gr. Aff. qui sic: Parmenides Xenophanis auditor consona illis scripsit, quæ prius è *Xenophane* prodita sunt. Illius enim versum hunc esse ajunt.

Μοῦνον, μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀγένητον. v. *Euseb.* lib. 14. cap. 1. de præp. Evang. universum esse *infinitum* dixit *Leucippus* ap. *Laërtium* lib. 9. in ejus vit. sic etiam *Parmenides* teste Theodoreto lib. 4. de curat. Gr. Aff. *Leucipp.* etiam referente illo Diogene

gene universum esse *Inane* voluit, quamvis plenum sit corporibus. Immobile & stabile universum statuebant *Parmenides* & *Melissus* ap. *Platonem* in Theæteto p. ed. Serr. 180. ὡς ἕν τε πάντα ἐστὶ καὶ ἕστηκεν αὐτὸ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἔχον χώραν ἐν ᾗ κινεῖται. i. e. *unum omnia sunt & id ipsum in se ipso consistit, nullum habens locum in quo moveatur.* Sic *vacuum* mundo cum Leucippo etiam Democritus dedit, teste *Aristotele* lib. 1. de cælo cap. 8. §. 73. v. *Clem. Alex.* lib. in admonit. ad Gentes. pag. 43. & *Theodoreto* lib. 4. de Cur. Gr. Aff. & in vacuo moveri corpora mundana dixit *Democritus*. vid. *Laertium* in vit. Pyrrh. lib. 9. & sic testatur *Eusebius* lib. 14. præp. Evang. cap. 2. idem de eo & Leucippo *Aristol.* lib. 3. de cælo cap. 3. §. 4. *Zeno* Eleat. plane dari vacuum negavit, ut testatur *Laertius* lib. 9. in ejus vita. sententiam *Leucippi* de mundorum (quos ille statuit) origine tradit *Laertius* in ejus vit. hunc in modum: τοὺς κόσμους γίνεσθαι σωμάτων εἰς τὸ κενὸν ἐμπιπτόντων καὶ ἀλλήλοις περιπλεκομένων. i. e. *mundos fieri corporibus in hoc inane incidentibus & in se invicem complicatis.* & posteà ex elementis eos fieri. κόσμους τε ἐκ τούτων ἀπείρους εἶναι καὶ

διαλύεσθαι εἰς ταῦτα. i. e. *mundos ex iis infinitos esse & in illa delabi atque dissolvi.* porrò: γίνεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτω. φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν. ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα, διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. i. e. *sicut autem fieri mundos ex infinito per abscissionem, multa corpora figuris omnigena in magnum vacuum ferri, eaque in unum coacta unam vertiginem efficere, secundum quam offendere ac circumvolvi modis omnibus atque ita discerni, ut seorsim similia, quæ sunt sui similia, petant.* prætereà docet, quomodo firmamentum & corpora inibi contenta fieri cœpta: ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενὸν, ὥσπερ διαπτόμενα. Τὰ δὲ λοιπὰ, συμμένειν καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἄλληλα, καὶ ποιεῖν τι πρῶτον σύστημα σφαιροειδές. τοῦτο δὲ οἷον ὑμένα ἀφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα. ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γίνεσθαι τὸν πέριξ ὑμένα, συρρεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν. i. e. *Cæterum Æquilibra, cum ob multitudinem minimè*

jam

jam circumferri possint, exilia quidem ad exterius vacuum contendere, sic ordinante natura: cætera subsidere & innexa atque in se implicata invicem concurrere, atque ea concursione prius quandam concretionem efficere rotundam. hanc autem velut membranam subsistere continentem in se omnigena corpora, sive dum secundum medii reluctationem circumvolvuntur, tenuem per gyrum membranulam fieri juxtà vertiginis tractum corporibus perpetuis semper confluentibus. atque ita fieri terram &c. Quomodò & mundo sit tunica circumdata, ut Leucippus, etiam *Democritus* censet, teste *Plutarcho* lib. 2. de pl. Phil. cap. 7. Etiam *Parmenides* corollas esse ait crebras, inter se confectas, unam ex raro, alteram ex denso. his interjectas alias ex lumine & tenebris mixtas. esse autem solidum quippiam instar muri, quod istas omnes corollas contineat. De ordine corporum mundanorum sic *Democritus* ap. *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. cum primo loco fixas stellas ponit, deinde errones, in quibus solem, Luciferum, Lunam &c. successivè collocat. quid hic senserit *Leucippus*, tradit Diogenes lib. 9. in ejus vita. εἶναι τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐξώτατον. i. e. *solis circulum esse extimum.*

mum. τὸν δὲ τῆς σελήνης, προσγειότατον, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων, μεταξὺ τούτων. i.e. *Lunæ sc. circulum esse terræ proximum. cæteris in medio horum positis.* De ortu solis *Xenophanes* ap. *Euseb.* lib. 1. præp. Ev. c. 5. dixit, quod ex nubibus genitus sit. & expressiùs *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 20. *solem esse ex igniculis, qui appareant collectis ex humida exhalatione & eam cogentibus.* ubi & *Democritus* dicit solis generationem esse propriam separatamque ab aliis. sed ap. *Laertium*: τὸν ἥλιον ἐκ τοιούτων δινῶν, καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκρίσθαι i. e. *ex hujusmodi vertiginibus sc. Atomorum tumorumque circumferentiis esse compositum.* de natura solis sic: *Parmenides* ap. *Laertium* vult ἥλιον ὑπάρχειν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐξ ὧν τὰ πάντα συνεστάναι. i. e. *Solem ipsum calidum esse atque frigidum, ex quibus constent omnia. Democritus* ap. *Plutarchum* lib. 2. de plac. Phil. cap. 20. *Solem esse massam aut lapidem igne candentem.* sic quoque testatur *Theodoret.* lib. 3. de curat. Gr. Aff. apud *Euseb.* lib. 1. cap. 5. Præp. Ev. dicit natuturam ejus nec calidam nec splendidam fuisse, sed contra generationis suæ naturæ similem. sed posteà, cum major orbis solaris factus esset, ignem in ipsum fuisse intru-

intrusum. Solem dixit *Xenophanes* ignitam nubem ap. *Theodoret*. lib. 4. de cur. Gr. Affect. *Leucippus*, ut habet *Laertius*, figuram *solis* tympano similem esse putabat. *Deficere solem* dixit Idem extinctione rursumque nasci in ortu alium. Narrationem porrò adjecit de quodam solis defectu, qui totum duraverit mensem, & alio perfecto, qui diem in noctem mutaverit. ap. *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. c. 24. Ibidem quoque ille dixit multos esse soles secundum terræ diversa climata, segmenta ac zonas, quodam autem tempore solis discum incidere in quandam terræ portionem à nobis non habitatam & sic tanquam in vacuum delato deliquium accidere. Idem; *Solem* in infinitum progredi, nobis autem videri quod rotetur, ob distantiam. Solem inflammari à sideribus, ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι, voluit *Leucippus* ap. *Laertium* in ejus vit. addit: ἐκλείπειν δὲ ἥλιον τῷ κεκλίσθαι, τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν. τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον, ἀεί τε νίφεσθαι καὶ καλάψυχρα εἶναι καὶ πήγνυσθαι. τὸν δὲ ἥλιον ἐκλείπειν σπανίως. i. e. *Solem deficere, quod terra ad meridiem vergat: quæ ad septentrionem sunt, nivibus conspergantur & pruinis algeant in glaciemque concrescant.*

ſcant. & Solem rarò deficere. ſc. ut ille, propter majorem, in quo fertur, circulum. Stellas è nubibus genitas aſſeruit *Xenophanes*, teſte *Euſebio* lib. 1. Præp. Evang. cap. 5. *Leucippus* ap. *Laertium* ſic: τούτων ſc. σωμάτων δέ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα. τὸ μὲν πρῶτον, κάθυγρον καὶ πηλῶδες, ξηρανθέντα καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ, εἶτ' ἐκπυρωθέντα τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσαι φύσιν. i. e. *Ex his ſc. corporibus quædam complicata concretionem facere & primò quidem humidam & luteam, exſiccata atque circumacta cum totius vertigine: Deinde incenſa & ignita ſiderum efficere naturam.* *Xenophanes* apud *Theodoret.* lib. 4. cur. Gr. Aff. eas eſſe compoſitas ex ignitis nubibus, quæ cum adveniente die extinguuntur, rurſus ad nocturnas tenebras carbonum ritu exſuſcitentur. *Democritus* ſecutus ſententiam Anaxagoræ etiam dixit, Stellas nuncupari, quæ ſint petræ avulſæ ex mundi rotatu & ſubinde ignitas & in ſuperna compactas regione. Ibidem v. & de *Xenophanis* opinione *Plut.* lib. 2. de pl. Philoſ. cap. 13. Stellas moveri ab ortu verſus occaſum, *Democritus* voluit ap. *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 16. Jam de *Luna.* ejus generationem *Democritus*

vole-

volebat eſſe eandem cum ſolis gen. teſte *Euſebio* lib. 1. c. 5. præp. Eam *Xenophanes* dicebat eſſe nubem conſtipatam ap. *Plut.* lib. 2. de placit. Phil. cap. 25. & *Theodoret.* lib. 4. de curat. Gr. Aff. *Parmenides* & *Heraclitus* dicebant eam è ſolo igne conflatam eſſe, teſte *Theodoreto* lib. cit. *Leucippus* apud *Laertium* dixit Lunam paululum ex igne ſibi uſurpare. *Democritus* ignitam ſoliditatem, quæ inſitas ſibi planities montes valleſque contineat. ibid. vel, ut habet *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 25. firmanentum eſſe ignitum, in quo ſunt montes & valles. Eam quoque ex atomorum vertiginibus tumorumque circumferentiis eſſe compoſitam, idem voluit, ceu teſtatur *Laertius*. *Theodoretus* lib. 4. adſcribit *Democrito*, quod dixerit, Lunam eſſe ignitum ferrum & lapidem flamma ſucenſum. Quoad magnitudinem ejus definivit *Xenophanes* juxta ſui temporis Mathematicos; quod orbis ejus duo de viginti partibus major ſit, quàm terra. ut eſt ap. *Lactantium* lib 3. de falſ. Sap. cap. 21. *Parmenides* ſoli æqualem fecit apud *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 26. l. cit. addit *Lact.* *Xenophanem* ſtultiſſime dixiſſe, intra concavum Lunæ eſſe aliam terram

ſive

five Lunam, in qua aliud genus hominum simili modo, quo nos in hac terra, vivat. & teste *Plut.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 24. voluit; multas esse Lunas secundum terræ diversa climata, segmenta, ac zonas. Lunam *deficere* eo modo, quo solem, putabat *Leucippus*, ut legere est ap. *Laërtium* l. cit. & sæpius illam laborare, quam hunc, διὰ τὸ, inquit, ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. i. e. *quod sunt impares eorum circuli.* de *Venere* primum animadversa & appellata Vespero ac Lucifero à Parmenide, vid. Diog. *Laert.* lib. 9. in vit. ejus, licet alii hoc adscripserint Pythagoræ, ut suprà notatum. De *circulo Lacteo* idem Philosophus dixit, quod densi ac rari mixtione fiat. & *Democritus*, splendoris esse collectionem & densationem à multis iisque parvis & continentibus stellis profecti, ut legere est ap. *Plut.* lib. 3. de pl. Phil. cap. 1. *Aristoteles* lib. 1. de cælo cap. 8. de Democrito & aliis: Φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσι ἄστρων τινῶν. i. e. *Lac esse quorundam siderum lumen. Cometas* censuit *Democritus* coitum stellarum duarum aut plurium fulgorem suum conjungentium. & *Xenophanes* omnia id genus compactum aliquid aut motum esse ignitarum nu-

nubium, ap. *Plut.* lib.3. de pl. Phil. c.2. *Castores stellas* appellatas dixit *Xenophanes* nubeculas ob certum affulgentes motum ap. eundem lib.3. de pl. Phil. cap.18. De *Terra* ortu *Leucippus* apud *Laertium* in ejus vita. qui,ubi quædam suprà memorata præmiserat sic ait porrò: καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. αὐτόν τε πάλιν τὸ περιέχοντα, οἷον ὑμένα, αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέχρυσιν τῶν ἔξωθεν σωμάτων. δίνῃ τε φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι. τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα. τὸ μὲν πρῶτον κάθυγρον καὶ πηλῶδες, ξηρανθέντα καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ. i.e. *Atque ita fieri terram, manentibus quæ semel in medium injecta erant, ipsumque rursus continentem membranæ instar augeri juxtà externorum influentiam corporum: & cum vertigine fertur, quæcunque attigerit, ea acquirere. Ex his quædam complicata concretionem facere, primò quidem humidam ac luteam, exsiccata & circumacta cum totius vertigine* &c. *Xenophanes* ap. *Plut.* lib.3. de pl. Phil. cap.9. vult *terram ex inferiori parte radices egisse in infinitam profunditatem, compactam autem esse ex aëre & igne.* Democritus ap. eundem lib. 3. cap. 13. ait *initio*

initio effictam fuisse terram ob parvitatem & levitatem: successu autem temporis densatam atque degravatam subsedisse. Parmenides teste *Eusebio* lib. 1. præp. cap. 5. *terram* densioris partis defluxu factam arbitratur. *Parmenides* primò dixit *terram* esse globosam ac rotundam, ut & apud Diog. Laert. in ejus vit. *Leucippus* tympani figuram ei dedit, teste *Plut.* lib. 3. de pl. Phil. cap. 10. *Democritus* disci formam habere in superficie, in medio cavam. ibid. *De loco terræ in mundo. Parmenides* in medio eam esse citam ἐν μέσῳ κεῖσθαι, vult apud *Laertium* in vit. ejus. vid. & *Plutarch.* lib. 3. de plac. Phil. cap. 11. *Xenophanes* apud eundem loco cit. primum ei locum assignat, quod radices egerit in altitudinem infinitam. De *terræ* inclin. sic: *Democritus* ap. *Plut.* lib. cit. cap. 12. quia ambitus pars austrina est imbecillior, ideo terram mole auctam eò declinare. partes septentrionales inæqualiter, meridionales æqualiter esse temperatas. Eò itaque inclinasse terram, ubi fructibus & incrementis abundè suppeditat materiam. *Leucippus* ibidem terram in partes Austrinas prolabi putat ob istarum raritatem. quippe, inquit, ob gelu concretis partibus

bus ad septentrionem vergentibus, dum oppositæ interim ardent. *Parmenides* cap. præced. terræ habitatæ loca discrevisse dicitur à duabus sub solstitialibus circulis quæ jacent zonis. vid. & *Diogen. Laert.* Jam de motu, & quiete terræ; *Leucippus* ap. *Laertium* in vita ejus dixit; τὴν γῆν ὀχεῖσθαι, περὶ τὸ μέσον δινουμένην. i. e. *terram vehi, ac circa medium verti. Democritus* ap. eundem cap. 13. dicit, ob levitatem suam primò motam esse terram & deinde ob gravitatem posteà subsedisse. Quietis terrestris etiam author est *Xenophanes* ap. *Aristotelem* lib. 2. de cælo cap. 13. qui sic: οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναί φασιν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐρρίζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. i. e. *Quidam enim ob hoc infinitam inferam terræ partem inquiunt esse, in infinitum ipsam radicatam esse dicentes, ut Xenophanes Colophonius dixit.* ibidem §. 26. etiam *Democritus* illud adstruit & illius τὸ πλάτος αἰτίαν εἶναι τοῦ μένειν αὐτήν. i. e. *latitudinem causam quietis esse.* ubi additur: οὐ γὰρ τέμνειν, ἀλλ' ἐπιπωματίζειν τὸν ἀέρα τὸν κάτωθεν ὅπερ φαίνεται τὰ πλάτος ἔχοντα τῶν σωμάτων ποιεῖν. i. e. *non enim dividere, sed operire aërem dicunt inferum:*

inferum: *quod quidem latitudinem habentia corpora facere videntur. Parmenides* & *Democritus* putabant, terram undique æqualiter distantem æquilibrioque suspensam, quod causam non habeat, cur huc potius, quàm illuc vergat; concuti tamen, non moveri, sic *Plutarchus* lib. 3. de placit. Phil. cap. 15. Tremoris terræ Democritus causam arcessit ab aquis, apud eundem, quibus delatam continuò terram paulatim in maria longo tempore abituram, censet *Xenophanes*, ap. *Eusebium* lib. 1. de præp. Ev. cap. 5. Nubes quomodo fieri voluerit *Xenophanes*, refert *Diog. Laertius* lib. 9. in ejus vit. τὰ νέφη, inquit, συνίςασθαι τῆς ἀπ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης καὶ αἰρούσης αὐτὰ εἰς τὸ περιέχον. i. e. *nubes consistere*, *cum solis vapor sursum fertur*, *easque in aërem cogi*. De *Nili* incremento *Democritus* hoc dixit: sc. nive in partibus ad septentriones sitis sub solstitium æstivum resoluta atque diffusa densari ex vaporibus nubes, quæ compulsæ versus meridiem & ad Ægyptum ab Etesiis ventis in magnos ac vehementes dissolvantur imbres, quibus cum paludes, tum Nilus impleantur, apud *Plut.* lib. 4. de pl. Ph. cap. 1.

CAP.

Cap. III.

De origine hominis *quid sensit* Democritus, *item* Parmenides *&* Zeno. *De* ortu *rerum*, *generatione & corruptione sententia* Xenophanis, Democriti, *&* Leucippi. Semen *quid è sententia* Leucippi, Zenonis, Parmenidis. *Cur* mares aut fœmillæ *nascantur de sent:* Democriti *&* Parmenidis, *&* Leucippi. *de similitudine* Sexus *sententia* Parmenidis *&* Democriti. *De anima quid senserunt* Zeno *&* Democritus *&* Xenophanes *&* Leucippus. *de sede ejus in corpore quid* Parmenides *&* Democritus, *qui eam* corruptibilem *facit*, *sed corpora* resurgere *posse*, *vult. de* animæ *beatitudine idem quid. solam* animam *judicare non sensus*, *voluit* Parmenides *eosque* falli. *sic etiam* Xenophanes. *de* sensibus *quid* Democritus *&* sensibillibus. *de* voce *quid* Democritus. *de* Divinatione *quid* Xenophanes. *de* insomniis *quid* Democritus &c.

QUoad primam hominis originem dixisse hoc traditur *Democritus* apud *Censorinum* de die nat. cap.4. quod ille ex aqua limoque procreatus sit. Ideo sic de ejus sententia judicat *Lactantius* lib. 7. de præm. Divin. cap. 7. *Erravit Democritus, qui vermiculorum modo putavit effusos esse* homines *de terra nullo au hore, nulla ratione. cur enim formatus sit homo, Divini sacramenti est. quod quia scire non poterat, humanam vitam deduxit ad nihilum* Eadem est sententia Zenonis ap. *Laertium* in

Y ejus

ejus vita. Ex ſole factum eſſe hominem arbitratur *Parmenides* ap. *Laertium* l. cit. ſic ille: γένεσιν ἀνθρώπων ἐξ ἡλίου πρῶτον γενέσθαι. vid. & *Cenſorinum* l. cit. quamvis ipſe hic Philoſophus & Zeno cum omnia motus expertia opinarentur, ortum & interitum rerum prorſus negaverint, uti teſtatur *Plut.* lib. 1. de pl. Ph. cap 24. ſic & *Xenophanes* ap. *Euſeb.* lib. 1. de præp. cap. 5. Generatio & corruptio quod ſint & quomodo fiant ex ſententia *Democriti* & *Leucippi* refert *Ariſtoteles* lib 1. cap. 2. de gen. & corr. ſc. διακρίσει καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθορὰν, τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν. i. e. *congregatione & ſegregatione fieri generationem & corruptionem, ordine & poſitu alterationem.* quæ tamen Philoſophus poſteà confutat. *Semen*, à quò aut homo aut animal brutum, quid ſit, & unde fluat, variè ſentiunt Philoſophi. *Leucippus* & *Zeno* corpus eſſe exiſtimant, eſſeque aliquid ab anima avulſum, teſte *Plutarch.* lib. 5. de Phil. pl. cap. 4. *Democritus* ibidem vim ſeminis corpus etiam eſſe, quippe ſpiritum. qui idem à totis corporibus defluere ſemen dicit & præcipuis partibus. juxtà ipſum ſemen genitale eſt carnearum venarum, apud eundem cap. 3. & ut habet *Cen-*

Censorinus cap. 5. de die nat. *non medullis modo; verum adipe mares exhauriri. Parmenides* ibidem semen tum è dextris tum è lævis partibus derivari putavit. & non tantum è patris, sed & è matris semine partum nasci. sic etiam *Democritus* ap. *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 5. ubi additur: *Habere etiam fœminas adstites testiculares, sed inverso modo, ideoque etiam præter usum appetere.* Idem *Parmenides* ap. *Censorinum* cap. 6. vult ante omnia alvum cum capite crescere, quæ plurimum habent ex inani. *Ali fœtum* in utero per os, censuit *Democritus*. itaque statim atque natus est ore ad mammam ferri nam, inquit, in utero sunt ubera quædam & oscula, quibus alatur. sic *Plutarch.* lib. 5. de pl. Phil. c. 16. Cur mares fœminæve nascuntur & quid causæ sit, variè ab iisdem Philosophis proditum est. Statuit *Parmenides* ap. *Censorinum* de die nat. cap. 6. inter se certare & fœminas & mares & penes utrum victoria sit, ejus habitum referri. quod paulò aliter de eo refert *Plutarch.* lib. 5. de plac. Phil. cap. 7. Scil. semen à dextra parte in dextram uteri partem conjici, à sinistra in sinistram. quod si secus fiat, fœminas concipi. Etiam fœminarum generandarum,

causam frigori magis assignat quàm masculorum. *Leucippus* ibidem secundum variationem membrorum, quod mas colem, matricem fœmina habet. Utrius verò parentis principem sedem prius occupaverit, ejus reddi naturam, *Democritus* retulit ap. *Censorinum* de die nat. cap. 6. quod sic *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 7. communes partes ex utro contigerit: peculiares, prout prævaluerint. De similitudine & diss. *Parmenidis* sententia est; cum dextræ partes semina dederint, tunc filios esse patri consimiles; cum Lævæ, tum matri, apud *Censorinum* de die Nat. cap. 6. quod sic *Plut.* lib. 5. de pl. Phil. cap. 11. Si dextra vulvæ parte semen excernatur, patrum, Si à sinistra, matrum similes nasci. Jam de *anima*. Eam hominis Zeno Eleat. apud *Laertium* lib. 9. in ejus vit. κρᾶμα ὑπάρχειν ἐκ τῶν προειρημένων. i. e. *ex his omnibus esse commixtam, quæ prædiximus* sc. è calido, frigido, humido & arido & terra. addit: κατὰ μηδενὸς τούτων ἐπικρατοῦντος. i. e. *ut à nullo eorum plus quàm à cæteris obtineatur.* *Democritus* ap. eundem in ejus vit. τὴν ψυχὴν ἐκ τούτων δινῶν καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκεῖσθαι. i. e. *Animam ex hujusmodi vertiginibus* sc. *atomorum esse com-*

compositam. Parmenides & Heraclitus *animam* luculentam & igneam nuncuparunt, teste *Theodoreto* de cur. Gr. Aff. Apud *Plut.* lib. 4. cap. 3. sic de anima *Democritus*: *Democritus igneam compagem partium mente sola perceptarum, quæ formis sunt globosis, ignea vi, denique corpus.* sic fere ap. dict. *Aristotelem* lib. 1. de anima c 2. §. 20. Δημόκριτος, inquit, πῦρ τι καὶ θερμὸν φησὶ αὐτὴν εἶναι. i. e. *Democritus eam esse ignem quendam & calorem.* addit etiam quædam, quæ eodem spectant. ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων, τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. i. e. *Cum enim infinitæ sint figuræ & atomi. Eas, quæ sunt rotundæ ignem & animam esse dicit.* eandem dicit in seq. esse sententiam *Leucippi*, ubi: Ὁμοίως δὲ καὶ Λεύκιππος. τούτων δὲ τὰ σφαιροειδῆ, ψυχήν. διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δύνασθαι διαδύνειν τοὺς τοιούτους ῥυσμοὺς καὶ κινεῖν τὰ λοιπὰ, κινούμενα καὶ αὐτὰ, ὑπολαμβάνοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχον τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν. i. *Similiter etiam Leucippus statuit: Harum autem eas, quæ sunt rotundæ, esse animam. Quoniam hujusmodi figuræ maximè possunt per universum permeare & reliqua movere. cum & ipsæ moventur: existimantes sc. Democritus & Leucippus, animam esse, quod*

animalibus motum præbet. Et particularius adhuc de anima *Democritus*, ut causa motus. lib. 1. de anima c.3. §.44. Ὁμοίως δὲ καὶ Δημόκριτος λέγει. κινουμένας γάρ φησι τὰς ἀδιαιρέτους σφαίρας, διὰ τὸ πεφυκέναι μηδέποτε μένειν, συνεφέλκειν καὶ κινεῖν τὸ σῶμα πᾶν. i. e. *Similiter autem & Democritus asserit: nam dicit individuos orbes, dum moventur, eo quod sunt ea natura præditi, ut nunquam consistant, simul trahere atque movere corpus universum.* Sic Idem quoque præter hanc rat. communem quandam fecit animam, quam omnia habere dicit, etiam cadauera, ut legere est apud *Plut.* lib.4. de pl. Phil. cap. 5. sed *Xenophanes* animam fecit *Spiritum* πνεῦμα apud *Laërtium* lib. 9. in vit. ejus. *Parmenides* ap. *Laertium* vult animam idem esse quod mentem. sic quoque *Democritus* apud eundem. & *Aristotelem* lib. 1. de anima cap. 2. §. 23. Idem apud *Plutarch.* lib. 4. de plac. Philos. cap.4. bimembrem facit animam, cujus pars rationis compos in pectore sita sit, bruta per totam corporis concretionem diffusa, ap. *Plut.* lib.4. de pl. Phil. cap.4. Aliàs cap.5 hujus libri dicitur ponere animam in toto capite, & in cerebro sitam esse, ut habet *Theodoretus*

lib. 5.

lib. 5. de curat. Græc. Aff. *Parmenides* animam locat in toto pectore, teste *Plut.* lib. 4. de pl. Phil. cap. 5. v. & *Theodoret.* lib. 5. & *Lactant.* teste lib. 3. de fals. sap. cap. 18. & lib. 7. de præm. div. cap. 7. *Democritus* dixit animam perire cum corpore. v. iterum *Theod.* lib. 5. & *Plut.* lib. 3. de Plac. Phil. c. 2. quomodo Idem corporibus reviviscendi Spem dederit, vid. ap. *Plin.* lib. 7. c. 55. hist. nat. v. *Aristot.* lib. 1. de anima cap. 3. qualem animæ beatitudinem esse voluit ille Philosophus, tradit *Laërtius* in ejus vit. Τὸ δὲ, inquit, τέλος εἶναι τὴν εὐθυμίαν, τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ (ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο) ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. i. e. *Finem esse rectum quietumque animi statum, quam* εὐθυμίαν *vocat, quæ, ut quidam obliquè interpretantur, non idem sit, quod voluptas. verum secundum quam animus magna tranquillitate constantiaque beatus est, dum nullo metu, ulla superstitione, aut alia quavis perturbatione agitatur.* Addit: καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ Εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι. i. e. *eandem v.* & Εὐεστὼ *appellat à bonitate constantiæ multisque nominibus aliis.* animæ solum esse de

rebus sensibilibus &c. judicare, non sensuum, etiam dixit *Parmenides* ap. *Laertium* in ejus vit. sic ille: κριτήριον δὲ τὸν λόγον εἶπε, τάς τε αἰσθήσεις μὴ ἀκριβεῖς ὑπάρχειν. Φησὶ γοῦν.

Μή σε θεὸς πολύπειρον ὁδὸν κατὰ τήνδε
βιάσθω
Νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα καὶ ἠχήεσσαν ἀκουὴν.
Καὶ γλῶσσαν, κρῖναι δὲ λόγῳ πολύδηριν
ἔλεγχον.

Id est:

Nec tibi communis sensus persuadeat unquam
Quicquam, ut fallaces oculi aut ut judicet auris
Aut lingua: at ratio dirimat discrimina rerum.

Quod hic dixerit, sensus sæpius falli, quò minus duces esse in cognitione rerum possint, apud eundem de illo testatur Timon seq. versu:

Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα, τὴν πολύδοξον
Ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείκατο νώσεις.

Id est:

Parmenidæ ingentes animos, viresque potentes
Qui

Qui sensus vanis simulacris fallier inquit. *Theodoret.* lib.2. Gr. Aff. *Parmenides falsum esse sensuum judicium dixit, negans utique nos hoc duce veritatem consequi posse.* Etiam *Xenophanes* apud *Eusebium* lib.1. c. 5. sic sensit. Ἀποφαίνεται, inquit, δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις ψευδεῖς καὶ καθόλου σὺν αὐταῖς καὶ αὐτὸν τὸν λόγον διαβάλλει. i. e. *Asserit etiam sensus esse fallaces & illis omnino rationem adjicit.* Præterea plures esse sensus, brutorum animalium, Deorum, sapientum, sententia est *Democriti* ap. *Plut.* lib. 4. de plac. Phil. cap. 10. Idem ille & *Leucippus* dicunt sensum sc. visus & intelligentiam munus suum obire, visis sive imaginibus (sic illorum simulacra, idola exprimo) foris oblatis. his non accidentibus, neutrum istorum quicquam moliri. ap. eundem cap. 8. lib. cit. & speciatim de *Democrito* sic illo cap. 13. *Democritus imaginum insertione putavit nos videre.* quod sic *Laertius*: ὁρᾷν ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις. i. e, *intueri nos incidentibus in nos rerum imaginibus.* De imaginibus quæ in speculis videntur *Democritus* ap *Plut.* lib. 4. de pl. Phil. cap. 14. dixit; eas extare *imaginum subsistentia, quæ à nobis feruntur & circumagitatióne subsistant in speculo.*

lo. in universum dixit *Democritus* ap. *Aristotelem* lib. de sensili & sensu cap. 4. §.19. πάντα τὰ αἰσθητὰ, ἁπτά. i.e. *omnia sensibilia esse tactilia*. De *voce* hoc est *Democriti* ap. *Plut*. lib.4. de plac. Phil. cap. ubi: *Democritus aërem comminui ait in conformia frusta, simulque cum vocis frustis volutari graculum enim graculo assidere ac semper similem ad similem duci, ut est in proverbio. nam in littoribus similes calculi eodem apparent in loco alio globosi collecti, alio oblongi. & inter cribandum congregantur, quæ sunt ejusdem generis, ita ut à ciceribus fabæ fecernantur*. De *Divinatione* nihil *Xenophanes* definire voluit, utpote quàm totam rejecit. v. *Plut*. lib. 5. de pl. Phil. cap. 1. De *insomniis* Democritus hoc dixit, *quod fiant accessu imaginum*, ap. eundem cap. 2. Atque hæc sufficiant hactenus, quæ pertinent ad Philosophiam Eleaticam. Sequitur nostræ Ordine *Sceptica*.

CAP. IV.

Pyrrho *quis & qualis, quorum discipulus, quantus* Philosophus *& quam* sectam *instituerit & ut vixerit. ἀκαταληψία ejus. ut quæstiones tractavit. ejus ἀδιαφορία. ejus sectatores, qui varia sortiti nomina generaliter* Sceptici *dicti sunt. an etiam alii eadem senserint, qui non sic dicti. q. Generalis* Scepticæ *consideratio &* Specialis

cialis. *quæ* Sceptica, Zetetica, Ephectica, Aporetica. *quæ propriè* Scepſis *& in quo conſiſtat. quæ* ἐποχὴ, *quæ* ἀταραξία. *Principia* Scepticæ. *quæ* Scepticorum ἀκαταληψία & aſſenſus retentio, *& quibus formulis expreſſa. quæ* ἀῤῥεψία. *ut* Sceptici ſenſibus *non crediderint. ut voluerint res ſenſu perceptas revera tales non eſſe. aliam eſſe rationem & veritatem apparentium rerum, aliam ipſius* eſſentiæ. τὸ μὴ δογματίζειν, *ut intelligendum.*

OMiſſis hic Protagora Abderitano, Metrodoro Chio & ejus diſcipulo Diogene Smyrneo, & Anaxarcho, cujus auditor fuit Pyrrhon, brevitatis ſtudio, qua tantum pleraque & potiora Antiq. Philoſophiæ tradere inſtitui, videbo in ſeq. de Pyrrhone, ejuſque placitis & quæ inde profecta ſit, Scepticorum &c. Philoſophia. *Pyrrho* Elienſis, Pliſtarchi filius ex pictore Philoſophus factus eſt, ceu teſtantur *Laertius* in vit. ejus & *Lucianus* in bis Accuſato. Præceptore uſus eſt Dryſone primum, deinde Anaxarcho, ut videre eſt ap. Diogenem l. c. & *Clementem* lib. 1. στρωμ. pag. 301. etiam ut amplius diſceret, peregrinatus fertur, ſic *Laertius* in ejus vit. ubi; ὡς καὶ τοῖς Γυμνοσοφισαῖς ἐν Ἰνδίᾳ συμμίξας καὶ τοῖς Μάγοις. i. e. *Gymnoſophiſtas & Indiam adiit Magiſque congreſſus eſt.* inde idem refertur γενναιότατα φιλοσοφῆσαι.

σοφῆσαι. i. e. *nobilissimè Philosophiam tractasse.* v. in seq. ob quod sic adamatus est ab Alexandro M. ut illi ad primum congressum ccIↃↃ aureos dono dederit, sic vult *Plutarch.* in orat. I. de fort. Alex. præcipuè *Laertio* &c. laudatur, quod peculiarem Philosophandi modum instituerit, τὸ, inquit, τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσαγαγὼν, ὡς Ἀσκάνιος ὁ Ἀβδηρίτης φησίν. i. e. *commentus modum, quo de omnibus nihil decerneret, neque quicquam comprehendi posse diceret, ut Ascanius Abderites author est.* vid. *Sextum Empiricum* lib. I. Pyrrh. hyp. cap. 8. de hoc posteà plenius. Vitam quoque ejus fuisse huic Philosophiæ conformem, idem sic tradit: ἀκόλουθος δ' ἦν καὶ τῷ βίῳ, μηδὲν ἐκτρεπόμενος μηδὲ φυλαττόμενος, ἅπαντα ὑφιστάμενος, ἁμάξας, εἰ τύχοι, καὶ κρημνοὺς καὶ κύνας καὶ ὅσα τοιαῦτα μηδὲν αὐτοῖς αἰσθήσεσιν ἐπιτρέπων. i. e. *consentanea adhæc illi & vita erat: nihil declinans, nihilque devitans sustinebat omnia: currus si fortè occurrissent & prærupta & canes & talia, nihil omnino sensibus permittens.* hanc ἀδιαφορίαν ejus posteà per exempla varia comprobat. & authoritate Carystii Antigoni addit; φιλοσοφεῖν αὐτὸν κατὰ τὸν τῆς ἐποχῆς λόγον,

γεῖ, μὴ μέντοι γε ἀπεροοράτως ἕκαστα πεάττειν. i.e. *De assensu retinendo eum quidem esse Philosophatum, non tamen imprudenter gessisse singula.* sed ut turpis & honesti discrimen sustulerit. v. *Laertium:* ὐδὲν γὰρ ἔφασκεν ὔτε καλὸν ὔτε αἰσχρὸν, ὔτε δίκαιον ὔτε ἄδικον. i. e. *Negabat quicquam turpe esse aut honestum, justum vel injustum.* forsan in eo genere ἀκαταληψίας etiam traxisse quippiam censeri potest ab Anaxarcho præceptore, qui juxtà Diogenem dicitur μηδὲν αὐτὸ τῦτο εἰδέναι, ὅτι ὐδὲν οἶδε. i. e. *se ne id quidem scire quod nihil sciret.* qualis fuerit Pyrrho in quæstionibus ventilandis, idem *Diogenes* sic tradit. ἐν τοῖς ζητήσεσιν ὑπ' ὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ ἐξοδικῶς λέγειν καὶ πρὸς ἐρώτησιν. i. e. *In quæstionibus à nomine contemnebatur, quod obiter solumque ad interrogata diceret.* etiam authoritate Timonis affirmat, illum hoc Philosophandi modo à perturbationibus, superstitione & vanitate ac captione Sophistica liberum evasisse seq. vers.

Ὦ γέρον, ὦ Πύῤῥων, πῶς ἢ πόθεν ἔκδυσιν εὗρες
Λατρείης, δοξῶν τε κενοφροσυνῆς τε σοφιστῶν,
Καὶ πάσης ἀπάτης πειθῦς τ' ἀπελύσαο δεσμά.

Οὐδὲ

Οὐδὲ μέλει σοι ταῦτα μεταλλῆσειν τίνος αὖραι
Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν τε καὶ εἰς ὅ, τι κυρεῖ ἕκαστα;

Id eſt:

Miror, qui tandem potuiſti evadere Pyrrho
Turgentes fruſtrà ſtupidos vanoſquè Sophiſtas,
Atque impoſturæ fallacis ſolvere vincla.
Nec fuerit curæ ſcrutari, Græcia quali
Aëre cingatur, nec ubi aut unde omnia conſtent.

Habuit etiam hic Philoſophus ſuos ſectares & in his Nauſiphanem, ut habent *Laertius* l. c. & *Clem.* lib. 1. ϛρωμ. pag. 301. & Eurylochum, Philonem, Hecatæum Abderitem & Timonem Phliaſium, ut ille teſtatur. de illis ejus diſcipulis idem ſic loquitur: οὗτοι πάντες Πυῤῥώνειοι μὲν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου, Ἀπορητικοὶ δὲ καὶ Σκεπτικοὶ καὶ ἔτι Ἐφεκτικοὶ καὶ Ζητητικοὶ ἀπὸ τοῦ οἷς δόγματος προσηγορεύοντο. i. e. *Hi omnes à Magiſtro quidem Pyrrhonii, ſed à dogmate Aporetici & Sceptici, Prætereaque & Ephectici & Zetetici appellabantur.* v. *Cicer.* 3. de orat. 59. & *Senec.* Ep. 89. quod autem dicat cit. author cit. de Homero, ſeptem Sa-

pientibus, Euripide, Xenophane, Zenone Eleate, Democrito, Empedocle, Heraclito, & Hippocate, tanquam qui aut conditores aut sectatores hujus sectæ fuissent, credat, qui velit. Generali voce Pyrrhonii Phil. Σκεπτικοὶ dicti Græcis sunt, teste *Gellio* lib. 11. c. 5. Ut brevibus singula persequamur, dicimus Scepticæ illius juxtà *Sextum Empiricum* lib. 1. Pyrrh. hypothes. cap. 2. aut esse *generalem* considerationem, in qua notæ & judicia scepseos explicantur, id est, quæ sit ejus mens, quæ principia, quæ rationes, quod criterium sive instrumentum ad judicandum, quis finis: item qui ἐποχῆς modi &c. aut *Specialem*, in qua unicuique parti ejus, quæ Philosophia nuncupatur, contradicitur. quoad primum, Σκεπτικὴ ἀγωγὴ, inquit *Sextus* cap. 3. καλεῖται μὲν ζητητικὴ ἀπὸ ἐνεργείας τῆς κατὰ τὸ ζητεῖν καὶ σκέπτεσθαι. i. e. *Sceptica institutio vocatur quæsitoria ab ipsa actione, quæ est in quærendo & utendo, scepsi.* v. *Gellium* l. cit. *Laertius* sic. Σκεπτικὴ ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι ἀεὶ καὶ μηδέποτε εὑρίσκειν. *Sceptica sc. dicitur, quod semper quærat & nunquam inveniat.* de Zetetica jam dixerat ante: ζητητικὴ μὲν οὖν φιλοσοφία ἀπὸ τοῦ πάντοτε ζητεῖν τὴν ἀλήθειαν. i. e. *Est enim*

Zetetica

Zetetica Philosophia sic dicta, quòd semper in veritatis inquisitione versatur. de Ephectica etiam addit: Ἐφεκτικὴ δὲ, ἀπὸ τοῦ μετὰ τὴν ζήτησιν πάθους. λέγω δὲ τὴν ἐποχήν. i. e. *Ephectica autem dicitur ab affectu quo etiam post inquisitionem adhuc judicium suspendit.* quod *Sextus* l. cit. sic: Ἐφεκτικὴ, ἀπὸ τοῦ μετὰ τὴν ζήτησιν περὶ τὸν σκεπτομένων γινομένου πάθους. i. e. *Ephectice appellatur ab ea affectione, quæ in ea est, qui scepsi utitur deducto nomine.* Aporetica autem ipsi est dicta ἤτοι ἀπὸ τοῦ περὶ παντὸς ἀπορεῖν καὶ ζητεῖν. ὥς ἔνιοί φασίν. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀμηχανεῖν πρὸς συγκατάθεσιν ἢ ἄρνησιν. i. e. *aut inde quod de re omni dubitet & quærat, ut nonnulli volunt: aut propterea quod hæsitans suspensio sit ad assentiendum aut repugnandum animo. Laertius*: Ἀπορητικὴ δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς δογματικοὺς ἀπορεῖν καὶ αὐτούς. i. e. *Aporetica dicta est quod ejus sectatores semper addubitent.* v. & *Gellium* loc. cit. de Sceptico v. etiam *Lucian. in Icaro-Menippo* & *Vit. Auct.* & *Budæum* de asse. De Zetet: & Aporet: v. *Lucianum* in Icaro-Menippo & bis accusato & Hermotimo. &c. Videamus porrò quid sit illa, de qua tot Philosophi & Veteres & recentes loquuntur, scepsis. Illam nobis exhibet *Sextus* l. cit.

l. cit. cap. 4. Ἔστι δὲ ἡ σκεπτικὴ δύναμις ἀντιθετικὴ φαινομένων καὶ νοουμένων. i. e. *Eſt ſceptica vis eſt & facultas, quae ea, quae ſub ſenſum cadunt iis quae mente & intellectu percipiuntur, opponit.* addit: καθ' οἷον δήποτε τρόπον. ἀφ' ἧς ἐρχόμεθα διὰ τὴν ἐν τοῖς ἀντικειμένοις πράγμασι καὶ λόγοις ἰσοσθένειαν, τὸ μὲν πρῶτον εἰς ἐποχὴν, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο εἰς ἀταραξίαν. i. e. *Idque quolibet modo, à quo quidem devenimus propter paria in oppoſitis rebus ac orationibus momenta, primum quidem ad aſſenſus retentionem. Deinde v. ad vacuitatem à perturbatione.* Deinceps oſtendit quod, cum ſenſibilia intelligibilibus opponantur, hoc non fiat tam per affirmationem & negationem, quam per oppoſitas rationes. ἰσοσθένειαν i. e. *aequam potentiam* ſc. rationum hic potiſſimum urget eamque vocat τὴν κατὰ πίστιν καὶ ἀπιστίαν ἰσότητα. i. e. *aequalitatem ad fidem faciendam vel non faciendam.* ὡς μηδένα μηδενὸς προκεῖσθαι τῶν μαχομένων λόγων, ὡς πιστότερον. i. e. *Ita ut adverſantium rationum nunquam altera alteri praeponatur.* explicat etiam quid ſit ἐποχὴ, & quid ἀταραξία. Ἐποχὴ δέ, inquit, ἐστι στάσις διανοίας, δι' ἣν οὔτε αἴρομέν τι, οὔτε τίθεμεν. i. e. Ἐποχὴ *autem eſt ſtatus mentis per quem neque poni-*

mus quicquam neque tollimus. Ἀταραξία δέ ἐστι ψυχῆς ἀοχλησία καὶ γαληνότης. i. e. Ἀταραξία *est vacuitas perturbationis in animo & tranquillitas*. & hanc in Pyrrhone apud *Laertium* laudat Timon in Indalmis verſ. ſeq.

Πῶς ποτ' ἀνὴρ ἔτ' ἄγεις ῥᾶστα μεθ' ἡσυχίας
Μοῦνος ἐν ἀνθρώποισι Θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύων.

Id eſt:

Qui fuerat facilis lætaque vita tibi,
Solus ut in vivis generes te numinis inſtar.

Vide de ἀφασίᾳ & ἀταραξίᾳ Scept. *Sext. Pyrrh.* lib. 1. & *Euſeb.* lib. 14. præp. Ev. cap. 8. ubi plura in hanc rem & ſeq. dicuntur, quæ Timon profert. Principium autem *Scepticæ* è cauſa finali petitum *Sextus* cap. 6. facit τὴν ἐλπίδα τοῦ ἀταρακτήσειν. i. e. *ſpem aſſequendæ vacuitatis à perturbatione*. Siquidem homines ingenio valentes propter rerum inæqualitatem & diffidentiam turbantur facile, quibus potius aſſentiendum ſit, unde dubitare cœperunt, quid verum, quid falſum, & quærere, ut ſic ſe imperturbatos retinerent. Principium autem *Scepticæ*, quo nititur illa, potiſſimum eſt: παντὶ λόγῳ λό-

γον ἴσον ἀντικεῖσθαι. i. e. *omni rationi rationem æqualem adversari.* v. *Laertium* loc. cit. v. & *Sext.* lib. cit. cap. 27. unde immediatè profluebat, illam nihil certi statuere, & ut *Sextus*, ἀπὸ γὰρ τούτου καταλήγειν δοκοῦμεν εἰς τὸ μὴ δογματίζειν. id est *ex hoc enim videmur eò delabi, ut nulla dogmata statuamus.* quod amplius ille docet cap. 7. Prius audiamus *Gellium* lib. XI. cap. 5. Sceptici nihil *decernunt, nihil constituunt; sed in quærendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum, de quo decerni constituique possit.* Ideoque omnem doctrinam suam rejiciebant Sceptici in ἀκαταληψίαν, qua omnia dicebant esse incerta, & dubia. neque ad verum & falsum ratione perveniri posse. In quem sensum sic *Laertius* in vit. Pyrrhonis lib. 9. διετέλουν, inquit, δὲ οἱ σκεπτικοὶ τὰ τῶν αἱρέσεων δόγματα πάντα ἀνατρέποντες, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἀποφαίνοντες δογματικῶς. ἕως δὲ τοῦ προφέρεσθαι τὰ τῶν ἄλλων καὶ διηγεῖσθαι μηδὲν ὁρίζοντες. i. *Sceptici sectarum omnium dogmata evertere perstabunt, nihil ipsi dogmatis afferentes, atque cæterorum tantum enuncianda dogmata atque enarranda proponentes, nihil definiendo.* Et quatenus hæc, tradit *Empiricus* cap. 6. Pyrrh. lib. I. Μὴ δογματίζειν λέγο-

λέγομεν καθ' ὃ δόγμα εἶναί φασι τινὲς τὴν τινὶ πράγματι τῶν κατὰ τοῖς ἐπιςήμας ζητουμένων ἀδήλων συγκατάθεσιν ὁ πυῤῥώνειος. 1. *Scepticum dogma non ponere eo sensu quo dogma nonnulli esse ajunt assensum ad rem aliquam dubiam & incertam earum, de quibus in scientiis quæritur & ambigitur.* Laertius addit: Et Scepticos illud τὸ μὴ ὁρίζειν tollere, dicentes; οὐδὲν ὁρίζομεν, ἐπεὶ ὥριζον ἄν. 1. *Nihil definimus, nam profectò definirent.* Quod sic *Sextus*? οὐδὲ ἐν τῷ προφέρεσθαι περὶ τῶν ἀδήλων τὰς Σκεπτικὰς φωνὰς, οἷον τὴν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ τὴν, οὐδὲν ὁρίζω ἢ τῶν τῶν ἄλλων. 1. Ne tum quidem dogmata statuit, cum *voces Sceptica institutionis pronunciat, scil. vel hanc, nihilo magis: aut illam. Nihil definio aut aliam aliquam.* His verbis dicitur etiam ante omnes usus Pyrrho ap. *Gellium* l. cit. in hunc modum; οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε, ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως. Putat *Sextus* Scepticum dictas voces non ita ponere, quatenus protinus dici debeant, esse. Sed arbitrari eum, cum hæc præferuntur; *omnia sunt falsa*, cum aliis etiam illa esse falsa, dici. item illa; *Nihil est verum*: Eodem modo & illa: *Nihilo magis*, cum aliis etiam illa dici *nihilo magis* esse & prætereà unà cum aliis circumscribi. Vid. & *Senecam*

cam Ep. 89. F. & *Clem. Alex.* lib. 8. στρωμ. p. 777. Quæ huc pertinent, etiam habet *Diogenes*: λέγεται δὲ τὸ, ὀυδὲν μᾶλλον καὶ θετικῶς, ὡς ὁμοίων τινῶν ὄντων. οἷον ὀυδὲν μᾶλλον ὁ πειρατὴς κακός ἐστιν ἢ ὁ ψεύστης. 1. *Dicit enim nihil magis positive de quibusdam quasi similia sunt, ut, nihil magis Pirata malus est quam mendax.* Etiam negativè illa & similia intelligi poss[illegible] & per comparationem in sequentibus explicat. & quod illa vox: *nihil magis* significet τὸ μηδὲν ὁρίζειν ἀλλὰ ἀπροσθετεῖν. 1. *Nihil definire, verum hærere ambiguum.* Quod aliorum sententiis recensendis occupentur & quo fine, sic latius tradit *Laertius* L. cit. προφερόμεθα δὲ (φασί) τὰς ἀποφάσεις εἰς μήνυσιν τῆς ἀπροσπτωσίας. ὡς εἰ καὶ νεύσαντας τοῦτο, ἐνεδέχετο δηλῶσαι. Διὰ τῆς ὁμοῦ ὀυδὲν ὁρίζομεν, φωνῆς τὸ τῆς ἀῤῥεψίας πάθος δηλοῦται. 1. *Sententias aliorum proferimus nostræ infirmitatis indicium, perinde acsi annuentes hoc indicare possibile esset. Ex eo igitur quod voce nihil definimus, designat* ἀῤῥεψίας *morbum, quo neutram in partem sententiam inclinet propensius.* Sic ap. *Gellium* volunt, hominem non debere esse præcipitem & judicii *sui prodigum.* Cum *omnium rerum fides veritasque mixtis confusisque signis veri atque falsi inprensibilis*
 sit

sit. de Scepticorum vocibus qui plura velit, Legat S. Empir. lib. 1. Pyrrh. Hyp. cap. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, &c. Præterea, quod suprà recitavimus, Scepticos sensibus fidem non habere, hoc etiam sic tradit idem *Gellius* ubi: *Ac ne videre quoque planè quicquam, neque audire se putant, sed ita pati afficique, quasi videant vel audiant. Eaque ipsa, quæ affectiones istam in se efficiant qualia & cujusmodi sunt, cunctantur atque insistunt*, & Postea: *Ex omnibus rebus proinde visa fieri dicunt, quas* φαντασίας *appellant: non ut rerum ipsorum natura est, sed affectio animi corpori sue est eorum, ad quos ea visa perveniunt*: *Itaque omnes omninò res, quæ sensus movent* τῶν πρός τι *esse dicunt. Id verbum significat, nihil esse quicquam, quod ex se constat nec quod habeat vim propriam & naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri. Taliaque videri esse, qualis sit eorum species, dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur; non apud se inde profecti sunt.* Et sic dicit *Laertius* ipsum Pyrrhonem dixisse: ὅτι πάντων μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. i. *In omnibus nihil verè esse*. & addit *Gellius*, Pyrrhonios dicere: *ne id quidem ullo pacto videri verum, quod nihil esse verum videatur.* De suprà

dictis

dictis quid dicatur ap. *Eusebium* lib. 14. præp. eo. cap. 7. & seq. videamus; οὓς δὲ αὐτοὺς sc. Σκεπτικοὺς μηδὲν εἶναι τὸ παράπαν, μήτε γ' ἐν αἰσθήσει μήτε ἐν λόγῳ καταληπτὸν ὁριζομένους, ἐπέχοντας δ' ἐν πᾶσιν ὅπως ἀπήλεγχον οἱ ἀντιδοξάζοντες. Et sequenti cap. sub persona Timonis, qui Pyrrhonis discipulus fuit. τὰ μὲν οὖν πράγματα φησὶ αὐτὸν ἀποφαίνειν ἐπίσης ἀδιάφορα καὶ ἀστάθμητα καὶ ἀνέγκριτα, διὰ τοῦτο μήτε τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν, μήτε τὰς δόξας ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι διὰ τοῦτο οὖν μηδὲ πιστεύειν αὐτοῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους εἶναι περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας ὅτι ο μᾶλλον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν. ἢ καὶ ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν. Interim, Τὸ μὴ δογματίζειν, Scepticis etiam *Sextus* non eo sensu intelligi vult, quo dicunt nonnulli, *dogma* esse generaliter, assensionem ad aliquam rem. Τοῖς γὰρ, inquit, κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένοις πάθεσιν συγκατατίθεται ὁ Σκεπτικός. 1. *Nam illa iis quibus per phantasiam cogitur affici, assentitur.* Exemplum quoque dat: οἷον οὐκ ἂν εἴποι θερμαινόμενος ἢ ψυχόμενος, ὅτι δοκῶ μὴ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι. 1. *Cum calefit aut frigefit, nequaquam dixerit; Puto me non calefieri aut frigefieri.* Physiologiam etiam tractat Scepticus, sed tantum quatenus rationibus aliæ contrariæ respon-

 dent

dent & quatenus infert ἀταραξίαν. Sic *Empiricus* cap 9. καὶ τὸν λογικὸν μέρος καὶ τὸ ἠθικὸν τῆς λεγομένης Φιλοσοφίας ἐπεξχόμεθα. 1. *Et Logicam & Ethicam ejus quæ Philosophia dicitur, partem tractamus.* Interim citra ea, quæ per phantasiam percipiuntur, etiam res apparentes quærunt Sceptici & de iis dubitant, non ut apparentibus, sed tantum de eo, quod de iis dicitur. Α'λλὰ, *inquit Sextus* cap. XI. περὶ ἐκείνου ὃ λέγεται περὶ τοῦ φαινομένου. Exemplo sic declarat in seq: φαίνεται ἡμῖν γλυκάζων τὸ μέλι τοῦτο συγχωροῦμεν. γλυκαζόμεθα γὰρ αἰσθητικῶς. εἰ δὲ καὶ γλυκύ ἐστιν, ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ ζητοῦμεν. 1. *Apparet nobis mel dulcare. dulcedinem n. sensu percipimus. Sed an dulce sit, quod ad rationem & intelligentiam attinet, ambigimus.* Hic autem circa apparentia, ubi quæstio movetur, non de iis fit, sed ut dogmaticis Philosophis statuendi temeritas præcidatur.

CAP. V.

Criterium *Scepticum quid sit & circa quæ versetur & quomodo Philosophus eo afficiatur, Quæ ἀταραξία, & μετριοπάθεια & ἐποχή. Qui sint decem modi, quibus ad ἐποχὴν* Scepticam *pervenitur. Ubi quæ ἀγωγὴ, νόμος, ἔθος, μυθικὴ, πίστις, δογματικὴ, πρόληψις. Alii alios quoque modo addiderunt postea. Quot sint modi, quibus* dog-

Κριτήριον Scepticum est instrumentum ad judicandum, uti definit S. *Empiricus* lib. 1. Pyrrh. cap. XI. & ubi inquiritur de re an sit, aut non sit & ubi actiones vitæ communis judicantur. Est igitur id, quod apparet sive Phantasia. Ita ut quod tale aut tale apparet, in dubium non vocetur. Sed, ut ille, περὶ τοῦ εἰ τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον φαίνεται, ζητεῖται. 1. *De hoc an tale sit, quale apparet, ambigitur*. Præterea, quæ ad communem vitam pertinet, ut habenda. τοῖς φαινομένοις οὖν προσέχοντες κατὰ τὴν βιωτικὴν τήρησιν ἀδοξάστως βιοῦμεν. 1. *Apparentibus acquiescentes ea quæ ad vitam communem pertinent observando opinatione omni Liberi vivimus.* Hæc vita comm. ipsi dicitur Spectare opera sensus & intellectus. Item passiones & appetitus, legumque ac morum consuetudines. Præterea, prospiciens Scepticus finem suum primò Philosophaturus ad Phantasias discernendas comprehendasque deflectit, quærens, quæ veræ sint quæ falsæ, ut peturbatione mentis careat, incidit in contrarias sibi invicem rationes, quas cum dijudicare non possit, assensum retinet & sic forte imperturbatæ mentis status sequitur

circa opinabilia. Quæ ubi intentius considerat, utpote vel bona vel mala, fieri potest ut in plures perturbationes incidat, tum ob novitatem, tum quod sæpè immodicè efferatur mutationemque timens totus in hoc sit, ne amittat ea, quæ ipsi videntur esse bona. In universum autem, ut *Empiricus* cap. 12. vult, in illis quidem, quæ ex opinatione pendent ἀταραξίαν dicimus finem esse Sceptici & in coactis μετριοπάθειαν. Nonnulli autem non ignobilium Scepticorum eis ἐποχὴν, quæ circa quæstiones versatur, addiderunt. Ad illam perturbationis vacuitatem ex assensus retentione perveniebant, quam per mutuam rerum inter se oppositionem conquirebant. Cum apparentia apparentibus aut intellectualia intellectualibus opponebant, aut permutatim: Eadem turris procul [illegible]enti apparet rotunda, prope spectanti quadrata est. Et cum, ei, qui ex cælestium ornatu & legibus infert esse providentiam, opponebant: bonos sæpe adversa uti fortuna, malos prospera, &c. *Sextus* tradit decem modos (qui λόγοι & τύποι diversis vocibus idem significant) quibus ad τὴν ἐποχὴν perveniebant. Quorum *primus* (ut parvis lineis hæc tradamus) differen-

rentiam animalium respicit, quæ Phantasiæ occurrunt, tum in eorum generatione, tum in differ. præcipuarum corporis cujusque partium. Quæ singula & seq. persequitur cap. 14. lib. 1. Pyrrh. Hyp. Ubi & contra dogmaticos illam quæstionem: *an ratione utantur animalia, quæ vocantur irrationalia*, urget, allatis in adversum Speciosis rationibus. v. *Laert.* *Secundus* modus Epoches spectat hominum diversitatem, tum ratione corporis, tum ratione animi. Priori modo considerantur formæ & ἰδιοσυγκρασίαι. 1. *Est temperamenta*. Posteriori modo Spectatur appetitio vel declinatio in voluntate & in odio. Ubi voluptas & odium in sensu versari dicitur & Phantasia, cum eadem alii appetunt, alii declinant. Ita ut dicendum sit, non singulos eodem affici modo. Unde propter hominum varietatem necessum esse judicant adhibere ἐποχήν. v. *Laertium* & *Sext.* L. cit. *Tertius* modus versatur in diversitate organorum sive sensuum tum ratione visus discrepantis, tum ratione gustus & aliorum sensuum. Qui in variis sæpe variant, etiam de hoc vid. *Laertium.* *Quartus* est, qui παρὰ τὰς περιστάσεις vocatur. Quo nomine intelligimus

mus τὰς διαθέσεις vel habitus vel dispositiones. Et ejus contemplatio dicitur consistere in eo, quod secundum naturam aut quod præter naturam est. Scilicet in vigilia aut Somno, in ætatibus, in motu aut quiete, in odio aut amore, in inedia aut saturitate, in eo, si ebrii Sumus aut non poti. Item ἐν προδιαθέσεσι. 1. *Prædispositionibus* sive *præhabitudinibus*, in confidentia aut metu, in mærore aut gaudio, &c. Sic ferè *Laertius* & *Sext*. *Quintus* est ex positionibus & intervallis & locis, cum eadem res vel rectè vel obliquè, vel propè vel è longinquo vel hoc aut illo loco lucido aut obscuro aut aliter se habente posita videatur alia atque alia. Hic *Laertio* est Septimus. *Sextus* fit ex admistionibus, quas præferunt corpora, quæ non sola Spectantur, ut de rebus coloratis manifestum est, & de voce per varium aerem admissa & percussa & de odorabilibus & gustabilibus, &c. v. *Laert.* cui hic est Oct. *Septimus* versatur circa quantitates & σκευασίας vel συνθέσεις. 1. *Constitutiones & compositiones*, pro quibus assensum ad affirmandum, quid certi de rerum natura cohibebant Sceptici. *Octavus* est ex relatione ad aliquid, secundum quem colligunt

cum

cum omnia ſint ad aliquid, de hoc, quænam ſint per ſe & ſecundum naturam aſſenſum retenturis. Hic eſſe ad aliquid Sextus ſumit pro apparere ad aliquid, idque dupliciter ſcilicet vel apparens ad *judicans* πρὸς τὸ κρῖνον. Vel ad ea quæ ſimul in contemplationem veniunt πρὸς τὰ συνθεωρούμενα: ut dextra ad ſiniſtrum, &c. Plura vid. apud *Empiricum* l. 1. & *Laertium*, in Pyrrh. qui hunc modum decimum facit. *Nonus* dicitur eſſe ex crebrò aut rarò contingentibus. Ut cum Sol continuo apparens, licet obſtrupefaciendi vim habeat, tamen Cometa rarò comparens à Diis ad aliquid portendendum inſtitutus eſt. Et hoc idem notat & numero & re *Laertius*, &c. *Decimus* Modus ad moralia Spectat, qui eſt ex inſtitutis conſuetudinibus & legibus fabuloſiſque perſuaſionibus ac dogmaticis opinionibus. Ubi Inſtitutum ἀγωγὴ dicitur electio vitæ aut alicujus rei, quæ apud unum aut multos fit. Νόμος 1. *Lex.* v. pactum ſcriptum (ἔγγραφος συνθήκη) apud Reip. moderatores, quod qui tranſgreditur, punitur. Ἔθος ſive συνήθεια 1. *Conſuetudo.* 1. *Communi multorum aſſenſu rei alicujus comprobatio.* Μυθικὴ πίστις. 1. *Fabuloſa perſuaſio eſt fictarum rerum & quæ*

quæ nunquam fuerunt, approbatio. Δογματικὴ ὑπόληψις. 1. *Dogmatica opinio est approbatio alicujus rei, quæ consideratione aut aliqua demonstratione confirmari videtur.* Horum unumquodque Sceptici aliquando sibi ipsi, aliquando aliorum unicuique opponunt. Quæ latius singula *Sextus* persequitur in seq. Hic decimus modus *Laertio* est quintus, qui alia quædam præter hæc complectens videri poterit. Quomodo Sceptici posteriores insuper alios quinque ἐποχῆς modos excogitarint, sic tradit *Sext. Empericus* lib. 1. Pyrrh. Hyp. cap. xv. Οἱ δὲ νεώτεροι Σκεπτικοὶ παραδιδόασι τρόπους τῆς ἐποχῆς πέντε τούσδε. Πρῶτον τὸν ἀπὸ τῆς διαφωνίας. Δεύτερον δὲ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα. Τρίτον τὸν ἀπὸ τοῦ πρός τι. Τέταρτον τὸν ὑποθετικόν. Πέμπτον τὸν διάλληλον. 1. *Primum, qui à diffidentia: Secundum, qui in infinitum rejicit: Tertium, qui est à relatione ad aliquid: Quartum Hypotheticum: Quintum dallelum.* De quibus plura legi possunt l. cit. De iis etiam vid. *Laertium* lib. 9. in vit. Pyrrh. qui illos ibi Agrippæ cujusdam esse inventum addit cap. 15. duos alios Epoches modos tradunt, ubi, cum quicquid comprehenditur aut ex se aut ex alio comprehenditur, *dubitationem*

de

de rebus omnibus inducere videntur Sceptici. De quibus idem cap. 16. Tradit quoque *Sextus* cap. 17. Authoritate *Onesidemi* octo modos, quibus illi Dogmaticos sive ἀιτιολογικοὺς evertere student. Horum *Primus* est, secundum quem ἀιτιολογίας genus, quod in rebus non apparentibus versatur, non habet confessam ex apparentibus approbationem. *Secundus*, juxtà quem, cum magna sit sæpe in varias partes inclinandi occasio, adeo ut multis modis possit rei ratio, cujus quæstio agitur, afferri, uno tantum modo nonnulli rationem afferunt. *Tertius*, quæ eorum, quæ ordinatè fiunt rationes reddunt, quæ nullum ordinem ostendunt. *Quarto* accipientes apparentia, ut fiunt, etiam non apparentia putant se, ut fiant, comprehendisse. Cum ea quæ non apparent eodem modo fortasse efficiantur, quo apparentia, fortasse etiam non eodem modo, sed quædam peculiari. *Quintum* faciunt, secundum quem omnes fermè secundum proprias elementorum suppositiones, non autem secundum communes & passim receptas disputandi vias rationes reddunt. *Sextum*, juxtà quem sæpe, quæ facile deprehendi possunt, in suis suppositionibus sumunt:

munt: iis autem repugnantia, licet æquè ſint probabilia, prætermittunt. *Septimo* ſæpe reddunt rationes, quæ non modò apparentibus, ſed etiam propriis eorum ſuppoſitionibus repugnant: *Octavo*, cum ſæpe æquè dubia ſint ea, quæ apparere videntur, atque ea de quibus quæſtio eſt, ſententiam ſuam de dubiis ex æquè dubiis aſtruunt. Sed fortè quinque ex iis epoches modi hic ſufficiunt, ut ille vult.

CAP. VI.

Quomodo Sceptici Philoſophiam Dogmaticorum *oppugnent. Ubi de* Criterio veritatis *& quid ſit* comprehendere. Judicii ſuſpenſio. Senſus fallere. *aliquid natura* verum *eſſe. &* deſigno *ut dubitaut* Scept. *Item de* demonſtratione, Syllogiſmo definitione, diviſione *totius in* partes & Species. *& hujus* in particularia. *Item de* accidentibus Sophiſmatis & amphiboliis.

CONtra Dogmaticos acturus *Empiricus* & unamquamque tum rationalis, tum naturalis, tum moralis Philoſophiæ partem oppugnaturus, prius quærit lib. 2. cap. 1. Hyp Pyrrh. *An Scepticus poſſit aliquid inquirere in ea, quæ à dogmaticis dicuntur.* Objicientibus, aut comprehendit Scepticus, quæ à dogmaticis dicuntur aut non. Et ſiquidem comprehendit, quomodo

modo dubitet de iis, quæ comprehendisse se dicit? si non comprehendit, ac dicere de iis novit, quæ non comprehendit, & ita minus novit unumquodque eorum, quæ à Dogmaticis dicuntur, & inquirere non poterit adversus eos de iis, quæ non novit. Respondet, *Comprehendere* (τὸ καταλαμβάνειν) aliquando sumi simpliciter pro *intelligere*, nihil de existentia eorum, de quibus disserimus, affirmando: aliquando pro *intelligere* simul eorum existentiam, de quibus disputamus, ponendo. Addit deinde: εἰ μὲν γὰρ καταλαμβάνειν εἶναι λέγουσι ἐν τῷ λόγῳ τὸ καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατατίθεσθαι, τῆς καταληπτικῆς φαντασίας οὔσης ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένης καὶ ἐναπεσφραγισμένης, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. οὐδὲ αὐτοὶ βουλήσονται τάχα μὴ δύνασθαι ζητεῖν περὶ ἐκείνων ἃ μὴ κατειλήφασιν οὕτοι. 1. *Si n. comprehendere vocant in sermone sive ratione comprehensivæ phantasiæ assentiri: cum Phantasia comprehensiva sit ab existente secundum ipsum existens impressa & intus obsignata, qualis quidem esse non possit à non existente: ne ipsi quidem volent fortasse non posse de iis quærere, quæ non percipiunt.* Exemplo quoque hoc confirmat

ſc: cum Stoicus adverſus Epicureum quæſtionem movet dicentem; diviſam eſſe ſubſtantiam aut Deum non providere iis, quæ ſunt in mundo, aut voluptatem eſſe bonum. Quærit, utrum comprehendat ille, an non? Et ſi comprehendit, exiſtere ipſa dicens, funditus evertet Stoicam diſciplinam: ſi non comprehendit, non poteſt quicquam adverſus ea adferre. Et ſtabilietur, inquit, Sceptica Philoſophia, ſi hoc concedatur: non poſſe quærere quenquam de eo, quod non ita comprehenſum fuerit. Qui enim de re incerta pronunciat & dogma ponit aut re comprehenſa aut non comprehenſa, de ea pronunciare ſe dicet. Nec ab intelligendi facultate excluditur *Scepticus* juxta eundem, eâ, quæ ipſi fit ab iis, quæ paſſibiliter ipſi obverſantur ortu ipſo apparentia: neque neceſſario eorum, quæ ſub intellectum cadunt, exiſtentiam inducit. Unde etiam *Ephecticus* ſive quærat ſive intellectus facultate utatur, in Sceptico inſtituto dicitur permanere. De *Criterio* veritatis, quod rationale eſt, Sive inſtrumento ad judicandum de veritate *Sextus* lib. 2. cap 4. differit, an ſit; Sed ἐπέχει. & inquirendum judicat, quod vel eſt, à quo, per quod

quod & secundum quod. Ex. Gr. à quo homo, per quod sensus aut intellectus, secundum quod applicatio Phantasiæ, secundum quam homo aggreditur dijudicare per unum aliquod ex ante dictis. *Amplius*: De *Primo*; homo mihi videtur ex iis, quæ à Dogmaticis dicuntur non solum comprehensiva facultate, sed etiam intellectiva carere. Audimus enim apud Platonem *Socratem* apertè fatentem, se nescire, an sit homo, an aliud quidpiam. & differunt Philosophi in ejus notione, &c. Quibus plura alia subtexit *S. Empiricus* cap. 5. Deinde de *Secundo;* qui juxtà Dogmaticos; homo est id, à quo judicantur res. sed is aliud nihil habere potest, per quod judicare queat, quàm sensum & intellectum, ut ostendere conatur Author cap. 6. Nec solum sensum judicare potest nec per solum intellectum, neque per utrumque simul. v. plura in seq. De *tertio*. i.e. *Criterio*, secundum quod, agit cap. 7. Illud, inquit, primum dicere de eo licet, Phantasiam nos imaginari non posse. Dicunt enim *Phantasiam* esse impressionem in Hegemonico. Cum igitur anima & hegemonicum Spiritus sint, aut tenujus quoddam Spiritu (ut ajunt,) non poterit quisquam im-

pressionem in ipso imaginari, nec per prominentiam, neque per depressionem in profundum, ut in sigillis videmus; nec per eam, quæ miraculosè configitur, *Heteræoticam*. Quæ posteà satius deducit dicto loco. Itaque hic dicendum est, quod habet *Laertius* in vita Pyrrhonis lib. 9. Sceptici ἀνῄρουν πᾶν κριτήριον. 1. *Omne judicium tollebant.* Ubi quoque de iis latius agit & alia quadam via. Quorum & sequens addendum est: αἱ δὲ αἰσθήσεις ψεύδονται, ὁ δὲ λόγος διαφωνεῖ, ἡ δὲ καταληπτικὴ φαντασία ὑπὸ νοῦ κρίνεται καὶ ὁ νοῦς ποικίλως τρέπεται, ἄγνωστον οὖν ἐστι τὸ κριτήριον καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀλήθεια. 1. *Sensus autem falluntur mentiunturque, ratio autem discordat, perceptibilisque Phantasia ab animo judicatur, animusque ipse variis motibus circumagitur. Hac ergo ratione ignotum est judicium ac per id veritas quoque ignoratur*. v. *Euseb.* lib. 14. cap. 8. Præterea *Sextus* etiam quærit, *an aliquid natura sit verum* cap. 9. lib. 2. Pyrrh. Hypoth. & tandem dicit: εἰ οὖν μήτε τὰ φαινόμενα ἐστὶν ἀληθῆ, μήτε ἄδηλα μόνα, μήτε τινὰ μὲν φαινόμενα, τινὰ δὲ ἄδηλα, οὐδέν ἐστιν ἀληθές. 1. *Si igitur nec apparentia vera sint neque incerta sola nec quæpiam ex apparentibus, quæpiam ex incertis, nihil est ve-*

verum. Signum quomodo negent *Sceptici*, discimus è *Laertio* l. cit. σημεῖόν τε οὐκ εἶναι. εἰ γὰρ ἐστι (φασὶ) σημεῖον, ἤτοι αἰσθητὸν ἐστιν ἢ νοητόν. Αἰσθητὸν μὲν οἶν οὐκ ἔστιν. ἐπεὶ τὸ αἰσθητόν, κοινόν ἐστι. τὸ δὲ σημεῖον, ἴδιον. καὶ τὸ μὲν αἰσθητὸν, κατὰ διαφορᾶς. τὸ δὲ σημεῖον τῶν πρός τι. νοητὸν δὲ οὐκ ἔστιν. ἐπεὶ εἰ ἐστι νοητὸν ἤτοι φαινόμενόν ἐστι φαινομένου ἢ ἀφανὲς ἀφανοῦς ἢ ἀφανὲς φαινομένου ἢ φαινόμενον ἀφανοῦς. οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν, οὐκ ἄρα ἐστὶ σημεῖον. 1. *Signum item esse negant. Nam siquidem signum est, inquiunt, aut sensibile esse necesse est aut intelligibile. At sensibile non est: nam sensibile commune: signum v. proprium est. Ac sensibile secundum quidem differentiam, signum v. eorum, quæ ad aliquid dicuntur, est. Intelligile itidem non est. Quoniam si est intelligibile aut apparens erit ex eo, quod videtur, aut non apparens ex eo, quod non videtur, aut non videtur ex eo quod apparet aut videtur ex eo quod non apparet; Nihil autem horum est, non igitur signum. Sextus Pyrrh.* cap. x. lib. 2. Ex eo, quod quædam res sint certæ, quædam incertæ, excludere signum nititur & porro an signum judicatorium dari possit seq. cap. quærit. Etiam de *demonstratione* agentes assensum retinent *Sceptici.* de quo vid. *Laertium* l. cit. &

Empiric. lib. 2 Pyrth. c. 12. & seq. ubi rationum συναϰτιϰῶν i. *Colligendi vim habentium* alias faciunt veras, alias non. Illarum alias demonstratorias, alias quoque non tales. Quarum iterum illæ per certa dicuntur colligere incertum. è quibus aliæ ἐφοδευτιϰῶς eos ducunt per sumptiones ad conclusionem, i. quæ ex fide & memoria pendere dicuntur. Sic ut conclusioni assentiantur, non tam propter sumptionum necessitatem, quàm quod credatur pronuncianti. Aliæ non solum ἐφοδευτιϰῶς, sed etiam ἐϰϰαλυπτιϰῶς i. *Declarativè* eos ducere ad conclusionem dicuntur, sic ut probatio incertam adhuc relinquat conclusionem. Quomodo tollatur ipsa demonstratio dogmatica apud Scepticos, sic *Laertius* docet in hunc fere sensum: Omnis demonstratio aut ex demonstratis rebus constat aut ex non demonstratis. Si ex demonstr. Igitur & illa demonstratione egebunt. Atque ita in infinitum. Sin v. ex non demonstratis, si omnia, si quædam, si unum etiam solum dissideat, totum demonstratione carebit. v. plura in seq. & hic & apud *Sextum*. Iisdem, quibus demonstrationem, & aliis rationibus etiam syllogismos eliminant, ut idem *S. Emp*. lib. cit.

cit. cap. 14. & 15. ostendit. Et quò incertiora inducant etiam ipsas definitiones jugulant, ut legere est ap. eundem cap. seq. præcipuè, cum Dogmatici ἢ, sic ait, πρὸς κατάληψιν ἢ ὡς πρὸς διδασκαλίαν ἐν πᾶσι ἀποδεικνύουσι τοὺς ὅρους ἀναγκαίους. 1. *Aut ad comprehensionem, aut ad docendi Methodum in omnibus necessarias esse definitiones ostendunt.* Addit: ἐὰν οὖν ὑπομνήσωμεν ὅτι πρὸς οὐδέτερον τούτων χρησιμεύουσι, περιτρέψομεν οἶμαι πᾶσαν τὴν γεγεννημένην περὶ αὐτῶν παρὰ Δογματικοῖς ματαιοπονίαν. 1. *Si igitur docuimus ad neutram horum utiles esse, evertemus meo quidem judicio omnem vanum circa has Dogmaticorum laborem.* Cujus summa huc tendit: si is, qui ignorat id quod definitur, non potest id quod ipsi est incognitum definire: At is qui cognoscit & posteà definit, non comprehendit ex definitione id quod definitur; sed ad id jam comprehensum superaddit definitionem, non erit ad comprehensionem rerum necessaria definitio. & sic, si omnia definiri vellemus, omnino nihil definiemus, eò quod in infinitum prolaberemur. Etiam, si aliqua absque definitionibus comprehendantur, definitiones ad comprehensionem non erunt necessariæ, &

ratio erit nulla, cur ſic & cætera non comprehendantur. Et; aut omnino nihil definiendum propter progreſſionem in infinitum, aut non neceſſarias proferemus definitiones & ita nihil ad docendum conferent. Cum, qui docere debet, cognovit citra definitiones, etiam, qui diſcunt, ſine iis doceri poterunt. Præterea, ex iis quæ definiuntur, dijudicant definitiones, ajuntque vitioſas eſſe eas, quæ aliquid complectuntur eorum, quæ non inſunt definitis aut omnibus aut aliquibus, & ita deinceps. Contra *diviſionem* nominis in ſignificata, totius in partes, generis in ſpecies, ſpeciei in particularia etiam ſe erigunt iidem *Pyrrhonii.* Quoad *primum*; vellicant ſcientiæ diviſionem in natura & poſitione talem, ap. *Sext.* lib. 2. cap. 18. &c. Quoad *ſecundum:* exempl. eſt in diviſione *numeri denarii* in unitates, à quo, ſi toties unitas auferatur, non amplius manebit denarius, ſed minor atque alius, & ita ſequentium ablatio non erit à decade, &c. Apud eundem cap. 19. Quoad *tertium*, &c. dicunt, Ubi Dogmatici genera & ſpecies velint eſſe noemata, eadem valere hic contra eos, quæ à Scepticis proferuntur adverſus hegemonicum

&

& Phantasiam. Præterea, si illis propriam subsistentiam tribuant Dogmatici, sic insurgunt in eos Sceptici: si genera sunt, aut tot sunt, quot sunt species; aut fieri potest, ut communis omnibus, quæ ejus species esse dicuntur, sit species, scilicet *genus*. Si ergo tot sunt genera quot sunt species; non jam fuerit commune genus, quod in ipsas dividatur: At si unicum esse dicatur genus in omnibus speciebus; Unaquæque illius species, aut ejus totius particeps est, aut partis ejus. Sed *totius* nequaquam. Cum semper pars minor toto & impossibile sit, ut, cum unum quoddam existat, in alio & alio eodem tempore contineatur. sin *partem*, primùm quidem non consequitur speciem genus totum, ut volunt Dogmatici. Nec homo erit animal, tantum pars animalis, scilicet substantia; neque animata neque sensitiva. quibus *addunt:* omnes species aut dicentur participes esse ejusdem partis generis sui, aut aliûs atque aliûs. Sed ejusdem impossibile est. si v. alius atque aliûs, nec similes inter se erunt species secundum genus, quod illi negant, & infinitum erit genus unumquodque in infinitas scissum non solum species, sed & particularia, in

 qui-

quibus cum ſpeciebus ſpectantur. Quod ſi unaquæque ſpecies neque totius generis particeps eſt neque partis ejus, dici non poterit, unum eſſe genus in omnibus ſuis ſpeciebus, in quas dividatur. Omitto ea, quæ inſuper *Sextus* cap. 20. longè plura contra hæc profert. vid. præterea, quæ apud eundem cap. 21, & 22, & 23. contra *communia accidentia* & *Sophiſmata* & *Amphibolias* objecta occurrunt. Atque hæc Philoſophiæ Dogmaticorum partem rationalem ſpectant. Videamus jam paucis, quæ adverſus naturalem habent Sceptici & moralem.

CAP. VII.

De Deo *ut dubitarunt* Sceptici, *item de* cauſis, principiis *corporum naturalium. Quid contra* motum *Localem adtulerint. In Morali Philoſophia quid in dubium vocaverint. Ubi* turpis *&* honeſti *ſive boni & mali & indifferentium*, remotio. *Item* actus *ſecundum* vitam. Diſciplinas *uti abſtulerint Sceptici.*

DE *Deo* cum Sceptici inquirunt, illud præfari ſolent, quod *Emp.* lib. 3. Pyrrh. Hyp. cap. 1. exhibet in hunc modum: ὅτι τῷ μὲν βίῳ κατακολουθοῦντες ἀδοξάστως φαμὲν εἶναι Θεοὺς, καὶ σέβομεν Θεοὺς καὶ προνοεῖν αὐτοὺς φαμέν. 1. *Nos vitam communem ſequentes, nulli*

nulli autem opinioni adhærentes, dicimus esse Deos & colimus Deos & providentiam illis attribuimus. Sed cum inquirunt, quid dogmaticorum argumenta pro Deo demonstrando valeant, ob oculos ponunt. Ideo sic ille; πρὸς δὲ τὴν προπέτειαν τῶν Δογματικῶν τάδε λέγομεν. 1. *Adversus dogmaticorum temeritatem hæc dicimus.* Eorum summam sic exhibemus. Earum rerum quas intellectu percipimus substantiam imaginari debemus, quod aut *corpora* sunt aut *incorporea* aut *formæ.* Deinde, quod intellectu percipitur, *alicubi* percipitur. Quum igitur è Dogmaticis alii *Deum* dicant esse corpus, alii incorporeum: Et alii quidem summa forma præditum, alii minimè: & alii, in loco esse; alii, in loco non esse: & eorum, qui in loco eum esse ajunt, alii intra mundum, alii extra eum collocant. Quomodo poterit Deus intellectu percipi, si neque substantia ejus habeatur, de qua constet, neque forma, neque locus in quo sit? Prius illi fatentur & assentiuntur, talem esse Deum; deinde ipsum deformantes, jubent eum intellectu percipi. Ergo Sceptici hinc inferunt; se à Dogmaticis, quamdiu indecisa inter eos est lis quoad dicta, non habere quid certi de

de Deo. Sed si aliquis *incorruptibile* & *beatum* imaginetur, Regerunt illi; quomodo poterunt accidentia aut attributa dari ei rei, de cujus natura nil explorati est? accedit, quod dicere nondum poterit, quid sit beatum: an, quod agit secundum virtutem & providet iis, quæ subjecta sunt. An quod in nulla ratione versatur neque ipsum ullum negotium habet neque alteri exhibet. Inter hæc rursus mota controversia, imperv estigabile adhuc manet, quid *beatum* illud, & quid *Deus* sit. Addunt: quodsi etiam intellectu Deus percipiatur; assensus retinendus est, an sit nec ne. cum aliàs à Dogmaticis penderent Sceptici. Et si ex se ipso in sensus nostros, inquiunt, caderet Deus, convenisset inter dogmaticos de hisce, quis sit & qualis & ubi. Sed controversa hæc sunt. Ergo demonstratione hic opus. Qua, qui affirmat *Deum esse*, hoc facit aut per manifestum, aut per incertum. Non priori modo. Nam si certum fuerit id, quod demonstrat *esse Deum*: Quia quod demonstratur id demonstrans intelligentia percipit, ideo etiam comprehenditur simul cum eo, certum etiam erit hoc: *Deum esse*. Sed non est hoc certum, ergo non sit de-

demonstratio per certum. Sed etiam nec, inquiunt; per incertum. Nam incertum illud opus habet demonstratione, quæ fiat per certum, & sic fiet certum, quod non obtinet. Nec quæ fiat per incertum, ne progressus in infinitum contingat. Ergo non potest ex alio demonstrari, *Deum esse*. Quod si ex se ipso est certum, neque ex alio demonstratur, non poterit comprehendi, an sit *Deus*. Alia argumenta desumpta à providentia urgentur contra eosdem dogmat. quæ ibid. vide. Etiam contra *Causas* præliantur Sceptici. Dicunt quidem, verisimile esse, quod sit causa, sed etiam verisimiliter loqui, qui aliquid alicujus causam esse negant. Et quidem proferunt seq. sc. Causam non esse neque eam imaginari quenquam posse, priusquam effectum ejus comprehenderit. Et ne ipsum quidem effectum causæ, ut effectum ejus esse discat, nisi prius causam effectus comprehenderit. Et cum mutuò alterum alterius confirmatione egeat, utrum prius imaginari illum oporteat, equidem dubitat. & ita, inquiunt, nec esse alius causam, dicere poterimus. Plura vid. ap. *Sextum* lib. 3. cap. 3. Pyrrh. & *Laertium* in vit. Pyrrh. Adversus *Principia materialia* hæc habent: scil.

Ea

Ea esse incomprehensibilia dicunt è controversia, quæ de iis est inter dogmaticos, ubi alius vult ea esse terram, ut *Pherecydes*; alius aquam ut *Thales*: alius infinitum, ut *Anaximander*: alias aerem: ut *Diogenes Apollon*. & *Anaximenes*: alius ignem, ut *Hippasus* Met: alius terram & aquam, ut *Xenophanes Coloph*. Alius ignem & aerem, ut *Oenopidis Chius*: alius ignem & aquam, ut *Hippon. Rheginus*: alius ignem, aquam & terram, ut *Onomacritus*: alius ignem, aerem, aquam & terram, ut *Empedocles*, & *Aristoteles* aliique: alii atomos, ut *Democritus*, & *Epicurus*. Alius homoiomerias, ut *Anaxagoras Clazomenius*. Alius minima & innumerabilia corpora, ut *Diodorus Cronus*. Alii incompositas moles, ut *Heraclides Ponticus* & *Asclepiades Bithynus*. Alius Numeros, ut *Pythagoras*; alii extremitates corporum, ut *Mathematici*, alius qualitates, ut *Straton* Physicus &c. In tanta sententiarum diversitate, inquiunt, aut omnibus assentiemur aut aliquibus, non omnibus citra contradictionem. Si aliquibus; hoc facit simpliciter, ut sine demonstratione, aut cum demonstratione. Non prius, cum hoc esset ἀφιλόσοφον. Sin posterius, vera debebit esse demonstratio. Sed vera

esse

eſſe non poterit, niſi verum judicium ejus fuerit. Verum autem κριτήριον per demonſtrationem judicatam oſtenditur. Cum demonſtratio ſemper egeat criterio demonſtrato, criterium demonſtratione judicata. Et ſi ſemper criterium criterio judicetur, & demonſtratio demonſtratione demonſtretur, ad Infinitum procedetur. Ergo, ajunt, cum nec omnibus nec aliquibus opinionibus de elementis aſſentiri poſſimus, aſſenſus neceſſario retinendus. vid. hæc ap. *Sextum* lib. 3. cap. 4. Et quærens ſeq. cap. an corpora ſint comprehenſibilia, etiam ἐπέχειν malit, propter oblatas dubitationes. Sicut & de craſi elementorum, cujus non unam dicit eſſe apud Dogmaticos opinionem, cap. 6. contra *motum* Localem etiam ſua dubia inferunt Sceptici apud eundem cap. 8. Ubi de motu refert tres diſcrepantes ſententias eorum. *Bias* & aliqui alii Philoſophi eſſe motum dicuntur ſtatuiſſe: *Parmenides* v. *Meliſſus* & alii eundem negare. Et Sceptici, non magis eſſe motum, quam non eſſe. Quantum ad apparentia quædam, videri eſſe motum, ſed quatenus quis Philoſophicam rationem ſequatur, non eſſe. Contra priores duas opiniones quæ proferunt

non

non magni momenti, vide ibid. Quæ habent contra augmentationem & diminutionem, ablationem & additionem, transpositionem, totum & partem, naturalemque mutationem, generationem & corruptionem; quietem, locum, tempus & numerum, vid. apud dictum S. Empiricum à cap. 9. ad 19. lib. 3. Pyrrh. vid. etiam *Laertium* de quibusdam in vit. Pyrrh. Contra Ethicam etiam se Sceptici erigunt, inque illa suam ἐποχὴν locum habere contendunt. Hujus instituti ut aliquid nobis constet, per summa capita ibimus. ut tantum illa hic respiciamus, quæ de bonorum & malorum & indifferentium existentia illi inquirunt, &c. Refert *Laertius*, quid Pyrrho de his senserit: οὐδὲν, inquit, ἔφασκεν οὔτε καλὸν, οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον. 1. *Negabat n. quicquam turpe esse aut honestum, justum vel injustum.* Modum autem, quo Sceptici volunt nihil natura bonum aut malum esse in seq. sic idem tradit. Φύσει τε inquit, μὴ εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν. εἰ γάρ τί ἐστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακὸν, πᾶσιν ὠφείλει ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπάρχειν. ὥσπερ ἡ χιὼν πᾶσι ψυχρόν. κοινὸν δὲ οὐδὲν πάντων ἀγαθὸν ἢ κακόν ἐστιν. οὐκ ἄρα ἐστὶ φύσει ἀγαθὸν ἢ κακόν. 1. *Natura quoque bonum aliquod aut malum esse,*

esse, ita negant. Si quid, agunt, natura bonum aut malum est, illud omnibus bonum aut malum esse debet. Sicut & nix omnibus æquè frigida est. Nullum est autem bonum aut malum, quod sit commune omnium, non igitur est natura bonum aut malum. Pergit ille: ἤτοι γὰρ πᾶν τὸ ὑπό τινος δοξαζόμενον ῥητέον ἀγαθὸν ἢ οὐ πᾶν. καὶ πᾶν μὲν οὐ ῥητέον, ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ὑφ' οὗ μὲν δυξάζεται ἀγαθόν, ὡς ἡ ἡδονὴ ὑπὸ Ἐπικούρου. ὑφ' οὗ δὲ κακόν, ὑπὸ Ἀντισθένους. συμβήσεται τοίνυν τὸ αὐτό, ἀγαθόντε εἶναι καὶ κακόν. εἰ δ' οὐ πᾶν λέγοιμεν τὸ ὑπό τινος δοξαζόμενον ἀγαθόν, δεήσει ἡμᾶς διακρίνειν τὰς δόξας. ὅπερ οὐκ ἐνδεχόμενόν ἐστι, διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν λόγων. 1. *Aut n. omne quod à quoquam existimatur bonum dicendum est aut contra. At omne dicendum non est: namque idem ab aliquo putatur bonum, sicut voluptas ab Epicuro ab aliquo è converso malum scilicet ab Antisthene. Contingit igitur id quod fieri non potest, idem & bonum esse & malum. Quod si non omne, quod ab aliquo putatur, bonum dixerimus, necesse erit nos discernere opiniones. Quod per parem rationum vim possibile non est.* Concludit: ἄγνωστον οὖν φύσει ἀγαθόν. Vide etiam de his ap. *Sextum* lib. 3. cap. 23. Pyrrh. hypoth. Ubi etiam de indifferenti & alias rationes

in contrarium profert. Adde quoque cap. 24. quo loco & tradit, quæ sit ea, quæ dicitur ars circa vitam, eamque cap. 25, ut judicatur versari debere circa bonorum, malorum & indifferentium considerationem, dari posse negat. & seq. cap. duobus, neque hominibus eam artem quæ est secundum naturam, indi, neque eos doceri. Quomodo disciplinas abstulerint Sceptici, ita brevibus exhibet *Laertius* in Pyrrhone: εἴπερ (φασὶ) διδάσκεταί τι ἤτοι τὸ ὂν τὸ εἶναι διδάσκεται. ἢ τὸ μὴ ὂν, τῷ μὴ εἶναι. οὔτε δὲ τὸ εἶναι διδάσκεται. (ἡ γὰρ τῶν ὄντων φύσις πᾶσι φαίνεται καὶ γνώσκεται) οὔτε τὸ μὴ ὂν, τῷ μὴ ὄντι. (τῷ γὰρ μὴ ὄντι οὐδὲν συμβέβηκεν) ὥστε οὔτε τὸ διδάσκεσθαι. 1. *Si quid, ajebant, docetur, sive quod est eo ipso quod est, sive quod non est, docetur. Neque verò quod est, eo ipso quod est, docetur. Namque natura omnium, quæ sunt, omnibus patet, atque cognoscitur id, quod non est. Ei quod non est, nihil contingit, ita ne doctrina quidem.* vid. *Sext.* in princip. advs. Math. cap. 1. Qui etiam quærit ejusdem lib. cap. 28. An sit aliquid quod doceatur. & negat, quod cum nec falsum nec verum sit existens, non possit doceri, & ea de quibus dubitatur, etiam doceri non possint. Adde

ex

ex ipso, quod res quæ docetur; aut apparens sit aut incerta. Quæ autem apparet res, non docetur, cum omnibus attendentibus apparet. Sed si incerta, cum ea ob indijudicabilem de iis controversiam incomprehensibilis sit res, non poterit doceri. Præterea sic illi: id quod docetur aut corpus est aut incorporeum. Utrumque autem eorum sive apparens sit sive incertum doceri non potest secundum suprà datam rationem. Plura vid. in seq. & eundem contra Mathematicos in princip. cap. 2. Etiam an sit docens & discens *Hypoth. Pyrrh.* lib. 3. cap. 29. & contra Math. princip. cap. 4. item, an sit discendi modus cap. 30. *Pyrrh. hyp.* lib. cit. atque hæc sufficiant de Philosophia *Sceptica*. Ascendamus jam ad tempora Socratis, quem & Philosophandi ejus rationem porrò intuamur.

CAP. VIII.

Socrates quis, quando vixit, cujus discipulus. Etiam *militasse* fertur. Ille naturâ *tardus* ad discendum, sed per Philosophiam correctus. Inde & *ingeniosus* factus & ejus *disputandi ingenium.* Ejus animi *magnitudo*, *modestia*, *patientia*, *continentia*, *temperantia* & *frugalitas*, animi *gratia*, *gravitas*, *Libertas*, *contemptus* divitiarum. Compendio ejus *virtutes* traduntur, quas non tantum docuit, sed

& præstitit. Quibus Socrates fuit illaudatus. *Dæmonium* ejus quid & quale. Socrates *eloquentia* & *disputandi* ratio peculiaris per *interrogationes* institui solita. Quomodo *dubitare* sit solitus & arguere & argui. Quomodo alios *refellere* solebat. An de rebus *naturalibus* differuerit. Philosophia *Socratico Platonica* ut nobis sumenda. Ut *Mathematicas* disciplinas parvi æstimavit Socrates. Ut æstimata ab eo *Geometria*, *Astronomia*, *Musica*, & *Poesis*, *Rhetorica*. nihil Socrates scripsit.

Inter Jonicos Philosophos non minimam famam tenuit *Socrates* sincerioris Philosophiæ repertor, in Græcis ac Latinis celebratissimus. Hic Patre natus Sophronisco marmorario, cujus & ipse artis peritus traditur fuisse ap. *Diogenem Laertium*, lib. 2. in ejus vit. vid. & *Xenophontem de adminiſtr. domeſt.* & *Ioh. Chryſoſt.* tom. 5. lib. 2. contr. contempt. vitæ Monast. & *Theod.* de cur. Gr. Athenæ ejus patria fuerunt, ubi & Philosophatus & floruisse traditur. Vixit ille tempore Euripidis poetæ & Archelai Physici Jonii, quorum & Anaxagoræ discipulus fuisset. vid. Laertium l. cit. qui id testatur authoritate Mnesibochi, Aristophanis, Alexandri & Aristoxeni. v. *Platonem* in Phædone pag. ed. Serr. 97. eadem pene apud *Augustinum* de civit. Dei lib. 8. cap. 2. & *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. pag. 301. sic. *Eusebius* lib. 14. Præp. cap. 5. ἦν δὲ Ἀνα-

ξαγό-

ξαγόρου μὲν διάδοχος, τῆς τε διατριβῆς ὁμοῦ καὶ τῆς δόξης Ἀρχέλαος. Ἀρχελάου δὲ ἀκουστὴς γεγονέναι λέγεται Σωκράτης. 1. *Erat Anaxagoræ assecla quoad conversationem & Opiniones Archelaus, Archelai v. auditor traditur fuisse Socrates.* Natus autem fertur Euripides apud Laertium anno primo Septuagesimæ Olympiadis sub Calliade. Et Socrates ibidem testimonio Apollodori in Chronicis sub Apsephione septuagesimæ & septimæ Olympiadis anno quarto, Thargelionis mensis sext. sic etiam *Ælian:* lib. 2. var. Hist. cap. 25. Quod tempus, ut ille, non solum Atheniensibus, sed & aliis multa bona attulit. & mortuus est primo anno 95. Olymp. 1. anno ætatis prope 70. Educatus fuit honestè, sed non molliter; quippe qui etiam militasse fertur & lapsum equo Xenophantem servasse, cumque Alcibiade pugnans fortissimè, ipsi tamen victoriam concessisse. In quo vitæ genere peregrinatus est, sed non studiorum causa. Natura tardus ad discendum fuisse dicitur. Ideo *Zopyrus* (apud *Ciceronem* de fato. 10.) *Physiognomon ex aspectu frontis collegit eum esse stupidum & bardum, quod jugula concava non haberet.* Qui idem fertur 4 Tusc. 80. ob id derisus

à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoverant, ab ipso Socrate sublevatus est, *cum illi signa ea sibi inesse, sed ratione à se dejecta diceret. Laertium* lib. 2. in vita ejus, ἦν γὰρ, inquit, ἱκανὸς ἀπὸ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους εὑρίσκειν. 1. *Erat illi ingenium ad eliciendos ex rebus sermones accommodatum.* Ingenii ejus Magnitudo & multiplex ratio disputandi laudatur apud *Laert.* in ejus vita. & *Eusebio* lib. XI. præp. cap. 1. dicitur Socrates *ingeniosissimus natura fuisse* testimonio Aristotelis. *Cicero* orat. 41. *Majore, inquit, mihi ingenio esse videtur quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur.* (de quo post) vide *Ciceronem* 5. Tusc. q. 11. Porrò, ut constet quemadmodum hic Philosophis vixerit, qui Practicam Philosophiam docere & adprobare annitebatur, quasdam animi ejus virtutes, *ad quas major ejus indoles erat* juxtà *Ciceronem* or. 41. delibemus. *Magnitudo* animi in eo Laudata fuit à *Tullio* 1 Tusc. q. 71. etiam in rejicienda Lysiæ oratione defensoria ap. *Valerium Max.* lib. 6. cap. 4. & ap. *Laertium* licet αὐτοῦ τὸ ὑπερόπτικον καὶ μεγαλόφρον ostendens *Aristophanes* sic canat:

Βρενθύῃ τ' ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλεις

καὶ

——καὶ ἐν ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς. i. *Elatus fastu vias terit, oculisque innuit & inter nos vultu gravitatem præ se fert.* Aliàs anteà Diogenes dixerat de illo, quod ἦν δ' ἱκανὸς καὶ τῶν σκωπτόντων αὐτὸν ὑπερορᾶν. i. *Magna animi sublimitate carpentes se atque objurgantes contemnebat.* *Xenophon* in Apologia ejus circa fin. probat ejus ῥώμην τῆς ψυχῆς, de qua in hanc modum: Ἐγὼ μὲν δὲ κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν σοφίαν καὶ τὴν γενναιότητα, οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. i. *Sapientiam quidem certo animique magnitudinem in hoc viro cum considero, non possum non ejus meminisse, nec ubi meminerim non etiam laudare.* Magno quoque ille animo pecunias Archelai, Scopæ & Eurylochi aspernatus est, ut testatur *Laertius*. *Modestiam* ejus commendat idem lib. 1. memorabilium p. m. 562. etiam Ælianus lib. 3. var. Hist. cap. 28. ubi & Alcibiadis fastum retundit. Vide de eo etiam apud *Theod.* l. 1. de Curat. Gr. Aff. *Dion Chrysost.* Orat. 56. dicit ipsum nunquam quicquam *Magnum* de se dixisse. Et *Eusebius* lib. 1. de præp. evang. citato in hanc rem Xenophonte ait, quod nemo unquam Socratem impium quippiam & irreligiosum fecisse vi-

 dit,

dit, aut dixisse andivit. Tolerantiam ejus passim laudant. Amipsias ap. Diogenem καρτερικόν. i. *Patientem* appellat. & Aristophanes suprà cit: κακὰ πολλὰ ἀνέχοντα. i. *Multa mala tolerantem*. Quantam patientiam ei expresserit uxor Xantippe, tum *Laertius*, tum alii ubertim deprædicant. Cum à plerisque ob id quod jactaret digitos crinesque in oratione vellere videretur, dicitur ille πάντα ταῦτα φέρειν ἀνεξικάκως i. *æquo animo hæc omnia tolerasse.* Et cum à quodam calce percussus esset, admirantibus illius tolerantiam dixit: εἰ δέ με ὄνος ἐλάκτισε δίκην ἂν αὐτῷ ἐλάγχανον. i. *Quid enim si me asinus calce impetivisset, num illi diem dixissem?* v. *Senecam* lib. 3. de ira. cap. xi. v. *Gellium* lib. 2. cap. 1. Ubi & tradit, quomodo patientiam corporis exercere solitus sit. *Stare, inquit, solitus dicitur pertinaci statu perdius atque pernox à summæ lucis ortu ad solem alterum Orientem inconnivens, immobilis, iisdem in vestigiis & ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore. Patientiam* ejus in comædorum salibus & uxoris injuriis ferendis laudat *Seneca* libro de constant. Sap. cap. 18. & epist. 105.

Hæc

Hæc, inquit, eousque animum Socratis non moverunt, ut ne vultum quidem moverit. Illam admirabilem laudem & singularem usque ad extremum servavit. non hilariorem quisquam, non tristorem Socratem vidit: æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ. Sic ille per calamitates, quas recenset ibidem Seneca tractus, Perpessitius Senex dicitur. vide & *Gellium* lib. 1. cap. 17. & *Ælian.* lib. 9. var. Hist. cap 7. *Constantiam* ejus præter *Laërtium* laudat idem *Ælian.* lib. 2. var. Hist. cap. 13. Ubi non tantum populi de se judicium & calumnias adversariorum contemnit & munera, ut Idem lib. 9. cap. 29. habet, sed & ipsam mortem, teste eodem lib. 2. cap. 36. vid. & Ciceron. 1. Divin. 124. *Socrates, inquit, cum impiis sententiis damnatus esset æquo animo se dixit mori.* v. *Valer. Max.* lib. 6. cap. 4. in ext. & Xenophont. l. cit. & *Cicer.* 1 Orat. 231. *Plin.* lib. 7. cap. 18.

Humanitatem Socratis laudat *Dio Chrysostomus* Orat. 55. *Continentiam* ejus *temperantiam* & *frugalitatem Xenophon* l. cit. extollens sic infit: πρῶτον μὲν ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος ἦν. & post: ἐπὶ δὲ πρὸς τῷ μετρίως δεῖσθαι πεπαιδευμένος. 1. *Primam Venerea-*

rum rerum & ventris erat continentissimus etiam sic ad frugalitatem institutus. Laertius l. cit. εὔτακτος ἦν τὴν δίαιταν 1. *Parcè & temperatè vixit. Gellius* l. cit. *Temperantia quoque, inquit, eum fuisse tanta traditum est, ut omnia ferè vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. & pòst: Is parcendi moderandique rationibus dicitur & à voluptatum labe cavisse & salubritates corporis retinuisse.* 13. Animi *gratiam* in eo admiratum fuisse Critonem, testatur Diogenes: & *Amœnitas* Socratica appellatur Gellio lib. 14. cap. 3. *Gravitas* Socratis laudatur ap. *Eusebium* lib. 14. *ev pr.* cap. 2. & prudentia ejus *Dioni Chrysostomo* Orat. 64. fin. *Libertas* ejus enituit in eo, quod magno & alto animo fœdam adulationem contempserit apud *Laertium.* Ubi quoque dicitur ἱκανὸς ἀμφότερα καὶ προτρέψαι καὶ ἀποτρέψαι. 1. *Æqua illi & hortandi facultas.* Quomodo etiam Theætetum, Eutyphrona & Lysidem revocaverit à malis suis cæptis atque institutis, testatur idem Diogenes. Huc pertinent ea *Senecæ* lib. de tranq. animi cap 3. *Socrates in medio erat & lugentes Patres consolabatur & desperantes de Republ. exhortabatur & divitibus opes suas metuentibus exprobrabat seram*

ram periculosæ avaritiæ pœnitentiam: & imitari volentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter triginta Dominos liber incederet. Hunc autem Athenæ ipsæ in carcere occiderunt. Et qui tutò insultaverat agmini Tyrannorum ejus libertatem libera civitas non tulit. Eodem animo & divitias contempsit, ut ex ante dictis notum. & Speciatim præter illa tradit *Valerius Max.* lib. 6. cap. 2. §. 1. ext. & ap. *Laertium* dixit πλοῦτον καὶ εὐγένειαν οὐδὲν σεμνὸν ἔχειν. πᾶν δὲ τοὐναντίον κακόν. 1. *Opes ac nobilitates non solum in se nihil habere honestatis, verum & omne malum ex iis oriri.* Ab injuria inferenda etiam valde alienus fuisse memoratur & sic vixisse, ut nulli unquam injuriam intulerit. quod sic *Xenophon* ex ipsius testimonio lib. 4. Memorabilium circa fin. Οἶδα γὰρ ἀεὶ μαρτυρήσεσθαί μοι ὅτι ἐγὼ ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων οὐδὲ χείρω ἐποίησα, &c. Omnes virtutes ejus breviter complexus est idem in seq. ἐμοὶ μὲν δή, *inquit*, τοιοῦτος ὢν οἷον ἐγὼ διήγημαι εὐσεβὴς μὲν οὕτως, ὥστε μηδὲν ἄνευ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ποιεῖν. δίκαιος δὲ ὥστε βλάπτειν μὲν μηδέποτε προαιρεῖσθαι τὸ ἥδιον ἀντὶ τοῦ βελτίονος, φρόνιμος δὲ ὥστε μὴ διαμαρτάνειν κρίνων τὰ βελτίω καὶ τὰ χείρω, μηδὲ ἄλλου προσδεῖσθαι.

ἀλλὰ

πολλὰ αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν τούτων γνῶσιν. ἱκανὸς δὲ καὶ λόγῳ εἰπεῖν τε καὶ διορίσασθαι τὰ τοιαῦτα. ἱκανὸς δὲ καὶ ἄλλους δοκιμάσαι τε καὶ ἁμαρτάνοντα ἐξελέγξαι καὶ προτρέψασθαι ἐπ᾽ ἀρετὴν καὶ καλοκαγαθίαν ἐδόκει. τοιοῦτος εἶναι οἷος ἂν εἴη ἄριστός γε ἀνὴρ καὶ εὐδαιμονέστατος. 1. *Mihi quidem cum talis esset, qualem commemoravi nim: adeo religiosus at sine Deum consilio nihil ageret: Adeo justus ut nemini ne exigua quidem in re noceret. Prodesset autem iis maximè, qui ipso uterentur: Adeo continens, ut nunquam id quod jucundius esset meliori anteponeret. Adeo prudens, ut in melioribus ac pejoribus dijudicandis non erraret neque alterius ad hoc opere egeret. Sed ipse sibi ad cognitionem horum sufficeret, atque etiam oratione proferre ac definire hujusmodi posset ac cæteroquin etiam aliquem explorare, delinquentem arguere, ad virtutem ac honestatem hortari. Ejusmodi vir esse visus est, qualis & posset optimus & felicissimus.* Julianus quò meliores sui temporis hominibus ostenderet Antiquos illos Græcorum Philosophos, præ cæteris Socratem proponebat, ut testatur *Cyrillus* lib. 6. contr. Julianum. *Sanctissimè* vixisse dicitur *Ciceroni* 1. de Orat. 231. & beatus sibi & aliis ap. *Dionem Chrysostomum*

mum

mum Orat: 65. v. *Xenophontem* in Apol. ejus in fin. Inde est, quod ejus discipuli *plus è moribus ejus, quàm verbis* traxisse dicantur, ut est apud *Senecam* ep. 6. in fin. qui apud *Euseb.* lib. 14. præp. cap. 4. *sic virtutes præcepisse & primus fecisse dicitur.* His non obstantibus dictus fuit Socrates *Scurra Atticus* à Zenone apud *Ciceronem* 1. de Nat. Deor. 94. Et virtutes ejus negasse, legitur *Athenæus* lib. 5. *Deipnosoph.* cap. 17. etiam *Lactantius* lib. 3. de fals. Sap. c. 19. Etiam Dæmonium sibi adesse firmavit, quo consultore aut dicere quid aut agere vel non agere sibi videbatur. Audiamus *Tullium* 1. de divinat. 122. *Esse Divinum quoddam, inquit, quod Socrates dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti.* Quibus similia dicuntur à *Chalcidio* in Plat. Timæo. p. 112. Ubi & *benevolum Numen* appellat. v. *Platonem* in Theage pag. edit. Serr. 129. & de ejus dæmonii virtute ibidem. Ipse Socr. apud *Xenophontem* in ejus Apolog. ναὶ inquit, μὴ Δία φάναι αὐτὸν καὶ δὶς ἤδη ἐπιχειρήσαντός μου σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας ἐναντιοῦταί μοι τὸ Δαιμόνιον. 1. *Nisi v. per Iovem bis jam conanti de purgatione circumspicere adversatur genius.*

V.

v. *Ælianum* var. Hist. lib. 8. cap. 1. *Plat.* in Apolog. Socrat. ed. Serr. pag. 40. & *Apuleum* in Apol. & de Deo Socrat. Extat & *Plutarchi* liber περὶ τοῦ Σωκράτους Δαιμονίου. *Tertullian.* Apologet. cap. 32. dæmonem vocat. *Lactantius* lib. 2 de orig. erroris cap. 4. *Socrates, aut esse circa se assiduum Dæmona loquebatur, qui sibi puero adhæsisset, cujus arbitrio & nutu sua virtus regeretur.* v. & *Augustin.* lib. 9. civit. & *Clemens Alex.* lib. 1. στρωμ. p. 334. *Socrates, inquit Minucius Felix in Octavio; ad arbitrium assidentis sibi Dæmonis negotia declinabat vel petebat.* Quoad studia Socratis primò quid *Eloquentiæ*, deinde quid *Sapientiæ* habuerit, videamus. *Laertius* de priore sic: ἦν γὰρ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς δεινὸς, ὥς φησι καὶ Ἰδομενεύς. 1. *Erat n. & in Oratoria sive Rhetoricis, ut Idomeneus refert, promptus & acer.* Et pòst. καὶ γὰρ πρῶτος (ὥς φησι καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) μετὰ τοῦ μαθητοῦ Αἰσχίνου ῥητορεύειν ἐδίδαξε. 1. *Primus quippe (ut Phavorinus in omnimoda scribit Historia) cum Æschine discipulo Oratoriæ campos aperuit.* *Augustinus* lib. 8. De civit. dei cap. 3. & 14. Laudat ejus *leporem admirabilem disserendi & acutissimam urbanitatem.* *Cicero* 1. de

1. de off. 10. *De Græcis dulcem & facetum festivique sermonis atque omni re simulatorem, quem εἴρωνα vocant Græci, Socratem accepimus.* Quamvis brevibus omnia dicere studuerit, uti testatur *Plato* in Protagora p. ed. ferr. 334. & in Alcibiade sic ipse loquitur: ἆρα ἐρωτᾷς εἴπινα ἔω εἰπεῖν λόγον μακρὸν, οἵους δὴ ἀκούειν εἴθισαι; οὐ γάρ ἐστι τοιοῦτον τὸ ἐμόν. 1. *Rogasne possim prolixum quendam sermonem contexere, quales solitus es audire? non n. hoc est positum in mea potestate, nec is meus est mos.* Apud *Eundem* in Phædro p. 238. πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιάπις σε εἴληφε. 1. *Omnino, Socrates, præter morem profluens quædam dicendi facultas & copia te cepit.* licet hoc neget Theodoretus lib. 1. Gr. Aff. refert *Dion Chrysostomus* Orat. 55. Quod solitus sit Socrates in foro oberrare & ingredi palæstras & sedere circa mensarios, si quis adolescentum vel seniorum quid vellet interrogare aut audire. Ubi addit: *multi igitur potentum & Rhetorum simulabant se eum ne videre quidem.* Socraticos ob *Eloquentiam* quoque commendat idem Orat. 18. Disputandi *sublimitatem* ejus extollit *Cicero* de claris Orat. 31. & 5. Tusc. q. 11. *modestia* ejus in disputando lau-

laudatur à *Platone* in Phædone p. ed. Serr. 89. *Interrogandi* partes plerunque in disp. ille tenebat v. *Platonem* in Theæteto p. 150. quod didicisse videtur à Parmenide, quem colebat, sic disputare solito. ap. eundem *Plat.* in Sophista p. 217. & in Protagora p. 338. de Socrate sic idem Philosophus lib. 1. de Rep. pag. 337. πάνυγε οἶμαι, ἦδ' ὅς ἵνα Σωκράτης τὸ εἰωθὸς διαπράξηται. αὐτὸς μὲν μὴ ἀποκρίνηται. ἄλλου δ' ἀποκρινομένου λαμβάνῃ λόγον καὶ ἐλέγχῃ. 1. *Hactenus scil. inquit, ut consuetudinem suam tueatur.* 1. *non ipse quidem respondeat, sed alio quodam respondente sermonem ipse moderetur & refutet.* Ideo *Ciceroni* 2. de finibus 2. dicitur *percontando atque interrogando elicere solitus aliorum opiniones quibuscum disserebat, ut ad ea quæ ii respondissent, si quid videretur, diceret.* & inductione plurimum usus, eodem teste 1. de Invent. 53. qui ait: *Propterea, quod nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo quod sibi ille dederat, qui, cum disputabat, aliquid conficere malebat. Quomodo* à ratione eos, adversus quos disputabat, abducere solebat, docet *Plato* lib. 6. de Rep. pag. 487. Ὦ Σώκρατες, ἔφη πρὸς μὲν ταῦτά σοι οὐδεὶς ἂν οἷός τε εἴη ἀντειπεῖν, ἀλλὰ

γὰρ

γὰρ τοιόνδε τι πάσχουσι οἱ ἀκούοντες ἑκάστοτε ἃ νῦν λέγεις. ἡγοῦνται, δι' ἀπειρίαν τοῦ ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι, ὑπὸ τοῦ λόγου παρ' ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγινόμενοι, ἀθροισθέντων τῶν σμικρῶν ἐπὶ τελευτῆς τῶν λόγων, μέγα τὸ σφάλμα καὶ ἐναντίον τοῖς πρώτοις ἀναφαίνεσθαι. i. *His rebus, ô Socrates, nemo tibi posset repugnare: At eo ferè modo afficiuntur ii qui audiunt te quotidie ea quæ pro more soles, explicantem. Arbitrantur n. interrogandi & respondendi imperitia in singulis interrogationibus à ratione paululum abduci: collectis v. paucis ad finem disputationis magnum errorem & iis quæ prius fuerunt posita contrarium atque discrepantem apparere.* Et sic visus est continuò voluisse non tam docere alios, quàm ab aliis discere, juxtà ea quæ idem *Plato* lib. 1. de Rep. p. 338. habet. αὕτη δή, ἔφη, ἡ Σωκράτους σοφία, αὐτὸν μὲν ἐθέλειν διδάσκειν, παρὰ δὲ τῶν ἄλλων περιιόντα μανθάνειν καὶ τούτων μηδὲ χάριν ἀποδιδόναι. i. *Est hæc, inquit, Socratis sapientia, ut ipse nihil docere velit, sed ab aliis discere, quasi aliud agens: atque adeo nullam hinc gratiam referre.* Lege apolog. Socrat. p. 19. Quod alio loco i. in Menone pag. 80. dicitur *dubitasse*, & nihil aliud egisse. Sic ille: Ὦ Σώκρατες, ἤκουον μὲν ἔγωγε

 πριν

bitare. & ap. Platonem loco supra in Menone citato additur : ὅμως δὲ ἐθέλω μετὰ σοῦ σκέψασθαι καὶ συζητῆσαι ὅ,τι ἐστί. *Nihilominus tn. cupio locum considerare & una disquirere quidnam, ipsa sit.* Et posteà: οὔτε γὰρ ἄν γε ὃ οἶδε, ζητοῖ. i. *Quoniam id minimè investigarit, quod jam novit,* & deinceps: οὐδὲ γὰρ οἶδεν, ὅ, τι ζητήσει. i. *Non tn. quod quis investigaturus sit, novit.* Disseruisse Socrates de quibusdam rebus naturalibus dicitur ap. *Laertium.* ubi & testimonio Xenophontis de providentia traditur disputasse. *Gellius* lib. 14. cap. 3. *Dicitur in Platonis libris Socrates de Physica & Musica & Geometria disseruisse.* Constat n. Platonem inducere Socratem passim in suis Scriptis loquentem, è cujus, (quem magni faciebat) mente etiam suas in rebus Physicis, &c opiniones proponit & disputationes instituit. v. *Ciceronem* 3. de Orat. 51. & Tusc. 11. Quas si Socrati vendicaremus, hic locandæ essent; sed quia Plato quoque eas suas facit, in Platone ejusque Philosophia eas infrà trademus, quæ sic haberi poterunt pro Socratico-Platonicis. Mathematicas disciplinas Socrates non magni faciebat, ut vult *Eusebius* lib. 14. cap. 4. testimonio Xenophon-

 tis.

tis, ubi addit: *Docebat, inquit Xenophon, quantum oporteat singularum rerum atque artium habere peritiam.* & porrò: *tantum consulebat Geometriæ studendum, quantum sufficeret ad mensurationem agrorum, & distributionem. Atque adeo facile dicebat, ut si quis diligenter animadvertat: quam primum quantitatem agri cognoverit, mensurationem ignorare non possit. Reprobat v. tantam ejus rei curam ac studium, ut si difficili figurarum cognitioni invigilare velis, nullam tn. utilitatem in illa speculatione videre se, asserebat. Nec n. erat Geometriæ imperitus.* Astronomiam Socrates teste *Eusebio* lib. 14. cap. 4. præp. è Xenophonte, discendam consulebat, ut dies & noctes, horas, menses & annos rectius intelligamus. Eousque autem Astronomiam addiscere, quousque planetarum motus & distantias eorum à terra comprehendat quis, vehimenter improbat. Idque propter longam, quam hæc requirunt, experientiam & ætatem. Omninò esse homini curandum, dicebat, ut per cælestia corpora futurorum, quæ in potestate Divina sunt, cognitionem perquirat. *Musicam* usque adeo adamavit, ut etiam senex eam didicerit, ut testantur *Diogenes* in ejus vit. & *Sext. Empiri-*

piricus lib. 6. contr. Math. p. 129. & *Athenæus* lib. deipnoſoph. Quomodo Muſicam tantum in voce conſtituerit, vide ap. *Cenſorinum* cap. 12. *Euſebius* loc. cit. inducit Xenophontem ſic loquentem: quando, ô Aſchines, Socratem quiſpiam audivit de cæleſtibus aliquid corporibus dicere aut ad ſubtiles linearum ſpeculationes perdiſcendas exhortari? Muſicam n. ipſam auribus ſcimus ſolummodo percepiſſe. Socrates apud ipſum Platonem in lib. de Rep. de Gymnaſtica, Muſica & Aſtronomia ita loquitur, ut etiam Plato non multa iis tribuere videatur. Poematum quoque non erat contemptor, quippe qui ap. *Platonem* in Phædone p. ed. Serr. 60. dicitur *Poemata* feciſſe. ſc. Æſopicas fabulas verſu reddidiſſe & Apollinis hymnum: ἐκτείνας, inquit ille, τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς ἀπόλλω προοίμιον (cujus carminis initium etiam recitat *Laertius* in vit. ejus) πρῶτον μὲν, ſic poſteà, εἰς τὸν Θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν παροῦσα θυσία. μετὰ δὲ τὸν Θεὸν ἐννοήσας, ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους. 1. *Primum carmen in Deum illum feci, cujus hoc erat ſacrum. Secundum illam curam de Deo, quam cogitaret poetam*

decere, siquidem eo nomine censeri debeat fabulas, non orationes, condere. Rhetoricam etiam didicit, ne ignorasse eam videretur, quamvis ipse Orator oratoribus illudere sit solitus, ut est ap. Platonem in Meneximo p. 235. Nihil tamen horum Socrates scripsisse dicitur à *Cicerone* 3 de Orat. 57. sic ille: *Socrates, cujus ingenium variosque sermones immortalitati tradidit suis scriptis Plato, literam nullam reliquit.*

CAP. IX.

Quomodo Socrates *declinatâ rerum Philosophicarum obscuritate & omissis* cælestibus *rebus &* naturalibus, *quarum scientiam sibi cæteri Philosophi vendicabant superbè, ea quærere studuit tantum, quæ &* certiorem *&* meliorem *hominem facere possunt, sc.* quæ sunt Moralis Phisophiæ, *quam primus ille solam Spectasse & exercuisse visus est. Quomodo ille Adversarios suos confutaverit, etiamque simularit, se* nihil scire. *Cur* Sapientissimus *sit dictus.*

SIc Philosophari voluit Socrates, ut quæ tanquam obscura & incerta sibi videbantur & ab aliis tantum jactata, repudiaret & ad certiora deflecteret. *Augustinus* lib. 8. de civit. Dei cap. 3. dicit, ipsum *tædio rerum obscurarum & incertarum ad aliquid apertum & certum reperiendum animum intendisse, quod esset beatæ vitæ necessarium.*

Prop-

Propter quam una omnium Philoſophorum invigilaſſe & laboraſſe videtur induſtria. Obſcura a. appellabat ea, de quibus continuò diſputabatur à Philoſophis, quæ improbabat ille. Et ſcribit *Xenophon* lib. 1. memorabilium, ipſum demonſtraſſe, de mundi ortu & univerſitate rerum cæleſtium diſputantes, fatuos eſſe. καὶ πρῶτον, inquit, μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερα ποτὲ νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τἀνθρώπινα εἰδέναι ἔρχονται, ἐπὶ τὸ περὶ τοιούτων φροντίζειν ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπινα παρέντες, τὰ δαιμόνια δὲ σκοποῦντες, ἡγοῦνται τὰ προσήκοντα πράττειν. ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν. 1. *Primum de iis hoc conſiderabat, an quod rati ſe humana ſatis intelligere, ad ea tractandum accederent. An relictis rebus humanis Divinas contemplantes, conſentanea ſibi facere putarent. Mirabatur, etiam non eos clariſſimè perſpicere, non poſſe homines hæc invenire. Lactantius* lib. 3. de falſ. ſap. cap. 19. *Non, inquit, inficior, fuiſſe Socratem paulò cordatiorem, quàm cæteros, qui rerum naturam putarunt ingenio poſſe comprehendi?* & poſteà. *Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani, qui cum intelligeret hæc non poſſe inveniri, ab ejuſmodi quæſtionibus ſe removit. Laertius* in

vit. ejus dicit eum, γνόντα τὴν Φυσικὴν θεωρίαν μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς. i. *eum scivisse eam Physicam considerationem respectu nostri nihil esse.* Ideo dicitur Aristoteli lib. 1. de anim. cap. 1. ὅτι Σωκράτης, τὸ ζητεῖν περὶ φύσεως ἔληξε. i. *Quod Socrates ab inquisitione naturæ abstinuit.* & *Gellio* lib. 14. cap. 3. è Xenophonte, *nec ipsum Socratem* de naturæ caussis rationibusque *unquam disputasse.* v. & *Euseb.* præp. ev. lib. 1. c. 5. & lib. 14. cap. 5. & *Senec.* ep. 71. ac *Sid. Apollin.* Imò traditur *Lactantio* lib. 3 de fals. Sap. cap. 20. *totam Physicam repudiasse.* Respiciens igitur hic Philosophus incertitudinem rerum physicarum & præcipuè cælestium, quas imperiti quique se scire jactabant, in universum iis abstinere voluit, ut quæreret, de quo certius humanum genus instrui posset. v. *Augustinum* lib. 8. de Civ. Dei cap. 3. & eo sensu dixit: *quæ supra nos, nihil ad nos. Minutius* in Octavio: *ejus viri, quoties de cælestibus rogabatur, notum responsum est: quæ suprà nos, nihil ad nos.* Quod ipse probat. Sed *Lactantius* lib. 3. cap. 19. improbat. v. & *Hieronym.* in Apolog. advers. Ruff. cap. 8. & *Xenophontem* lib 1. memorab. v. *Gellius* lib. 14. cap. 3. *Theodoret.* lib. 4. Gr. Aff.

&

& *Sext. Empicir.* lib. 7. contr. Math. p. 139. *Augustinus* lib. 8. de civ. Dei cap. 3. *Nolebat, n. inquit, immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere ad divina conari : quandoquidem ab iis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque summas non nisi ab hujus veri ac summi Dei voluntate esse credebat.* Et plenissimè de eo disputat Socrates moriturus apud *Platonem* in Phædone, ubi contendit; Philosophari neminem rectè posse, nisi se, quàm maximè fieri possit, à consortio corporis. i. ab omnibus affectibus sejungat. Quod dicit, tunc benè fieri, cum animus liber & corporis carcere solutus liberrimè Deum & divina contempletur. Quo sensu *Philosophia dicitur mortis meditatio.* i. Corporis & animæ separatio, ceu divortium quoddam, ut animus purus sit, & corporis sordibus non infectus. Et sic in Cratylo solus vir bonus Sapiens pronunciatur. Et in Epimenide peritiam cælestium rerum neminem docere posse, nisi opem Deus tulerit, vult uti Apul. ex Plat. nec alia rerum principia inveniri posse, aut quæ Deo nota sint, aut ei qui sit Diis amicus. Audiamus porrò *Augustinum* loc. cit. *Vnde, inquit, non eas sc. rerum causas, putabat nisi mundata*

mente posse comprehendi; & ideo purgandæ bonis moribus vitæ censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali vigore in æterna se attolleret naturamque incorporei & immutabilis luminis, ubi causæ omnium factarum naturarum stabiliter vivunt, intelligentiæ puritate conspiceret. v. *Lactant.* lib. 3. cap. 28. Ideo relictis vanis disputationibus contulit se ad moralem Philosophiam. Sic n. *Cicero* 1 Tusc. q. *Socrates mihi videtur primus à rebus occultis & ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum Philosophi occupati fuerant, advocasse Philosophiam & ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus & vitiis omninòque de bonis rebus & malis quæreret. Cælestia a. vel procul esse à nostra cognitione censeret vel si maximè cognitæ essent, nihil tn. ad benè invendum conferre.* & sic *Gellio* lib. 14. c. 3. dicitur Socrates, quæ *ad bene beateque vivendum non pergerent, disciplinas non attigisse nec comprobasse,* & *Lactant.* lib. 3. de fals. Sap. cap. 20. *eò se contulisse, ut de virtutibus atque officio quæreret.* Totus ergo Socrates, ut habet *Augustinus* cit. loco, *universam Philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexit. Cicero* 3. Tusc. 8. *à Socrate,* inquit,

quit, *omnis quæ est de vita & moribus, Philosophia manavit.* & 1. de leg. 34. *Noluit utilitatem sc. Socrates à natura sejungi. Seneca* ep. LXXI. *Socrates Philosophiam totam ad mores revocavit, quam summam dicit Sapientiam bona malaque distinguere.* Euseb. lib. XI. cap. 1. ἐπεισήνεγκε πάστε ἠθικὰς καὶ πολιτικὰς σκέψεις. 1. *Introduxit morales & civiles considerationes.* Et sic primus Philosophiæ moralis author dicitur *Ciceroni*, 1. Acad q. 16. ut eam videatur è cælo evocasse & in urbibus collocasse 5 Tusc. q. 10 ap. *Clem. Alex.* lib. 1. στρωμ. p. 301. citatur Timon in Sillis in hunc modum loquens:

Ἐκ δ᾽ ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομελέσχης
Ἑλλήνων ἐπαοιδός. 1. Ab his
Æquiloquus declinavit lapicida
Grajum incantator.

Ubi additur, illud sic dictum, Quod à Physicis declinarit ad ea, quæ ad mores pertinent. Ideo S. Empirico lib. 7. contr. Math. pag. 139. τοῦ ἠθικοῦ μόνος ἐπιμελεῖτο. 1. *Solus curam gerebat ejus, quod in moribus versabatur.* Unde posteà ipsum appellat ex sententia Timonis ἠθολόγον. 1. *Morum disceptatorem.* διετέλει γὰρ, inquit, *Eusebius* lib. 14. præp. cap. 4. ἑκά-

ποτε

ϛοτε αὐτοῖς λέγων, τί καλὸν καὶ τί ἀνδρεία, δικαιοσύνη τὲ καὶ ἄλλαι ἀρεταί. ἀνθρώπινα γὰρ αὐτὰ ἀγαθὰ ἐκάλει. τὰ ἄλλα, ἢ ἀδύνατον ἀνθρώποις ἁλῶναι ἔφασκεν ἢ μύθων εἶναι συγγενῆ. 1. *Quotidie a: disserebat, quid bonum; quæ fortitudo, quæ justitia & aliæ virtutes essent. Hæc namque bona hominibus appellare solebat. Cætera v. aut percipi ab hominibus non posse, aut non longè à fabulis distare.* Et ap. *Laertium* in ejus vita. In publico etiam Philosophans ea potius inquirenda hortabatur, quæ mores instruerunt & quorum usus nobis domi esset necessarius. Præ reliquis igitur Philosophus hic sapere contendit ea, quæ meliorem Philosophum facere possint, sectatus. Nam *constat*, ut habet *Augustinus* lib. 8. civit. Dei cap. 3. *eum imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralibus quæstionibus, quò totum animum intendisse videbatur, vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia lepore admirabili disserendi & acutissima urbanitate agitasse atque versasse.* Plura in hanc rem vide ap. *Theodoretum* lib. 2. de Curat. Gr. Aff. Socratis sermones retulerunt in dialog. discipuli ejus Plato, Xenophon, Æschines, Xenocrates & alii: quibus ille summo ingenio imperitiam eorum,

rum, qui nihil ignorare se & sibi & aliis persuadere conabantur, sc. Protagoræ, Gorgiæ, Entydemi, Dionysodori, &c. detegit. *Lactantius* lib. de ira cap. 1. *Rectè Socrates, cum esset omnium Philosophorum* doctissimus; *tamen ut cæterorum argueret inscitiam, qui se aliquid tenere arbitrabantur ait: se nihil* scire, *nisi unum, quod nihil* sciret. Et addit: *dissimulavit ipse doctrinam ut alios refelleret. Sed vidit ex parte aliqua veritatem: testatusque est, etiam in judicio (sicut traditur à Platone) quod nulla esset humana sapientia: Adeoque doctrinam, qua tunc Philosophi gloriabantur, contemsit, derisit; abjecit; ut id ipsum pro summa doctrina profiteretur, quod nihil* scire *didicisset.* v. *Ciceron.* 1. Acad. Quæst. 16. & 4 Tusc. 15. *Platon.* in Apol. Socr. p. ed. Serr. 21. *Laert.* in ejus vit. *Sext. Empiric.* lib. 2. Pyrrhon. Hyp. cap. 5. Ideo quoque ab Apolline *Sapientissimus* habitus est. Sic n. *Cicero* Acad. q. lib. 1. *Socrates*, inquit, *in omnibus fere sermonibus ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoque præstare cæteris, quod illis quæ nesciant, scire se putent, ipse se nihil scire unum sciat, ob eamque rem se arbitrari ob Apolline omnium* Sapien-

pientissimum *esse dictum, quod hæc esset una omnis Sapientia, non arbitrari se scire, quod nesciat.* Quod Socrates sit habitus Sapientissimus, tradunt *Plato* in Apolog. Socr. p. ed. Serr. 21. *Cicero* 1 de Orat. 31. & 1 Acad. q. 16. *Socrates*, inquit, *ab Apolline omnium Sapientissimus dictus est.* & 1 Tusc. q. 97. & de Senect. 78. explorasse oraculi sententiam, ibid. *Valerius* lib. 3. cap. 4. *Socrates non solum hominum consensu verum, & Apollinis Oraculo Sapientissimus judicatus.* v. Minut. Fel. in Oct. Plin. lib. 34. c. 6. *Ælian.* lib. 4. var. Hist. cap. 16. *Apulejus* in Apolog. *Solin.* cap. 7. *Laertius* in vit. Socr. *Liban. Sophist.* in Apolog. Socr. *Dion Chrysost.* in Orat. 8. circa fin. *Theodoret.* lib. 2. de cur. Gr. Aff. *Photius* in Bibl. *Iul. Firm.* lib. 1. Astron. cap. 3. *Cyrillus* lib. 5. contra *Iulianum.* Item *Pausan.* in Atticis. Galenus in προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας. *Tertullian.* Apol. 46. *Origenes* contr. Cels. lib. 7. *Augustinus* de consensu Evangel lib. 1. cap. 7. *Iustinus Mart.* in cohort. ad Græc. *Cicero* 1 de Orat. 231. dicit; Apollinem nullam aliam causam habuisse, eum Sapientissimum judicandi, quam quod se nihil scire nosset ut ante. Quod teste eodem *Cicerone* dice-

dicebat per εἰρωνίαν. de ea εἰρωνίᾳ agens *Aristoteles* in Nicomach. lib. 4. cap. 7. Socratis adducit exemplum, & *Cicero* 2 de Orat. 270. *Et Socrates in Ironia dissimulantiaque longè omnibus lepore & humanitate præstitit.* Eodem argumento idem Socrates dicitur ap. *Ciceronem* lib. 1. Acad. q. & in Catone, *fons omnium* ferè Philosophorum. *Valer. Max.* lib. 6. cap. 4. *Socrates,* inquit, Græcæ *doctrinæ clarissimum columen.* *Lactantio* lib. de Ira. 1. *Omnium Philos. doctissimus.* Et *cum Platone sectæ Princeps* cap. x1. *Philosophorum* Princeps ap. *Cicer.* 1 Acad. q. 15. & 3. de Orat. 56, ubi: *Socrates rebus omnibus omnium judicio quamcunque in partemse dedisset, facile* Princeps. Idem & Plato *Reges* Philosophorum appellantur à *Lactantio* lib. 3. cap. 13: & ille Parens *Philosophiæ* apud *Ciceronem.* 1. de Nat. Deor. 94. & 167. Etiam eidem 1 Tusc. q 97. dicitur præstans virtute & sapientiæ gloria & *Valerio* lib. 6. cap. 2. §. 4. *Humanæ Sapientiæ dicitur quasi quoddam terrestre oraculum.* v. & Xenophont. l. cit. & apud *Ciceronem* 1 Tusc. 4. 1. Socratis *rerum varietas & ingenii magnitudo laudantur.* Ideo *Ioannes Chrysostomus* tom. 5. lib. 2. contra vituperat. vit. Monast. dicit,

cit; *ipsum Socratem Archelao quamvis pauperem, fuisse illustriorem & gloriosiorem sc. Sapientia*. Licet eam nunquam præ se tulerit: ut habet Dion *Chrysostomus* Orat 56. Etiam ap. J. Chrysost. tom. 4. hom. 2. comment. in 1 cap. Epist. 1. ad Corinth. *Magnus dicitur ac apud Græcos omnes in Philosophia superasse.* Licet *Plinius* lib 34. cap 6. hic velit excipere Pythagoram ex sententia Senatus in statuis expressa. Sic ille: *mirum est, illos Patres sc. Rom. Socrati cunctis ab eodem Deo Sapientiâ prælato Pythagoram prætulisse.* Propter hanc sapientiæ gloriam dixit Seneca Ep. 79. *Socratem vix fama recepit.* Et ideo etiam Plato fertur naturæ gratias egisse, quod temporibus Socratis natus esset. Ut testatur *Lactantius* lib. 3. de fals. sap. cap. 18.

CAP. X.

Socrates *ut de* Deo *senserit &* Diis. *quot illi fuerint. de summo* bono *quid definiverit hic Philosophus. Quomodo non potuerit ἄθεος dici. Quale summum* bonum *esse voluerint varii ejus discipuli. Ut* voluptas *ei inserviat. in* scientia *&* virtute *ut Socrates, summum bonum constituerit. Quæ exempta sunt ab ipso summ: bono. Qualis fuerit hujus* Philosophi *religio, ostenditur, ubi de* oratione *&* sacrificiis *&* divinatione *&* vaticiniis. *An novorum minimum author. De* animæ *immortalitate quid senserit ille. De virtutibus quid dixerit & constitue-*

stituerit, quid de justo & injusto. an libertas *etiam* virtutibus *ab ipso sit tributa. De* continenti & incontinenti, *item de* amicitia & amicis, *de* voluptate, ingratitudine *ergo Parentes, quid & disseruerit & finiverit.*

DE *Deo* quid senserit *Socrates*, docet *Cicero* .1 de Nat. Deor. 31. *Socrates*, inquit, *apud Xenophontem formam Dei quæri non oportere eundemque & solem & animum esse ait & modò unum ; tum plures Deos. Xenophon* sic lib. 1. memorabil. p. m. 575. Erat τὸ θεῖον, ὅτι τοσῦτον ἐςὶν ὥσθ᾽ ἅμα πάντα ὁρᾷν καὶ πάντα ἀκούειν καὶ πανταχοῦ παρεῖναι καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦς. 1. *Numen tantum ac tale esse, ut omnia pariter videat & audiat & ubique adsit & omnium curam habeat.* Et addit posteà: μηδὲν θεοὺς διαλαθεῖν. 1. *Nihil Diis esse occultum.* Apud *Plutarchum* lib. 1 de placit. Phil. cap. 7. legimus statuere *Socratem* cum Platone; *Deum* esse unum singularis ac per se subsistentis naturæ ac solitarium, revera bonum & omnia hæc nomina ad mentem referri. *Mens* ergo ipsi est *Deus*, species separata, sincera ab omni materiæ admixtione perpessionibus obnoxiæ. Quoad Deos quæ determinarit Socrates, sic Xenophon: ὃς ἀντὶ μὲν, τοῦ μὴ νομίζειν θεοὺς φανερὸς ἦν θε-

ϑεραπεύων τοὺς θεοὺς μάλιστα τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. 1. *Pro eo, quod non probat Deos, palam se colere Deos studiosius, quàm cæteros homines, declarabat.* v. *Minut. Fel.* in Octav. & *Sext.* Emp. lib. 2. Adversf. Math. p. 69. ubi ait. Sectam esse sive Philosophiam Socraticam ὡς ἐκφαυλίζουσαν τὸ θεῖον. 1. *Quæ Deos vituperaret.* Quæ causa quoque memoratur à Xenophonte l. cit. ejus damnationis, ceu etiam testantur *Diog. Laert.* lib. 2. in vit. ejus & *Valer. Max.* lib. 1. cap. 1. f. ubi: *Socratem damnavit, quod novam religionem introducere videbatur.* Etiam *Lactantius* lib. 5. de Justitia cap. 14. *Imprimis religiones Deorum evertere debent, quia contrariæ sunt Pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentavit, in carcerem conjectus est.* v. *Platonem* & *Xenophontem* in Socratis Apologiis & *Senec.* Ep. 104. Item *Justin. Martyr.* Apolog 1 & 2. *Euseb.* præp. ev. lib. 5. cap. 14. & *Tertullian.* Apolog. cap. 14. Deos tres posuisse Socratem ex imitatione Pythagoræ & hoc non ignorasse Platonem, refert *Eusebius* lib. 14. Præp. cap. 2. Sed si rem dicamus, putandum est, Socratem in ea sententia fuisse, quod Ethnicorum Dii veri Dei non sint, ut apparet ex ejus verbis apud *Platonem* mul-

multis in locis & nominatim in Apolog. ejus pag. ed. Ser. 26. licet visus sit *Lactantio* lib. 3. de fals. Sap. cap. 19. Ægyptiorum superstitiones ratas habuisse, quas authoritate sua Athenis firmavit & ante mortem præcepisse visus est, ut Gallum, quem voverat Æsculapio, sacrificarent. Timuit n. ne apud Rhadamanthum receptorem voti reus fieret ab Æsculapio. De summo & vero *Deo*, quid ille senserit, prodit ex parte *Augustinus* lib. 8. cap. 3. civit. ubi: *causas rerum primas in unius veri ac summi Dei voluntate esse credebat.* Etiam Socrates fertur (& ut Pythagoras ac Plato) dixisse se audire vocem Dei, ἀκȣ́ειν φωνῆς θεȣ̃ τὴν κατασκευὴν θεωρῶν ἀκριβῶς, ἀπὸ Θεȣ̃ γεγονυῖαν καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως. i. *Cum consideraret universum, quod à Deo accuratè & perfectè factum est & ab eo perpetuo continetur*. Sic Clemens lib. 5. στρωμ. p. 596. Qui addit: ἀκηκόασι γὰρ τȣ̃ Μωσέως λέγοντος, εἶπε καὶ ἐγένετο. i. *Audiverunt namque Mosen dicentem, dixit & facta sunt.* Unde constat, Socratem rectè se vindicasse à cavillis adversariorum, ne ἄθεος sit dictus. vid. *plat.* in apolog. Socrat. p. 26. ed. Serr. & quomodo Deum coli voluerit præ hominibus, ex eo constat, quod ma-

contra sentimus nostraque hæc est controversia, non hæc quidem, sed summum bonum potius esse; sapere, intelligere, meminisse & quæ his sunt cognata atque affinia: nimirum rectam opinionem, verasque ratiocinationes: eas voluptate meliores esse atque præstantiores omnibus rebus, quæ illarum participes esse possint: addit: δυνατοῖς δὲ μετασχεῖν ὠφελιμώτατον ἁπάντων εἶναι πᾶσι τοῖς οὖσί τε καὶ ἐσομένοις. 1. *In earum, inquam, facultate & usu summam constare iis omnibus rebus, quæ sunt & quæ erunt; utilitatem.* Et Deinceps Socrates in illo libro ait, suæ disputationis finem esse, ut demonstret, ἕξιν ψυχῆς τὴν δυναμένην ἀνθρώποις πᾶσι τὸν βίον εὐδαίμονα παρέχειν. 1. *Animi affectum sive habitum omnibus exhibere posse vitam felicem.* Quam ἕξιν inseq. dicit esse τοῦ φρονεῖν 1. *Quæ consistat in sapientia.* Et in Gorgia Socrates beatam vitam sitam esse vult in *Doctrina & virtute.* Apud *Laert.* lib. 2. in ejus vita: ἔλεγε δὲ καὶ ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἐπιστήμην. 1. *Dicebat & unicum esse bonum, scientiam.* Quod fortius affirmasse videtur, ubi ejus contrarium *malum* unicum vocat. Additur n. καὶ ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν. 1. *Malum contra unicum, inscitiam.* Et à summo bono etjam eximit opes & hono-

 res.

θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον (πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα) οὔτ' ἂν ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν. Ἀλλ' ἐνόμιζε τοὺς θεοὺς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων μάλα χαίρειν.

1. *Cum de facultatibus exiguis exigua sacra faceret, nihilo se putabat minus præstare, quàm magnis copiosisque opibus multas & amplas hostias cæderent. Etenim neque decere Deos hoc ajebat, ut magnis potius, quàm exiguis sacrificiis gauderent.* (nam *alioquin iis hominum improborum sacrificia sæpius essent accepta, quàm bonorum*) *neque vivendum hominibus esse, si sacrificia improborum diis essent acceptiora, quàm bonorum. Imprimis existimabat Deos honoribus gaudere, quos religiosissimi homines offerrent.* Etiam laudabat hoc carmen:

Καδδύναμιν δ' ἔρδειν, ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Id est,

Sacra, potes quantum, diis immortalibus offer.

Divinationem quatenus à Diis arcessebat Socrates, docet *Xenophon* lib. 3. memorabilium pag. m. 560. ubi nec obscurè

 dici-

dicitur *Vaticiniis* usus. Unde pervulgatum erat dicere: *numen omnia significare.* Ὅθεν δὴ, inquit Xenophon, μάλιςά μοι δοκῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. *i. Quæ causa mihi videtur imprimis fuisse, ut introductorum novorum numinum culpam in eum conferrent.* Additque, Socratem nihil rei novæ introduxisse, quod non etiam alii, quicunque divinationem (μαντικὴν) esse statuentes auguriis utuntur, &.ominibus & portentis & sacrificiis. Et hoc in ipso notat *Tertullianus* adversus gentes cap. 14. quod *in contumeliam Deorum quercum & hircum & canem dejeraverit.* De *anima* immortalitate quid credi voluerit Socrates, docet nos *Cicero* de senectute 78. *Demonstrabantur, inquit, mihi præterea quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset.* v. ejus sententiam ap. *Platonem* in Phædone p. ed. Serr. 73. & expressius p. 106. ubi in hunc modum: ὁπότε δὴ τὸ ἀθάνατον καὶ ἀδιάφθορόν ἐςιν, ἄλλο τί ψυχὴ, ἢ, εἰ ἀθάνατος τυγχάνει ὖσα, καὶ ἀνώλεθρος ἂν εἴη; πολλὴ ἀνάγκη. *i. Quandoquidem immortale corruptionis etiam expers est, quid nam aliud statuendum est, cum immortalis sit anima, quam ab omni etiam exitio & pernicie immunem*

munem

munem liberumque esse. De *virtutibus* Socrates melius ac copiosius fertur disseruisse, quàm Pythagoras, apud *Aristotelem* lib. 1. Eth. cap. 1. licet tn. ejus judicio non rectè. Sic ille: περὶ τούτου Σωκράτης ἐπιγνόμενος βέλτιον καὶ ἐπὶ πλεῖον ὑπὲρ τούτων, Ὀρθῶς δὲ οὐδ' οὕτως· τὰς γὰρ ἀρετὰς ἐποίει· τοῦτο δ' ἐστὶν εἶναι ἀδύνατον. 1. *Post hunc scilicet Pyh. Socrates de hac re melius & copiosius disseruit; sed ne ipse quidem rectè. quoniam virtutes scientias efficiebat; quod fieri nullo modo potest.* In sequentibus latius eam sententiam refellit. De qua etiam vid. eundem lib. 6. ad Nicom. cap. ult. & magnorum moral. lib. 1. cap. 35. Illi tamen probatur, quod dixit Socrates; neminem, qui bene de rebus existimaret quicquam aliud quam, quod sit optimum, agere: sed si agat, propter inscientiam agere. Scilicet lib. 7. de moribus cap. 2. sic in textu: οὐθένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν. Improbatur autem, quod voluerit, in rebus non esse probos vel malos, lib. 1. magnorum moralium cap. 9. ubi: ἀλλ' ὥσπερ Σωκράτης ἔφη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι τὸ σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους. Εἰ γάρ τις, φησὶν, ἐρωτήσειεν ὅντινα οὖν πότερον ἂν βούλοιτο δίκαιος εἶναι ἢ ἄδικος, οὐθεὶς

ἂν

αὖ λέγοιτο τ' ἀδικίαν. 1. *Sed, quemadmodum Socrates dixit, in nobis non est, probos vel malos esse: quemadmodum, si quis roget aliquem, velit ne justus esse, an injustus? nemo delegerit injustitiam.* Libertatem sic virtutibus & vitiis, aut illis qui ea tractant, non convenire, absurdum esse judicat Aristoteles, ideo addit: ὁ δὴ τοιοῦτος λόγος οὐκ ἔστιν ἀληθής. 1. *Hæc ratio neutiquam vera est.* Apud *Laertium* lib. 2. in ejus vita rogatus Socrates, quænam esset juvenum virtus? Respondit *nihil nimis.* De continenti & incontinenti ut argumentatus sit Philosophus, docet nos *Aristoteles* lib. 1. magnor. Moral. capit. 14. ubi utrumque οὐχ ἑκούσιον εἶναι φησίν. 1. *Non esse voluntarium affirmat.* quod Arist. in sequentibus refutat. De *Amicitia* Socrat. multa præclara pronunciavit. Apud *Platonem* in Phædone ait; *omnes bonos esse inter se amicos* & in *Lys.* probat ὡς ἐν ἀδικίᾳ καὶ πονηρίᾳ οὐκ ἄν ποτε αὐθέντη φιλία. 1. *Inter injustitiam & probitatem nunquam servari posse amicitiam.* Sic *Clemens Alex.* lib. 5. στρωμ p. 594. ubi & refert, quale bonum intelligi voluit ex ejus sententi. Scilicet quod solum bonum sit honestum & virtus sufficiat ad felicitatem. v. Plat. in Alcibiad. p. 116.

p. 116. pr. Unde ipse Socrates ibidem citatur in Phædro precans; ὦ Πάν τε καὶ ἄλλοι θεοὶ δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν. i. *ô Pan, & cæteri dii, date mihi, ut intus sim pulcer.* de amico & bono jam ante dixerat: ὡς οὐχ εἵμαρται κακὸν κακῷ φίλον εἶναι οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. i: *Non esse ordinatum, ut malum sit malo amicum, neque ut bonum bono non amicum.* Licet in Lyside ap. *Platonem* p. 216. velit neque malis propriè competere amicitiam, cum boni non indigeant, mali minimè sint illius capaces, sic ibidem; ἔγωγε λέγω τοίνυν ἀπομαντευόμενος τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ, φίλον εἶναι τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακόν. i. *Nunc igitur quasi vaticinans ajo, pulcri & boni amicum esse, quod neque bonum neque malum.* Et post: καὶ οὔτε τἀγαθὸς τἀγαθῷ, οὔτε τὸ κακὸν τῷ κακῷ, οὔτε τἀγαθὸν τῷ κακῷ φίλον εἶναι. i. *Neque v. bonus bono neque malum malo neque bonum malo amicum esse.* Volunt etiam signum boni amici esse, quod non tantum sit benevolus, sed etiam prosit. *Xenoph.* lib. 1. memorabilium p. 568. ἔφη δὲ καὶ περὶ τῶν φίλων αὐτὸν λέγειν, ὡς οὐδὲν ὄφελος εὔνους εἶναι, εἰ μὴ τὸ ὠφελεῖν δυνήσονται. i. *Nihil esse commodi ex eorum benevolentia, si non etiam prodesse possint.* De fraterna *amicitia*

Socra-

Socrates disputat copiosè apud eundem lib. 2. p.587. Cum qua divitias confert & præ illa has contemnendas docet. Et in genere de *amicitia* agit p. 590. ubi etiam vult veris amicis conquirendis præ cæteris nos intentos esse & rectè iis uti debere. De *voluptate* etiam differuit adversus Aristippum ap. eundem Xenophontem lib. 2. memorab. p. 579. & sequentibus. Ibidem quoque p. 585. ad Lamproclem fil. de *ingratitudine* erga parentes plenius agit, & sic ingratos ibidem dicit ἐν τοῖς ἀδίκοις καταλογίζεσθαι. 1. *Ad injustorum hominum numerum referri*. De justitia in æquitate ab ipso posita sic *Lactantius* lib. 3 de fals. Sap. cap. *docente igitur, inquit, Socrate non fugit Platonem justitiæ vim in æquitate consistere. Siquidem omnes pari conditione nascuntur.* vide & *Platonem* in Apologia Socrat. p. ed. Serr. 32. Plura ab eo lepidè dicta de rebus moralibus, vide ap. Laertium & alios. Et quæ hic deesse ob brevitatem videantur, in Philosophia Platonica locum fortè invenient. Politicam ejus vitam non attinet hic tradere. De ea vide Platonem & Xenophontem discipulos ejus in Apologiis. quem a. ipse magistratum Athenis gesserit, tradit Plato in Apolog.

log. ejus p. Ed. Ser. 32. Et notat *Laertius* quod fuerit imprimis δημοκρατικὸς. i. *Popularis rei Studiosus*, quod satis contestatus est, cum jubentibus, qui cum Critia erant, nobilibus Leontem Salaminium illustrem & opulentum virum ad se deduci perimendum haudquaquam cessit, solusque adversus decem potentissimos duces sententiam ferre ausus est. Quamvis ille voluerit μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ, i. *Virtutem in jus judice plebe vocari*, apud *Diog.* in ejus vita. Senatus tamen consulta in tribu sua præscribi summam imperii obtinens vetuit, ut habet *Athenæus* lib. 5. deipnosoph. cap. 18. qui sic citato in hanc rem *Platone* in Gorgia inducit Socratem dicentem: Καὶ πέρυσι βυλεύειν λαχὼν. ἐπειδὴ ἡ Φυλὴ ἐπρυτάνευε κ̀ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον, κ̀ ἐκ ἐδυνάμην ἐπιψηφίσαι. i. *Haud ita dudum tribu mea imperii summam obtinente in curiam me cooptatum è concilii sententia decretum facere cum oporteret, risum excitavi, quod senatus consultum perscribere aut sciscere non didicissem.* Addit: τῦτο δ' ὁ Σωκράτης ἐ δι' ἄγνοιαν ἐποίει, μᾶλλον δὲ κατ' ἀνδραγαθίαν, ἐ γὰρ ἐβέλετο λύειν δημοκρατίας νόμες. *Id autem à Socrate factum non ob ignorantiam, sed ob constantem*

tem animi fortitudinem, *quod leges nollet popularis administrationis labefactare.* Licet in omnibus plebi consentire noluerit, ut tradit *Xenophon* lib. 1. Hist Gr. p. m. 350. De gubernatione civitatis quid pronunciarit, idem memorat lib. 2. memorabil. pag. m. 580. scil. quod debeat qui civitati præest non tantum sibi necessaria, sed etiam singulis civibus suppeditare, quæ si non præstet, pænæ subjectum esse vult. ubi etiam quærit, an regentes, an iis parentes feliciores dicendi sint. *Imperatorem* qualem esse in munere suo voluerit, idem Historicus lib. 3. memorabilium p. m. 601. ostendit. de quo sic: καὶ τὸν παρασκευαστικὸν τῶν εἰς τὸν πόλεμον τὸν στρατηγὸν εἶναι χρὴ, καὶ ποριστικὸν τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατιώταις, καὶ μηχανικὸν καὶ ἐργαστικὸν καὶ ἐπιμελῆ καὶ καρτερικὸν καὶ ἀγχίνουν καὶ φιλόφρονά τε καὶ ὠμὸν καὶ ἁπλοῦν τε, καὶ ἐπίβουλον καὶ φυλακτικόν τε καὶ κλέπτην καὶ προετικὸν καὶ ἅρπαγα, καὶ φιλόδωρον καὶ πλεονέκτην καὶ ἀσφαλῆ καὶ ἐπιθετικὸν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ φύσει καὶ ἐπιστήμῃ, ἃ δεῖ τὸν εὐστρατηγήσοντα ἔχειν. Καλὸν δὲ καὶ τακτικὸν εἶναι· πολὺ γὰρ διαφέρει στράτευμα τεταγμένον ἀτάκτου, &c. 1. *Nam necesse est imperatorem esse peritum parandi ea, quæ ad bellum requiruntur & suppeditandi commeatum militibus & in consiliis*

filiis solertem & in agendo & diligentem & tolerantem & perspicacem ingenio & benignum & sævum & simplicem & insidiosum & cautum & furem & profusum & rapacem & largiendi cupidum & avarum, muniendi se & alios aggrediendi non ignarum: alia denique multa tum à natura, tum à scientia requiruntur in eo, qui rectè munere imperatorio functurus sit. Nihilominus bonum est etiam aciei instituendæ peritum esse nam multum interest ordinatas inter & confusas copias &c. Quid præcipuè imperatori propositum esse debeat, idem in sequentibus p. 603. persequitur. scilicet procurare ἵνα οἱ ἑλόμενοι δι' αὐτὸν εὖ πράττωσι.. 1. *Ut illi, qui illum crearunt per ipsum beati sint:* sive, ut posteà loquitur; εὐδαίμον⊙ ποιεῖν ἡγεῖται. ideo & pag. 605. ejus lib. 3. in rebus bellicis præstantissimos quosque imperatores esse eligendos censet, qui majorem victoriæ spem preferant, quæ communis ei sit cum civitate universa. vide plura ibidem, ubi & illi cum bono patre familias comparantur &c. Addam hic tantum, ne plura comportando ultra destinatam brevitatem progrediar, qui Socratis præcipui fuerint discipuli, è *Laertio* in ejus vita sub finem constat, ubi: Τῶν δὲ διαδεξα-

μένων

νων αὐτὸν, τῶν λεγομένων Σωκρατικῶν οἱ κορυφαιότατοι μὲν Πλάτων, Ξενοφῶν, Ἀντισθένης τῶν δὲ φερομένων δέκα, οἱ διασημότατοι τέσσαρες, Αἰσχίνης, Φαίδων, Εὐκλείδης, Ἀρίστιππος. i. *Ex iis v. successere Socrati & appellantur Socratici. nobilissimi sunt Plato, Xenophon, & Antisthenes. Ex his v. qui decem dicuntur, clarissimi fuerunt quatuor Æschines, Phædon, Euclides, & Aristippus.* Inter se Socratici, ut dissenserunt inque diversas familias iverunt, docent Scriptores. *Cicero* l. cit. ait: *cum ipse literam Socrates nullam reliquisset. Hinc dissidium illud extitit quasi linguæ atque cordis, absurdum sane & inutile & reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Nam cum eßent plures orti ferè à Socrate, quod ex illius variis & diversis & in omnem partem difusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminati sunt quasi familiæ dissentientes inter se & multum disjunctæ & dispares. Cum tamen omnes scilicet Philosophi Socraticos se & dici vellent & arbitrarentur, dicti Socratici in utramque quidem partem disputare, sed tamen ad extremam τὴν ἀρέσκουσαν sententiam, pronunciare soliti sunt, ut etiam testatur idem* 2. ad Att. Ep. 63. Et potissimum circa moralia & in

in specie circa summum bonum quærundum determinandumque occupabantur. Sic n. *Augustinus* lib. 8. de civ. Dei cap. 3. *Socrates reliquit plurimos Philosophiæ suæ sectatores quorum certatim studium fuit in quæstionum moralium disceptatione versari, ubi agitur de summo bono, sine quo fieri homo beatus non potest. Quod in Socratis disputationibus, dum omnia movet, asserit, destruit, quoniam non evidenter apparuit, quod cuique placuit, unde sumserunt & ubi cuique visum est, constituerunt finem boni. Sic a. diversas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt. Quod vix credibile est, unius potuisse facere sectatores &c.* v. & *Euseb.* lib. XI. præp. Ev cap. 2. ostendit a. Augustinus breviter, quid censuerint quidam illud summum bonum sic ait: *ut quidam summum bonum esse dicerent voluptatem, sicut Aristippus: quidam virtutem, sicut Antisthenes. Sic alii atque alii aliud atque aliud opinati sunt.* à *Cicerone* in Orat. *dicitur Antisthenes patientiam & duritiem in Socratico sermone adamasse.* Et Aristippus, *quem magis voluptuariæ disputationes delectarunt, & ejus posteri voluptate omnia metiebantur. Dum verecundius id agebant nec dignitati satisfaciebant quam non aspernanbantur nec volupta-*

tem tuebantur, quam amplexari volebant. *Hieronymus* commentario in Ecclesiasten, ubi de voluptate loquitur, *Et hæc*, inquit, *aliquis loquatur Epicurus.&* de Socraticis sic *Cicero* lib. 3. de Oratore. 59. *Primum ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates; quorum alter peripateticorum; alter Academiæ nomen obtinuit: Deinde ab Antisthene Cynici primum, deinde Stoici: tum ab Aristippo Cyrenaica Philosophia manavit, quam ille & ejus posteri simpliciter defenderant*: addit: *fuerunt etiam alia genera Philosophorum, qui omnes se Socraticos esse dicebant: Eretriacorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum. Sed ea horum vi & disputationibus sunt jam fracta & extincta.* Vid. & de illis eundem *Tullium* lib. 1. Acad. *Aristippus & Cyrenaici & cæteri, pecudes Philosophorum.* De Epicureis etiam vid. dicto l. & Ciceronem de Stoicis. De Aristippo vid. etiam *Lactantium* lib. 3. c. 3. *Athenæum* lib. 12. deipnos. & *Epiphanium* lib. 3. de Antisthene eundem *Lactant.* lib. 3. c. 8. De omnibus Socraticis Laertius in vitis eorum. Plenius nos quoque de quibusdam ex illis suo loco. Primum de *Platone* Socraticorum ac Philosophorum principe agendum, cujus authoritate una

&

& consentiens duobus vocabulis Philosophiæ forma instituta est Academicorum & Peripateticorum. Et hic nobis dabit Philosophiam theoreticam & practicam.

Cap. XI.

Plato *unde dictus. ejus genus & ætas, ingenium, virtutes & vitia. Ejus studia Poetica, Mathematica, Medica & Theologica. Quos præceptores ille habuit & quas peregrinationes instituit. Quæ in iis didicit. An etiam ab Hebræis didicerit aliquid. Scientia & Sapientia ejus ampla & ob eam celebratus ille. Summa ejus eloquentia, authoritas & fama. Veteris Academiæ institutor. quem magistrum in Philosophando secutus sit & quem modum tenuit. Cujus sectæ Philosophus, quæ nova induxit. Quos discipulos reliquerit & quos à se scriptos libros.*

PLato (prius Aristocles appellatus, ut habent Laertius & S. Empiricus) à latitudine pectoris vel frontis sic dictus juxtà Hesych. in ejus vita lib. 1. de dog. Plat. & sic ob egregium corporis habitum, quem ei tribuit Laertius. Alii apud illum & hunc in vit. ejus ab ubertate sermonis orationisque & latitudine verborum id nomen trahunt, quæ *Ciceroni* Orat. 5. *Amplitudo* vocatur & latitudo *Plinio* lib. 1. Ep. x. filius fuit Aristonis & Perictonæ sive Potonæ à Solone oriundæ, à quo

Plato ſextus numeratur ap. eundem *Laert.* natus ille dicitur à Diog. teſtimonio Apollodori 88^{vâ}. Olympiade Thargelionis Septima, & decesſiſſe anno primo centeſimæ octavæ olymp. ætatis 81mo. juxtà *Lucianum* in Μακροβ. & perveniſſe ad 82^{dum}. uti vult *Athenæus* lib. 5. deipnoſ. cap. 18. Licet alii hic numerent 84. Moritur, inquit *Cicero* de Senectute 13, *Uno & octuageſimo anno ſcribens.* Sic quoque *Hieronymus* ad Nepotianum Epiſt. 2. cap. 2. Floruit, ut eſt apud *Euſeb.* lib. x. præp. Ev. cap. 3. circa finem regni Perſici, paulò ante Alexandrum Macedonem, quadringentis annis vel paululum plus ante Auguſtum Cæſ. *Ingenium* ejus laudat Cicero 1 Tuſc. 22. & ad Q. Fratr. 1. Ep. 23. Ubi *Princeps ingenii* appellatur. *Auguſtinus* lib. 8. civit. D. cap. 4. dicitur *eum fuiſſe ingenio mirabili & longe ſuos condiſcipulos anteiſſe*, ita ut cæteros obſcuraret. Apud *Laertium* κορυφαιότατος appellatur. Et hanc illius ſupra ſuos conſortes eminentiam oſtendit *Beſſarion* lib. 1. contr. Calumn. cap. 3. *Luciano* in piſcat. ſive reviviſc. laudatur ejus μεγαλόνοια θαυμαστὴ. 1. *Intelligentia ac prudentia ejus magna.* vid. quoque *Quintilian.* lib. x. cap. 1. inſtit. Orat. Illud ejus

inge-

ingenium potiſſimum illuxit è monumentis, quæ *Athenæo* lib. 5. deipnoſoph. c. 18. Omnia attentè & cogitanter ſcripta feruntur, ſic n. ille: οὐ γὰρ ἀγράφως τὶ ἔλεγεν ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως. ὡς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων φησίν. Et *libri ejus à Cicerone* 3[de]. Orat. 15. *Mirabiliter ſcripti* dicuntur. & Famil. 9. *Apud Platonem ſcripta divinitùs.* Cui etiam Orat. 10. Ille *intelligendi graviſſimus author & magiſter dicitur* & ideo *divini ejus ingenii profunditas* celebratur *Macrobio* lib. 2. in ſomn. Scip. cap. 2. *Verecundia* laudatur *Ciceroni* 9. Famil. Ep. 22. & *Laertio* in vit. ejus. qui ait, eum juvenem adeo verecundum fuiſſe & compoſitum, ut numquam riſiſſe niſi modicè deprehenſus ſit. *Humilitas*, Æliano lib. 4. var. Hiſt. cap. 9. & lib. 3. cap. 19. & *vitæ contemptus* apud eundem lib. 9. c. 10. *Continentiam* in vita frugali exprimebat, teſte eodem lib. 2. cap. 18. & habitu corporis minus curioſo, lib. 3. cap. 19. *Fortitudo* ejus enituit in duobus (militabat n. ob paupertatem juxtà eundem lib. 3. cap 27.) præliis, in quibus ſe ſtrenuum exhibuit, uti legimus lib. 7. cap. 14. *Juſtitiæ* patronus nominatur *Lactantio* lib. 5. de Iuſt. cap. 14. Licet ei objectum ſit, quod ali-

ter viveret, quàm loqueretur, ut eſt ap. *Senecam* de vita beat. cap. 27. legatur apud *Athenæum* lib. XI. Deipn. §, 250. f. ubi ſummæ ſuperbiæ inſimulatur, & calumniator vocatur § 248. Perverſus ac mulevolus §. ſeq. 250. ejus ibidem quoque malignus ejus erga omnes animus memoratur, hoc argumento, quod καὶ Φαίδωνι τῆς τῆς δουλείας ἐφιςὰς δίκην ἐφορέσατη. *i. Contra Phædonem actionem vindiciariam inſtituerit.* Ideo inceſſitur quoque à Comicis acerbioribus convitiis. & quod ipſe Xenophonti non conſenſerit nec Ariſtippo nec Æſchini ap. *Laertium. Faſtum* ejus in ſuſtentanda per eum mortui Socratis Schola interpretatur Athenæus l. cit. ubi & invidum & improbum vocat. & lenonem deterrimum *Ioh. Chryſoſt.* tom. 4. p. m. 1632. Imo & *Hieronymus* Epiſt. I. ad Heliod. cap. 8. *ſtultum.* Cæterum, ut ad ſtudia ejus veniamus, *picturæ* etiam Studioſus fuit hic noſter, ut prodit Diogenes. Poemata quoque ſcripſiſſe dicitur ap. eundem: Primò quidem *dithyrambos* & deinde *melos* & *Tragœdias.* Videatur Ælianus lib. 2. var. Hiſt. cap. 30. Deinceps ut ad interiorem Philoſophiam admitteretur variis diſciplinis ſe tradidit addiſcendis.

Inter

Inter quas *Geometriam* imprimis colere cœpit, eamque & reliquas Matheseos partes, Philosophiæ præmittere voluit, ut liquet è septimo ejus de legibus & septimo de Rep. Geometriam ideo προπαίδειαν appellabat & κατὰ παίδευσιν ὁδὸν. i. *Viam ad Doctrinam*. Ubi & censet Logisticæ naturâ deditos facilius capere studia. Et eo usque ei sententiæ de ea colenda ante Philos. instandum ratus est, ut hoc: ὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω, Gymnasii sui frontispicio inscribi curarit. Etiam passim exemplis Mathematicis in suis scriptis usus est, & dicitur à Fabio lib. 1. cap. 17. Præcipuè in *Timæo* suo, qui ne intelligi quidem, nisi ab iis, qui hanc quoque partem disciplinæ diligenter perceperint, potest. Et similia deprehendes in *Menone* & *Theateto* & lib. de *Rep.* & *Epinomide*, uti demonstrat *Theo Smyrnæus* Platonicus, initio libri, qui inscribitur τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. i. *In expositione eorum, quæ in Mathematicis ad Platonis Lectionem utilia sunt*. Non leviter hanc Studiorum partem excoluit, sed *in ea se contrivisse dicitur Ciceroni* 1. de fin. 72. Traditur quoque inventum ejus speciale agri mensurandi apud

Vitruvium lib. 9. Architect. cap. 1. Nec tantum ibi, sed & in numeris Musicis discendis omnis fuit. Dicitur enim Ciceroni l. cit. etiam in *Musicis se contrivisse.* Et *in Geometria & Musicis præstantissimus.* 1. De Orat. 217. Et ideo ita Plato Musicam commendat, ut pueris ingenuis eam statuat necessariam lib. 7 de legib. ed. Serr. 809. *Cicero* illam adprobans 9. famil. 38. *Platoni*, inquit, *assentior, nihil tam facile in animos teneros & mobiles refluere, quam varios canendi sonos.* & de vi Musicæ, 3. Acad. 22. *Platoni nostro placet musicorum cantibus mutatis, mutari civitatum status.* Arithmeticis studiis etiam eruditus fuit, cum *Tullius* eum de Finib. 72. dicat in *numeris* se contrivisse. vid. & ipsum Platonem lib. 7. de Rep. p. 522. & eam pueris commendat lib. 7. de legibus p. 809. Etiam creditur ille initia Algebræ invenisse. In Phædro suo meminit πεττείας καὶ κυβείας, quas Ægyptios invenisse ait & artem esse calculis & cubis numerandi *G. Vossius* de scient. Math. cap. 8. §. 2. *Astrorum* disciplinam etiam coluit, ut testatur idem *Cicero* l. proximè cit. *Plato*, inquit ille, *in Musicis, Geometria, numeris, & astris se contrivit.* Et eum in finem Philolai

lai Pythagorici librum à propinguis xl minis Alexandrinis emi curavit, uti ex Hermippo tradidit Laertius lib. 8. & eandem discipl. commendat pueris ingenuis lib. 7. de leg. *Geographiam* quoque didicit, ut patet ex ejus Atlantica in Timæo p. ed. Serr. 24. & aliis locis. Quæ illic dicitur νῆσος ἅμα Λυβίης καὶ Ἀσίας μείζων. i. *Insula Libya & Asia Major.* Quam posteà dicit submersam. *Dialectica* summam cognitionem sibi paravit, ut posteà constabit. Et ex eo, quod eam commendet ut supremam scientiam, ad cujus cognitionem gradus sunt Mathematicæ artes. vide eum lib. 7. de Rep. p. 522. & 351. & artium præstantissimam in Philebo p. 57. & seq. vocet. vid. & *Laertium* in ejus vit. *Medicinæ* quoque notitiam quandam sibi paravit, teste *Æliano* lib. 9. var. Hist. c. 22. ubi sic: Πλάτων δὲ Φροντίδα εἰς αὐτὴν sc. ἰατρικὴν ἔσχε πλείστην. i. *Plato etiam plurimum curæ in medicandi artem contulit.* Qua indigere turpe esse dicit propter desidiam & dissolutum victum. lib. 3[de]. Rep. p. 405. *Politices & juris* cognitionem satis adprobavit in libris de Rep. & legibus aliisque. *Theologiam* etiam intentius didicit, ut deinceps videbimus. Hic Plato Socrati disci-

discipulus successit, ut testantur *Laertius* in vit. Socrat. lib. 2. & in vita Plat. & Augustinus lib. 8. de civit. Dei cap. 4. Et non tantum Socratem, sed & alios præceptores habuit. Socratem primò, inquit Euseb. lib. x. præp. cap. 3. f. 1. deinde Pythagoricos audivit. Augustinus l. cit. de eo, *Parum putans*, ait, *perficiendæ Philosophiæ sufficere seipsum ac Socraticam disciplinam, quam longè latèque potuit peregrinatus est, quaquaversum eum alicujus nobilitatæ scientiæ percipiendæ fama rapiebat. Cicero* 1 Tusc. 39. *Platonem ferunt, ut Pythegoraos cognosceret, in Italiam venisse & in ea cum alios, tum Architam Timæumque cognovisse & didicisse Pythagorea omnia.* Dicit Laertius, eum cum annum vicesimum ætatis ageret, Socratem audivisse. Illo decedente, Cratylo Heracliti discipulo & Hermogeni Parmenidis Philosophiam tuenti operam dedisse: deinde, cum esset annorum duo de triginta, Megara se ad Euclidem cum aliis Socraticis contulisse. Hinc Cyrenem profectum Theodorum Mathematicum audivisse atque inde in Italiam ad Pythagoricos Philolaum atque Euritum concessisse, atque ab his in Ægyptum abiisse ad Prophetas & Sacerdotes.

dotes. Cum quo non convenit Augustinus l. cit. qui vult prius eum in Ægyptum, deinde ad Italiæ pythagoreos venisse. de peregrinationibus Platonis vid. *Apuleum* lib. de dogm. Plat. 5. & 7. Laertio assentitur *Eusebius* lib. x. præp. Ev. c. 2. Ubi ait Platonem, cum Italicam Philosophiam hauserat, in Ægyptum abijsse nec brevi tempore ibidem conversatum. Forsan illa differentia exinde nata, quod bis Italium pieticrit hic Philosophus. Cum & tradantur ejus tres profectiones in Siciliam ab ipso Epist. 7. & Laertio in ejus vit. seriem peregrinationum ejus sic *Quintilianus* lib. i. tradens c. 12. *Plato*, inquit, *non contentus disciplinis, quas præstare poterant Athenæ, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat, Ægypti quoque Sacerdotes adijt.* Italiæ pars, in quam ille profectus est, *Hieronymo* Epist. 103. cap. 1. Magna *Græcia* appellatur. *Plato*, inquit Cicero; *Tarentum venit L. Æmilio & App. Claud. Coss.* In illam igitur Italiam venit, ut disceret Philosophiam Pythagoricam, ut Laertius & Eusebius testantur. *Augustinus* lib. 8. civit. c. 4. *Inde*, ait, *in eas Italiæ partes veniens ubi Pythagoreorum fama celebratur quicquid Italicæ Philoso-*

losophiæ tunc florebat, auditis eminentioribus in ea Doctoribus, facillimè comprehendit. Quibus propè congruit *Hieronymus* lib. 3. adverſ. Ruffinum cap. 10. vid. & *Apulejum* lib. 2. Flor. 1. 26. Et *Theodoretum* lib. 1. de curat. Græc. Aff. ubi & additur, eum in Siciliam quoque veniſſe. ſcil. ut Ætnæ incendium videret & leges per diſceret. addit *Laertius*, eum cum Euripide eo profectum. vid. *Euſeb.* lib. 10. cap. 2. In Ægyptum venit, teſte *Auguſtino* lib. 8. de civ. c. 4. ut *diſceret quæcunque illic magna habebantur. Ambroſius* Serm. 18. in Pſalm. 118. *Eruditionis gratia Plato in Ægyptum profectus, eſt. Veritatis inveniendæ cauſa Ægyptum Thebaſque Ægyptias perluſtraſſe Platonem,* dicit *Theodoret.* lib. 1. de curat. Græc. Aff. & lib. 2. & Macrob. lib. 1, in ſomn. Scip. c. 19. *Plato Ægyptios omnium Philoſophiæ diſciplinarum parentes ſecutus eſt.* v. & *I. Chryſoſt.* tom. 4. p. 3. *Lactantius* lib. 4. de vera Sap. cap. 2. Plato *amore indagandæ veritatis accenſus ad Ægyptios penetravit, ut earum gentium ritus & ſacra cognoſceret.* Apud Clementem lib. 1. ϛρωμ. p. 303. Plato fatetur ſe & Pythagoram multa didiciſſe à Barbaris, inter quos præcipuos facit Ægyptios. Et in admonitione ad gentes

tes p. 46. Sic Ægyptios habuisse dicitur magistros suos, ut didicerit ab iis Geometriam. *Diodorus* Sic. lib. 1. cap. 6. Biblioth. etiam Platonem numerat inter eos, qui eruditionis gratia in Ægyptum profecti erant. & apud *Clem*. lib. 1. στρωμ. p. 303. Plato dicitur fuisse discipulus Sechnuphidis Heliopolitani, atque *Sacerdotum Ægypti arcana perdidicisse*, ut loquitur *Quintilianus* lib. 1. cap. 12. Inst. Addit *Lactantius* lib. 4. de ver. Sap. cap. 2. Platonem etiam ad *Magos usque & Persas penetrasse* ut earum gentium ritus & sacra cognosceret. vid. etiam Clementem lib. 1. στρωμ. p. 303. Dicente Laertio, quod à Magis audiendis sit prohibitus bello Asiatico. à Babyloniis etiam fatetur Plato se hausisse Philosophiæ pulcerrima quæque apud *Clementem* lib. 1. στρω. p. 301. & in admonit. ad Gentes fertur Astronomiam à *Babyloniis* didicisse, rectas & sanas incantationes à *Thracibus*. Cæterum an hic Philosophus etiam venerit ad Judæos, ab iisque aliqua didicerit, variant scriptores. *Lactantius* lib. 4. cap. 2. Absolutè negat. alii affirmant. apud Clementem in Admonit. ad Gentes p. 46. dicitur Platoni; νόμους τοὺς ὄντας ἀληθεῖς καὶ δόξαν τοῦ θεοῦ, παρ' αὐτῶν ὠφέ-

ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων. 1. *Leges autem quocunque veræ sunt & de Deo opinio suppeditata tibi sunt ad Hebrais.* & lib. 1. στρωμ. p. 150. ὁ τῆς ἀλήθειαν ἐζηλωκὼς τῶν φιλοσόφων Πλάτων τὸ ἔναυσμα τῆς Ἑβραϊκῆς φιλοσοφίας ζωπυρῶν. 1. *Ille, qui veritatem Philosophorum ita sectatus est Plato, ut Hebraicæ veritatis excitarit scintillam.* Theodoreto lib. 2. de cur. Græc. Aff. dicitur parva quædam veritatis lumina, quædamque initia à Mose desumsisse. & ibidem addit: ænigmata quædam de Deo ab Ægyptiis Hebræisque collegisse &, ut habet Eusebius, de parabolis Salomonis multa sumsisse. *Ambrosius* Serm. 18. in Psalm. 118. *Eruditionis*, inquit, *gratia profectus Plato in Ægyptum, ut Mosis gesta, legis oracula & Prophetarum dicta cognosceret.* Huic convenit *Iustinus* Martyr in exhort: qui vult Platonem Mosis doctrinam cæterorumque Prophetarum de uno solo Deo in Ægypto didicisse. consule eundem Apolog. 2. pro Christianis. Clemens lib. 1. στρωμ. p. 274. ἐν γοῦν τοῖς νόμοις ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων. Et idem p. 349. Πλάτων δὲ ὁ φιλόσοφος ἐκ τῶν Μωσέως τὰ περὶ τῆς νομοθεσίαν ὠφεληθεὶς, ἐπετίμησε μὲν τῇ Μίνωος καὶ Λυκούργου πολιτείᾳ. 1. *Plato Philosophus à*

Mose

Mose in legibus ferendis adjutus reprehendit quidem minoris Lycurgique Politiam &c. Apud dictum *Clementem* lib. 1. p. 342. Plato à Numenio Pythagorico ibi citato Μωσῆς Ἀττικίζων. i. *Moses Atticè loquens* vocatur v. & *Euseb.* lib. 13. præp. c. 7. & putat *Euseb.* lib. 9. de præp. Ev. eundem modum scribendi habere Platonem, quem Moses. & ideo judicat eum legisse legem hujus. Quod Mosen diligenter sit secutus, his indicat Clemens 5. στρωμ. p. 560. Ὁ Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ σὺν δὲ Πλάτωνι μάλιστα τῶν ἄλλων φιλοσόφων σφόδρα τῷ νομοθέτῃ ὡμίλησαν, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν συμβάλλεσθαι τῶν δογμάτων καὶ κατά τινα μαντείας εὔστοχον φήμην οὐκ ἀθεεὶ συνδραμόντας ἔν τισι προφητικαῖς φωναῖς τὴν ἀλήθειαν κατὰ μέρη καὶ εἴδη διαλαβόντες &c. i. e. *Pythagoras & ejus discipuli una etiam cum Platone maximè ex aliis Philosophis usi sunt legislatore, ut conjici potest ex ipsis dogmatibus. Et cum per rectè conjectantem famam divinationis, non absque instinctu divino concurrissent cum quibusdam vocibus Propheticis & veritatem per partes & speciem tractassent.* vid. lib. 1. στρωμ. p. 342. ubi putatur hic Phil. multa è lege Mosis desumsisse. Aristobulus Judæus ad Philometora lib. 1. ut citat Eusebius, legem, inquit, nostram in multis

tis

tis Plato secutus est. Apertè namque in multis diligenter examinasse singula videtur. Et addit: Mosaica n. volumina ante Alexandrum & Persarum imperium traducta fuerunt, unde plurima, sicut & Pythagoras Philosophus ille, accepit. *Augustinus* lib 8. de civit. Dei cap. XI pòst alia sic: *Quod Plato dicit amatorem Dei esse Philosophum, nihil sic in illis sacris literis flagrat: Et maxime illud, quod & me plurimum adducit, ut pene assentiar Platonem illorum librorum expertem non fuisse.* Ibidem in Princip. *Nonnulli putaverunt, eum, quando perrexit in Ægyptum, Hieremiam audivisse Prophetam, vel scripturas Propheticas in eadem peregrinatione legisse.* De Hieremia tempore captivitatis Babilonicæ in Ægyptum progresso & Tanis lapidibus obruto, vid. *Hieronymus* proæmio in Jerem. *Tertullian.* in scorpiaco c.8. & *Isidor.* lib. de vita & morte sanct. & quod Plato in Ægyptum peregrinatus sit arcanorum discendorum animo, suprà audivimns. Pergit *Augustinus*: *quorum quidem opinionem in quibusdam libris meis posui* i. e. libro 2. de Doctr. Christian. c. 28. ubi vult, & eam fuisse Ambrosii sententiam, Platonem sacris literis per Hieremiam fuisse imbu-

tum;

tum. Quam ille ibi videtur quadantenus amplecti, ut constat è lib. 2. retract. cap. 4. ubi fatetur, se memoria *lapsum*, tanquam Plato & Hieremias coætánei fuerint. & deinde addit: *Sic maturius consideratâ Chronologia &c.* Et in l. cit. de civit. *sed diligenter supputata temporum ratio, quæ Chronica historia continetur, Platonem indicat à tempore, quo Prophetavit Hieremias, centum fermè annos posteà natum fuisse.* Imò plures anni intercesserunt inter utrumque. Nam *Eusebius* in Chronico natalem Platonis conjicit in 88^{væ}. Olympiad. quartum annum. Et Olymp 37 & 38. vult prophetasse Hieremiam. Sic etiam *Cyrillus* lib. 1. contra Julian. & ei σύγχρονον facit Sophoniam, unde ablatis, qui debent, numeris, restant longè plures anni. Pergit *Augustin.*, *Qui Plato cum octoginta & unum vixisset ab anno mortis ejus (quæ incidit in annum primum Olymp.* 109.) *usque ad tempus, quo Ptolemæus Rex in Ægyptum Scripturas Propheticas gentis Hebræorum de Iudæa poposcit & per* LXX *viros Hebræos, qui etiam Græcam Linguã noverant, interpretandas habendasque curavit,* (quod factum Olymp. 124.) *anni fermè reperiuntur* LX. sed videntur tempora Hieremiæ verius convenire ætati

Pythagoræ, qui quibusdam ab Ezechiele dicitur institutus. Post concludit Augustinus hunc in modum: *quapropter in illa peregrinatione sua Plato, nec Hieremiam videre potuit tanto ante defunctum. Nec easdem scripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcam linguam translatæ, qua ille pollebat.* Licet non neget alio modo potuisse eundem Philos. exinde quædam discere: *Nisi fortè*, inquit, *quia fuit acerrimi studii sicut Ægyptias, ita & istas per interpretem didicit, non ut scribendo transferret, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio, qui regia potestate etiam timeri poterat, meruisse perhibetur, sed ut colloquendo, quid continerent, quantum capere potuisset, addisceret.* & quod illa suadeant cum sacris convenientia, in seq. ostendit. Imò & hospes Platonis in Polit. pag. ed. Serr. p. 270. fatetur se aliunde hæc, quorum ibi mentionem facit, scilicet quæ de παλιγγενεσίᾳ narrat, didicisse. Sic n. ἀπεμνημονεύετο δὲ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων τῶν πρώτων οἱ τελευτώσῃ μετὰ τῇ προτέρᾳ ἐπιφορᾷ τὸν ἑξῆς χρόνον ἐγειτόνουν, τῆσδε κατ' ἀρχὰς ἐφύοντο. i. *Tradiderunt hæc nobis primi illi majorum nostrorum, qui statim post primam revolutionem orti sunt.* Simile quid habetur in Gorgia

p. 524. v. plura apud *Euſebium* præparat. Ev. lib. xi. cap. x. &c. Alia videbimus ſuis quæque locis. Sed penitius Platonem introſpiciamus. Variam Eruditionem cum Plato peregrinando inveniſſet, tam feliciter inclaruit, ut magnæ ſplendorem famæ circumtulerit. Unde Ciceroni 1. ad Q. Fratr. Ep. 23. *Princeps ingenii & Doctrinæ appellatus eſt:* & *omnium princeps*, 2. de legibus. *Ambroſio* lib. 2. de Abr. cap. 5. *princeps Philoſophorum* dicitur. & præfat. in enarr. Pſalm 35. dicit eum *tenere in omnes ſecularis Sapientiæ principatum.* Et nemo Platoni æqualis eſt Sexto Empirico lib. 5. adverſ. Math. p. 123. *Philoſophiæ Pater* eidem *Ambroſio* lib. 2. de Abr. c. 7. *Philoſophorum Rex* Lactantio lib. 3. cap. 13. *Philoſophorum apex* ſublimis & columen *Arnobio* lib. 1. contra gentes. *Philoſophorum quaſi Deus Ciceroni* 1 Tuſc. 1. & 2. de nat. Deor. 32. Et 4. ad Atticum Ep. 15. *Deus ille* noſter Plato in πολιτείᾳ. Divinus dicitur *Iulio Firmico* lib. 1. Aſtron. & *Ciceroni* de opt. Orat. 17. & de leg. 69. & *Arnob.* lib. 1. contr: gentes. & paſſim apud Græcos θεῖος dicitur & δαίμων & quæ ſcripſit, *divinitus* ſcripta eſſe *Cic.* 1 Fam. ep. 9. *Sanctiſſimus Cenſorino* de die

nat. cap. 14. *Ciceroni* 3. de legibus Philosophorum Homerus *Sanctissimus*. *Luciano* περὶ μακροβ. ἱερώτατος & ἱερὸς ἐκεῖνος eidem in fugitivis & ap. *Suidam* lib. 15. *Magnus* appellatur Arnobio lib. 2. contr. gentes. *Præstantissimus* Ciceroni 1. ad Q. Fratr. & *nobilis* sua Philosophia Senecæ. ep. 44. pr. Omnibus in scientia civili *anteponendus* Ciceroni 1. de legib. 15. & cap. 25. Quem *omnibus anteponis, quem maxime diligis*. Eidem 2. de legibus dicitur *vir Doctissimus*. & pro Rabirio Posth. 25. vir unus totius Græciæ facile *Doctissimus*. *Lactantio* lib. 5. de justitia cap. 3. censetur inter eos, qui Philosophorum *Doctissimi* dicebantur. *Excellens* in Philosophia *S. Empirico* lib. 6. contr. Math. p. m. 129. Etiam Philosophorum *sapientissimus Ciceroni* 3. de legibus. Omnium *sapientissimus Lactantio* lib. 1. de falsa religione cap. 5. *Sapientiæ Antistes Plinio* lib. 7. n. Hist. cap. 30. pr. Ipsius *veritatis arcanum* Macrobio lib. 1. in Somn. Scip. cap. 5. His encomiis adjungamus quod in Piscat. sive reviviſc. habet *Lucianus*, cui ἡ σύνεσις καὶ τὸ ἀκριβὲς καὶ ἐπαγωγὸν ἐν χειρῷ τῶν ἀποδείξεων, 1. *Cognitio ejus ac diligentia nec non tempestiva demonstratio-*

num introductio, laudantur. Non tantum Philosophicis studiis sic enituit hic Philosophus; sed etiam eloquentiæ laude ac gloria celebratus est, postquam dicendi artem & hausisset uberius & exercuisset vario scriptorum genere. Quibus bonis prælusisse feruntur apes, quæ in ore parvulo sedisse dicuntur *Plinio* lib. 11. cap. 17. Ideo *Cicero* de divin. 78. *Cum Platoni*, inquit *in cunis parvulo dormienti apes in labellis consederunt: responsum est eum singulari suavitate sermonis fore.* Qualem postea eloquentiam sibi paravit, passim deprædicant scriptores. Græci Sermonis proprietas laudatur Empirico lib. 1. advers. Math. c. 5. Licet à stultis & imperitis Grammaticis ut barbarè loquens, ideo quod eum consequi non potuerint, traductus sit, ibidem. Apud *Lucianum* in Pisc. sive revivisc. laudatur ejus καλλιφονία δεινῶς Ἀττικὴ καὶ τὸ κεχαρισμένον καὶ πειθοῦς μεστόν. 1. *Eloquentia redundans & Attico lepore refecta, flexanima & vetusta. Ficinus* in commentario cap. 41. Platonis *elegantiam* admiratum dicit Barthol. Fontium Rhetorem. Dicitque nec Lactantium neque Cornelium Celsum, neque Ciceronem ipsum in re describenda ad miram Plato-

 nis

nis eloquentiam accedere potuisse. *Eusebius* lib. x. præp. Ev. cap. 3. f. ait. quod Plato, cum Socratem primò, deinde Pythagoricos audivit, omnes, qui ante ipsum fuerunt, in Philosophia tum eloquentia, tum prudentia superarit. Etiam *Theodoretus* lib. 1. de cur. Gr. Aff. dicitur *cæteros Philosophos eloquentiæ copia obruisse.* & *vis Platonicæ eloquentiæ* nemoratur lib. 5. ubi: *qui omnes homines nec solum Græcos, sed ipsos quoque Athenienses facundia verborumque ornatu facile obruit.* Et *Ciceroni* 2. de nat. vocatur *eloquentissimus inventor & linguæ Magister* 3. de Orat. 137. *& cælestis ejus facundia* appellatur *Apuleio* in Apologia n. 519. vid. lib. de dog. Plat. 5. *Laertius* in ejus vita ait: δοκεῖ δέ μοι Πλάτων ἀκριβώσας τὸ εἶδος καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἂν ὡς τοῦ καλοῦ οὕτω καὶ τῆς εὑρέσεως ἀποφέρεσθαι. 1. *Plato meo quidem judicio id genus expolivit adhuc alioquin rude atque perfectum. Ita non solum ornatæ & politæ orationis, Verum & ipsius inventionis dignissimè sibi primatum vendicat.* Et tanta fuit Platonis eloquentia, ut vulgatum sit apud Veteres illud, Jovem, si Græcè loqui vellet, non aliter locuturum, quàm Platonem. v. *Cic.* de clar. Orat. 121. Etiam Aristotelem virum

excel-

excellentis ingenii *eloquio* superavit, teste *Augustino* lib. 8. de civit. Dei cap. 12. Ejus in dicendo *ubertas* memoratur *Ciceroni* de clar. orat. l. c. *quis*, inquit, *uberior dicendo Platone? gravitas* eidem Orat. 10. *Dicendi gravissimus author & Magister Plato.* & 62. *Dicendi gravitate Princeps Plato.* & 2. de nat. D. *gravissimus inventor.* Copia, *Cicer.* Orat. 62. *Longè omnium quicunque scripserunt aut locuti sunt & copia dicendi & gravitate Princeps Plato.* & copiosus 1 Acad. q. 17. *Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime & copiosissimè potuisse dicere.* vid. 1 Off. 4. amplitudo Orat. 5. *Platonis amplitudo Aristotelem à scribendo non deterruit.* Varius & multiplex 1 Acad. Q. 17. Et Plinius lib. 1. ep. 10. *Platonis & sublimitatem & latitudinem laudat.* etiam de ejus sublimitate vide Hermogenem περὶ ἰδεῶν tom. β. mihi p. 377. Ubi & dicitur ejus sermo Panegyricorum *optimus.* vid. & Longinum περὶ ὕψους. Et ille *summus Orator.* 1 de Orat. 47. *Et talis omnium Rhetorum exagitator, ut tn. unum Isocratem imitatus sit.* Orat. 42. Audiamus quoque *Quintilianum* lib. x. instit. c. 1. *Quis dubitet, inquit, Platonem esse præcipuum sive acumine disserendi,*

 sive

ſive eloquendi facultate divina & Homerica. multum n. ſupra proſam & quam pedeſtrem Græci vocant, ſapit; ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtinctus. & lib. 5. cap. 7. eo nomine maximè *Platonem* imitandum cenſet. Styli ejus genus à Laertio dicitur μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. 1. *Inter poema & proſam Orationem medium*, authoritate Ariſtotelis. Cicero Orat. 67. *Platonis locutio potius poëma putandum, quàm Comicorum & Poëtarum.* Ob hæc omnia magni nominis hic Philoſophus ſic inclaruit, ut longe lateque famam ſparſerit. unde etiam *Ælianus* lib. 2. v. h. c. 42. ἡ Πλάτωνος δόξα καὶ ὁ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος καὶ εἰς Αρκάδας ἀφίκετο καὶ Θηβαίους. 1. *Platonis gloria & virtutis fama uſque ad Arcadas & Thebanos pervenit.* Celebrat quoque ejus famam & claritudinem Joh. *Chryſoſtomus* lib. 2. adverſ. vitup. vit. Monaſt. p. mihi 1270. unde *authoritas* ejus ſumma. *Cicero* cum eum 2 de legibus 1. appellaſſet *virum graviſſimum*, 1. de divinat. ſic loquitur: *Plato & Socrates, ut rationem non redderent, authoritate tamen reliquos minutos Philoſophos vincerent.* & 2 de legibus 68. *Platonis ſummi viri authoritatem agnoſcit*

ta-

talem, quâ, ut ille .1 Acad. 17. *Vna & consentiens duobus vocabulis Philosophiæ forma instituta sit Academicorum & Peripateticorum.* Quorum *perfectissimam disciplinam* nominat 4. Acad. 15. & de clar. Orat. 191. *Plato mihi unus erit instar omnium.* Sic ut quidam cum ipso *errare* maluerint, quam cum aliis *vera* sentire, & ipse *Cicero* 1. Tusc. 39. & 2 de legibus 68. vid. & *Apulejum* 4. de Dog. S. c. m. 11. Hic Philosophus *Academiam* instituit teste *Laertio* in proœmio. quæ demum *Vetus* vocitata est, cum jam Arcesilas alteram ut novam introduxisset. Nam cum Athenas esset regressus, in Academia commorabatur, ut idem habet in vita ejus. Ubi sic describit ille locum, quod fuerit in suburbano memorosus, à quodam heroe Academo appellatus. Dicitque ante per E. scribi solitam, ut Hecademiam. Nam ut, habet Hesychius III. in vita Plat. πρότερον ἡ Ἀκαδημία τὸ χωρίον Ἑκαδημίας ἐκαλεῖτο. 1. Hecademi fundus dicta est Academia. & alio loco Diogenes tradit illum in Academia plurimum temporis Philosophatum & sepultum, sectamque Academicam inde appellatam. Empirico lib. 7. advers. Math. dicitur Ἀκαδημικὴ ἱστορία ἀνα-

θεν ἀπὸ Πλάτωνος ἀποδοθεῖσα. 1. *Historia Academica ab alto à Platone originem ducere.* v. *Suidam* in Ακαδημία & Aristophanis Schol. ἐν νεφέλ. & Sextus addit lib. 1. Pyrrhon. cap. 33. Academias enumerans Platonis Academiam esse antiquissimam, Secundæ & Mediæ authorem esse *Arcesilam* Polemonis auditorem: Tertiæ & novæ *Carneadem* Clitomachum. & esse, qui his quartum Philonis & Charmidæ subjungant. In Philosophando non unum Magistrum secutus est neque unum modum tenuit. *Diogenes* in ejus vita, μίξιν, inquit, ἐποιήσατο τῶντε Ηρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. 1. *Miscuit Heracliteorum & Socraticorum rationes.* His eadem tradens Hesychius addit, in quibus potissimum hæc obtinuerint, τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ηράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. 1. *In iis quæ sensibus subjacent Heracliti partes tuebatur. Porrò in iis, quæ ad intelligentiam pertinent Pythagoræ acquiescebat, in rebus autem civilibus Socratem suum maximè amplectebatur. eadem habet Hesychius* III. quo teste constat ipsum etiam multa ab Epicharmo mutuatum, quorum quædam recensentur apud Diog. Laert.

Laert. in Plat scilicet περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν. Qui etiam vult non pauca ipsum scripsisse, quæ Socrates non dixerit. vid. Theodoretum de Curat. Gr. Aff. lib. 1. *Qui quoscunque sermones pareret, uni semper Socrati referebat acceptos, credique ab omnibus passim studebat, non aliunde illos, quàm à mente Socratis prodiisse.* Ideo Socrati gratias fertur egisse, quod ab illo didicerit, ut habet *Seneca* 5. de benef. cap. 7. Philosophando dicitur hic Philosophus, quæ perceperat, exponere, quæ v. falsa sunt, coarguere, de rebus incertis nihil definire. Atque de his quidem, quæ ipse opinatur, quatuor inducit personas, Socratem, Timæum Atheniensem hospitem, peregrinum Eleatem. & sunt Peregrini figmenta sine nomine. Quando autem Socratis & Timæi verba, dum loquitur, pro decretis infert Plato. Qui mendacii convincantur, inducit Thrasymachum, Calliclem, Polum, Gorgiam, Protagoram, Hippiam atque Euthydemum &c. vide *Illustrium* in vita ejus. sed cum probationibus & argumentis concludere nititur, plurimum utitur inductione & quidem bipartita, quod testatur in ejus vita *Laertius.* vid, & *Hesychium* l. cit, Ap. illum Plato

πρῶτος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ. 1. *Primus inquisitionis modum per resolutionem Leodamanti Thasio induxit.* Cicero 1 Acad. q. 45. *Platonem ex Academia Vetere numeramus, cujus in libris nihil affirmatur & in utramque partem multa disseruntur, de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur.* Licet tamen apud eundem 4 Acad. 15. *Plato & Socrates ipsi tollendi sint ex eorum numero, qui negarunt, quicquam sciri aut percipi posse.* Sciendum ab aliis dogmaticum esse habitum, aliis aporeticum. 1. *Dubitatorem.* aliis in quibusdam dogmaticum, in quibusdam aporeticum. Sextus *Empiricus* lib. 1. Pyrrhon. hypot. cap. 33 putat illum in gymnasticis libris 1. exercitatoriis, ubi Socrates aut ludens cum aliquibus inducitur aut pugnans adversus Sophistas, exercitatorium & dubitatorium quendam habere characterem. Dogmaticum autem, ubi seriò loquens sententiam suam aut per Socratem aut per Timæum aut per aliquem ex hujusmodi viris exponit. Addit, eundem, cum de ideis pronunciat aut providentiam esse aut vitam cum virtute conjunctam præferendam esse vitæ, quæ sit cum vitiis conjuncta:

sive

ſive is tanquam exiſtentibus aſſentiatur, dogmaticè pronunciare. Sive tanquam probabilioribus aſſentitur, quia alterum alteri præfert ad fidem obtinendam aut non obtinendam, à forma Sceptica diſcedere. Et ideo, licet quædam Scepticorum more pronunciet, cum ſe exercet, non tamen eſſe Scepticum. Nec quamvis de aliquibus dubitet, tamen, quia in quibuſdam ipſe aut de eſſentia rerum incertarum aut ex incertis alia aliis tanquam fide digniora præfert, ſcepticum eſſe poſſe. Diſſimulandæ Doctrinæ modum quoque à Socrate mutuatus eſt Plato, teſte *Auguſtino* lib. 8. de civit. Dei cap. 4. Unde dicit factum, quod multæ de magnis rebus ſententiæ ejus haud facile perſpiciantur. Sic tamen ſuas eſſe voluit, ut omnibus ante ſe Philoſophis contradixerit juxta Laertium l. cit. Ipſe quoque varia nova induxit Philoſophiæ, inter quæ etiam hæc ſunt, quæ dicto loco prodit Diogenes. Ubi πρῶτος, inquit, ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδας ὠνόμασε καὶ στοιχεῖον καὶ διαλεκτικὴν, καὶ ποιήματα καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τὴν προμήκη, καὶ τῶν περάτων τὴν ἐπίπεδον ἐπιφάνειαν καὶ Θεοῦ πρόνοιαν. *Primus in Philoſophia nominavit Antipodas & elementum & dialecticam*

cam. & Poëmata & prælongum in numero extremorumque planam superficiem ac Dei providentiam. Etiam ibidem πρῶτος ἐν ἐρώτησι λόγον παρήνεγκεν. 1. *Primus dialogos introduxit* & πρῶτος ἐθεώρησε τὴν γραμματικῆς τὴν δύναμιν. 1. *Primus Grammaticæ vim speculatus est.* Magnus hic Philosophus varios habuit discipulos. Sed qui alicujus nominis fuerunt, illos dicunt fuisse Speusippum Atheniensem, Xenocratem Chalcedonium; Aristotelem Stagiriten, Philippum Opuntium, Histiæum Perinthium, Dionem Syracusanum, Amiclam Heracleoten, Erastum & Coriscum Scepsios, Timolaum Cycicenum, Euæonem Lampsacenum, Pithonem & Heraclidem Ænios, Hippothalem & Callippum Atheniensem, Demetrium Amphipoliten, Heraclidem Ponticum &c. De his omnibus vide Laertium. de Speusippo sororis ejus filio speciatim sic *Cicero* 1 Acad. 17. *Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquit.* & 1 de nat. Deor. 32. *Platonem avunculum Speusippus subsequens &c.* de Speusippo & Amicla, quos tum honoribus prosequebatur, tum disputationum participes esse patiebatur Plato, vid. *Ælianum* lib. 3. v. Hist. c. 19.

Ubi

Ubi quoque Xenocratis ut ejus discipuli meminit. Aristotelis etiam magistrum facit idem *Tullius* 1 de nat. Deor. 3. quamvis ejus mores Plato improbarit, ut testatur *Ælianus* l. cit. ubi vult eundem ab Aristotele è Peripato ejectum. De Dione v. Cic. 1. Off. 115. qui 3 de Orat. 137. eum dicit *à Platone omnibus* disciplinis expolitum. & *Ælianus* illum ejus vocat ἑταῖρον & παιδικὸν. Etiam Platonis auditorem facit Demosthenem *Cicero* Orat. 15. & 1 de nat. Deor. Pamphilum quendam. & ibid. 34 ex eadem Platonis Schola Heraclidem Ponticum prodiisse, duos etiam mulieres Lastheniam Mantineam & Axiotheam Phliasiam discipulas ejus. & Theophrastum illius auditorem fuisse & Hipperidem Oratorem & juxtà quosdam, Lycurgum quoque faciunt. Quæ scripsit Plato, attentè & cogitanter expressit, teste *Athenæo*, & Socratica dulcedine, ut *Macrob.* in Somn. Scip. lib. 1. c. 1. Quamvis quibusdam in eo peccasse visus sit, quod plurimum gaudeat metaphoris & subinde haud verecundis, sed audacibus & planè Poëticis ac φορτικοῖς. Quam scribendi rationem judicant Philosophiæ minus convenire. v. *Aristotelem* lib. 2. de demonstratione

ζητητικὸν, qui in inquirendo versatur. Priorem in duo genera distinguit, alterum in speculatione, alterum in actione consistentem. Primum in naturale ac rationale, secundum in morale ac civile dividit. Secundum itidem in duas species dispescit, quarum prima, quæ exercet, *gymnastica*, ut secunda certaminibus occupata *agonistica* illi dicitur. Gymnasticæ iterum bipartitam divisionem esse vult, quâ altera sit *maeutica* 1. incunabula exercitationis tradens vocatur: altera *pirastica*, quæ jam suis viribus utens tentat quid possit. Eodem modo agonisticam bipartitur, aliam *Endicticam*. 1. Demonstrationi inservientem, aliam *anatrepticam* 1. Exhortantem vocans. Alii illos dialogos aliter distinguunt. Libros hujus Philosophi, quales & quod extant in operibus ejus, non quot à Laertio traduntur, juxtà Philosophiæ partes distinctos, sic breviter exhibendos censemus. In prima Συζυγία 1. *Eutyphro* ἢ περὶ ὁσίου. 1. *De Sancto* est Theologicus aut Metaphysicus. 2. *Apologia* Socratis est Ethicus. 3. *Crito* ἢ περὶ πρακτέου. 1. *De eo quod agendum est*, Ethicus est. 4. *Phædo* ἢ περὶ ψυχῆς. 1. *De animo* est Metaphysicus. In Secunda Συζυγία de vera Philosophia

agunt tres. Quorum 1. *Theages*, qui est de *Sapientia*. 2. *Amatores*, qui de *Philosophia* ejusque usu & omnium scientiarum & artium architectonica & earum rectè discendarum methodo agit. 3. *Theætetus scientiæ* definitionem tradit. Quatuor sequentes adversus Sophisticam veræ Philosophiæ imaginem ementientem insurgunt. Igitur 4. *Sophista* continet *Sophistæ* definitionem & illius à Philosopho discrimen. 5. *Euthydemus* dat falsam scientiæ comparandæ rationem, ut à Sophistis notatur & earum inanitatem monstrat 6. *Protagoras* de inanibus *Sophisticarum* speculationum commentis agit. 7. *Hippias minor* præposterum *Sophistarum in disputando* morem carpit. In Tertia Συζυγίᾳ. 1. *Cratylus* est liber dialecticus de recta *nominum ratione* 2. *Gorgias*, liber *Rhetoricus* Rhetoricam artem tradit. 3. *Iō* sive de *Iliade*, *Poëticus* est de *Poëtico* charactere sive de vera *Poëtarum* exponendorum ratione tractans. In Συζυγίᾳ quarta prima pars generalem Ethicorum doctrinam exhibet: & continet 1. *Philebum* ἢ περὶ ἡδονῆς. *1. De voluptate* sive summo bono. 2. *Menonen* ἢ περὶ ἀρετῆς 1. *De virtute*. 3. Alcibiadem primum ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. *1. De natura hominis.*

Secun-

Secunda pars habet peculiarem Ethicorum explicationem. 1. *Alcibiadem ſecundum* ἢ περὶ προσευχῆς. 1. De *voto* ſeu *precatione*. 2. *Charmidem* ἢ περὶ σωφροσύνης. 1. *De temperantia*. 4. *Hipparchum* ἢ φιλοκερδής. 1. de *lucri cupiditate*. Tertia pars continet Politica omnia. In ea 1. *Menexemus* ἢ ἐπιτάφιος λόγος 1. *Oratio funebris* dat exhortationem ad patriam amandam defendendàmque. 2. *Politicus* ἢ περὶ βασιλείας id eſt de *Regno*. 3. *Minos* ἢ περὶ νόμου. 1. De *Lege*, habet introductionem in libros Politicos. 4. Πολιτειῶν libri x. 1. de *Rep.* ſive de *juſto*. 5. Νόμων ἢ περὶ νομοθεσίας. 1. De *legibus* vel legum latione libri XII. 6. *Epinomis* ἢ φιλόσοφος. 1. *Legum* appendix & ſumma ſive *Philoſophus*. In quinta Συζυγίᾳ continentur Phyſica & Theologica. 1. *Metaphyſica*, quorum. 1. *Timæus* ἢ περὶ φύσεως. 1. De *natura* ſive *univerſitate*. 2. *Timæus locrus* περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. 1. *De mundi anima & natura*. 3. Critias ἢ Ἀτλαντικός. 1. *Atlanticus* appendix Timæi de priſci *mundi* hiſtoria. 4. *Parmenides* ἢ περὶ Ἰδεῶν. 1. *De Ideis*. 5. *Sympoſium* ἢ περὶ ἔρωτος. 1. *Convivium* ſive de *amore*. 6. Phædrus ἢ περὶ καλοῦ. 1. *De pulcro*. In Sexta Συζυγίᾳ traduntur

i.e. *Epistola*. 1.Est Ἀξίοχος *Axiochus* sive de *morte*. 2.Περὶ δικαίου. 1. De *justo* sive justitia. 3. περὶ ἀρετῆς. 1. *De virtute, an doceri possit.* 4. Δημόδοκος ἢ περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι. 1. *Demodochus* sive de consultando. 5. Σίσυφος ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι. 1. Est *Sisyphus sive de deliberando*. 6. Ἐρυξίας ἢ περὶ Πλούτου. 1. de *divitiis*. Aliis *Erasistratus*. 7. Est opusculum nothum, quod inscriptum est ὅροι, 1. *Definitiones*. Ex horum librorum quibusdum aliorumq; Authorumquæ desumpta, meo ordine tradam, quæ in sequentibus Platonis Philosophemata datura sunt.

CAP. XII.

Homo quo pacto *sapiens* fieri possit. σοφίας & φιλοσοφίας distinctio & explicatio. *Philosophiæ* divisio. *Dialectica* Platoni ut intellecta & quas disciplinas complexa. *Logica* ejusdem. quomodo artes *Mathematicæ, Arithmetica, Geometria, Astronomia*, & *Musica* ad *Dialecticam* ejus sint gradus,& quæ illæ.

QUod sapientes fieri possint homines, ostendit *Plato* in Epinomide p. 974. Quia, inquit, rei illius acquirendæ facultas & ratio singulis hominibus inest. Dicitque illas obtinere τῆς ψυχῆς σφόδρα πεποιθυίας καὶ μαντευομένης, ὡς ἔσοις αὐτῇ κατά τινα φύσιν ταύτης. Proficit autem animus & nutritur disciplinis, quibus

bus ad Sapientiam pervenit, ut habet in Protagora p. 313. & amplius, si accedat meditatio. Sic ille Theæteto p. 153. ἡ ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις οὐχ ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης, κινήσεων ὄντων κλᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται καὶ γίνεται βελτίων. i. *Animi constitutio nonne disciplina & meditatione, quæ sunt motus, & Doctrinarum cognitionem sibi comparat & ita conservatur meliorque fit.* Quamvis subinde, ubi de ipsa rerum veritate & natura inquiritur exactius, propter humanam infirmitatem intra verisimilia rationi nostræ, standum putet in suo Timæo p. 29. Sed antequam ad τὴν σοφίαν perveniat, profiteri se debet φιλόσοφον. Philosophiæ & Sophiæ explicationem ac distinctionem ex mente Platonis exhibet *Laertius* lib. 3. in vita ejus: ubi dicit σοφίαν εἶναι τὴν τῶν νοητῶν καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστήμην. i. *Sapientiam esse rerum quæ intelligentia comprehenduntur & quæ verè sunt, scientiam.* Quam interpretatur esse intelligendam de Deo & anima à corpore separata. Licet non neget communiter posse dici sapientiam omnem peritiam, ut cum v. c. sapientem vocat artificem. Juxtà eundem Plato aliquando σοφίαν & φιλοσοφίαν conjungit, aliquando separat. Ubi ille

ille l cit. ἰδίᾳ σοφίαν καὶ φιλοσοφίαν καλεῖ ὄρεξιν ἐσαυτῆς θείας σοφίας. 1. *Proprie v. sapientiam & Philosophiã vocat appetitionem quandam ac desiderium divinæ sapientiæ.* Quod procul dubio sic intelligit, ut σοφία humana & ejus initium & gradus φιλοσοφία & hæc per illam accedere dicatur ad τὴν θείαν σοφίαν. 1. *Ad divinam Sapientiam.* Philosophia ipsi Platoni in Euthydemo p. 288. vocatur κτῆσις ἐπιστήμης, 1. *Possessio scientiæ*: additque per illam eam scientiam esse quærendam, quæ nobis usui esse possit. Et comparat inquisitionem Philosophorum cum fossoribus, qui aurum rem pretiosissimam eruunt è terra summo usui inter homines futurum. Alibi quoque in *amatores* sive de Philosophia p. 133. Latitudinem Philosophiæ considerans continuumque discendi omnia desiderium juxtà illud γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος, eam dicit esse πολυμάθειαν. 1. *Multarum rerum studium & scientiam.* Etiam qualemcunque Philosophiam à vera distinguit lib. 7. de Rep. p. 521. Ubi ait veram esse τῆς ψυχῆς περιαγωγὴν ἐκ νυκτερινῆς τινὸς εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον. 1. *Animi esse circumactum è nocturno quodam die ad verum ejus, quod verè est,*

est, reditum. i. e. ad solidam germanamque veritatis agnitionem. & amplius ostendit, illam esse quæ animam trahit à rebus caducis ad id, quod verè est, ἐπὶ τὸ ὄν. v quæ deducit ex eo in hanc rem *Theodoretus* lib. 1. de curat. Græc. Aff. proxime præcedenti loco idem Philosophus à potiori parte appellat Philosophiam καλὸν καὶ ἀγαθόν. i. *Rem honestam & bonam* & à praxi,. *meditationem mortis*, in Phædone p.64. Ubi & ea sic via ad felicitatem esse ostenditur. At videamus jam, quas Philosophiæ partes hic fecerit. *Augustinus* lib. 8. civitatis cap. 4. dicit, *Socratem in activa Philosophia excelluisse, Pythagoram magis contemplativæ institisse, Platonem utramque jungendo Philosophiam perfecisse. Laertius* in ejus vita ait, eum, cum miscuisset Heracliteorum Pythagoreorumque ac Socratis rationes, in iis, quæ sensibus subjacent, Heracliti partes secutum: in iis quæ ad intelligentiam pertinent, Pythagoræ acquievisse; In rebus autem civilibus Socratem suum amplexum. Illorum trium etiam meminit *Apulejus*. duplicis phil. tantum meminit *Proclus* in Timæum Plat. ubi inter alia: ἐστὶ μὲν γὰρ ἐν αὐτῷ παρὰ μὲν Πυθαγορικῆς συνηθείας τὸ ὑψολόγον,

 τὸ

τὸ νοερὸν, τὸ ἔνθεον, τὸ ἀπὸ τῶν νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ ἐν ἀριθμοῖς ὅλα ἀφοριζόμενον, τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον καὶ τὸ ἀνάγωγον καὶ ὑπεραῖρον τὰς μερικὰς διαβολὰς τὸ ἀποφαντικὸν, παρὰ δὲ τὸ Σωκρατικῆς φιλανθρωπίας τὸ εὐσυνουσιαστὸν, τὸ ἥμερον, τὸ ἀποδεικτικὸν, τὸ δι εἰκόνων τὰ ὄντα θεωρεῖν, τὸ ἠθικὸν, πάντα τοιαῦτα. *Eusebius* lib XI præp. cap. 1. dicit authoritate Attici Platonem omnes Philosophiæ partes usque ad ætatem suam sicut membra Penthei disjectas & confusas in unum corpus atque animal integrum reduxisse: cumque nullam Philosophiæ partem imperfectam reliquisse. Sed omnes diligentius complexum nec in necessariis defuisse nec ad inutilia delapsum. Diciturque Plato medius fuisse inter Pythagoram & Socratem, ita ut sublimitatem Pythagoræ ad humilitatem & humile dejectumque Socratis ad gravitatem reduxerit, ut sic Pythagorâ popularior, Socrate gravior visus sit in dicendo & Philosophando. Universam igitur Philosophiam Plato in tres partes dispescit. In *Physicam* 1. Naturalem, civilem 1. *moralem*, & *Logicam* sive rationalem, ut testatur *Laertius* in ejus vita & *Eusebius* lib.

lib. XI. de præp. ev. cap. I. lib. I. cap. I. *Cicero* lib. I. Acad. 4. *fuit accepta à Platone Philosophandi ratio triplex, una de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de disserendo & quid verum & quid falsum: quid rectum in oratione pravumque: quid consentiens, quid repugnans judicando.* Idem *Augustinus* de Civit. Dei lib. 8. cap. 4. authoritate Aristotelis & lib. 15. cap. 25. & lib. 3. contra Academicos cap. 17. v. etiam *Apulejum* in dogmate Platonis & *Alcinoum* de doctrina Plat. cap. 3. Et *Plutarchum* libr. I. de placit. Phil. c. 10. Putat *Eusebius* hanc divisionem Phil. hausisse Platonem ab Hebræis. *hac tripartitio*, inquit Augustinus l. cit. *non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studium Sapientiæ in actione & contemplatione consistere.* quid de singulis dixerit Plato in inquirendis rerum causis & omnium actionum fine determinando, suis locis trademus. Phil. pars Platoni dialectica vocatur, quæ ipsi non notat τοπικὴν sive artem probabiliter in utramque partem disserendi: sed μεταφυσικὴν, quatenus utitur Logices instrumento. & ita hoc nomen Dialectices & Metaphysicam & Logicam comprehendit. Dialectica u-

tentes è mente Platonis apud *Laertium* dicuntur περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν καταΤρίβεσθαι 1. *Verborum ac rationum acumine pugnare*. Et eos ipse Plato in Phædro pag. 266. καλεῖ μέχρι τοῦδε διαλεκτικούς. 1. *Dialecticos hactenus vocat*. & disciplinam eorum εἶδος διαλεκτικόν. Τὸ νοητὸν *Plato* lib. 6. de Rep. p. 511. & seq. sic distinguit, ut prima species dicatur esse posita ἐν ὁρατοῖς εἰκόσι 1. Visibilibus imaginibus, ita ut ex ὑποθέσεως οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορεύηται, ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν. Secunda, quæ nullis imaginibus utitur, sed αὐτοῖς εἴδεσι, δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιεῖται ἐξ ὑποθέσεως ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἰοῦσα. Prima Specie Mathematicas disciplinas intelligit, circa τὸ νοητὸν suis abstractionibus versari solitas; Sic, ut conclusiones earum dependeant ab hypothesibus. Secunda primam philosophiam (simul includentem rationalem 1. Logicam partem) sive metaphysicam indicat, quàm, ut supra, τὴν διαλεκτικὴν vocat. id est ἀποδεικτικήν, quæ versatur circa τὸ ὂν ἄνευ αἰσθήσεως καὶ ὑποθέσεων. 1. *Sine sensu & hypothesibus*. Sed hoc latius ipse Plato persequitur l. cit. pag. 511. τὸ τοίνυν, inquit, ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ λέγοντά με τοῦτο. οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ

τοῦ

τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει τὰς ὑποθέσεις οἱ ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι ἀνυποθέτου ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχόμενον τῶν ἐκείνης ἐχομένων, οὕτως ἐπὶ τὴν τελευτὴν καταβαίνῃ, αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενος, ἀλλ' εἴδεσι αὐτοῖς δι' αὐτῶν εἰς αὐτὰ καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. 1. *Alteram igitur intelligibilis partem noris me significare, quam ipsa ratio attingit atque complectitur dialecticæ artis vi ac facultate. Dum positiones quasdam substernit, non principia, sed reverâ hujusmodi positiones, quæ ex arbitrio assensuque ponuntur, ut illis nimirum gradibus & progrediendi modo utatur. donec ad verum sempiternumque principium, quod verè constat per se, neque ponitur ullo modo, progrediatur. & illud solidè complectatur: & rursus illis hæreat, quæ ipsi principio hærent. atque ita ad finem usque descendat nullo sensibili prorsus utens, sed ipsis purè speciebus per ipsas in ipsas desinens.* Scientiam autem illam disserendi in seq. accuratius tradens, ait, clariorem & evidentiorem eam esse, quam modos illarum cognitionum, quæ artes appellantur, quibus principia sunt hypotheses. & addit, eos, qui ex iis agunt cogitatione animi, non rerum sen-

sibus

ſibus agere. & in Philebo pag. 57. & *Dialecticam* dicit eſſe, τὴν περὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταυτὸν ἀεὶ πεφυκός, πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας ὅσοις τοῦ καὶ σμικρὸν προσήρτηται μακρῷ ἀληθεστάτην γνῶσιν. 1. *quæ omnem artem ſive ſcientiam, de qua nunc ſermo inſtituebatur, novit. nam ea circa id quod eſt, & revera eſt & ſemper eodem modo ſe habet, verſatur. Omnes quidem exiſtimo, quibus modò vel minimum ſanæ mentis adſit longè omnium veriſſimam cognitionem conceſſuros.* Præter hæc hujus dialecticæ præſtantiam & officium deſcribens Philoſophus lib. 7. de Rep. à p. 533 ait, ejus rationem ita progredi, ut ſublatis hypotheſibus, ad ipſum ſimplex impermixtumque principium pergat, & ut firmum fundamentum ſibi ſubſternat, oculumque animi cæno quodam barbarico demenſum ſenſim trahat deducatque ſurſum, artium aliarum velut ſociarum & famularum præſidiis utens. & hactenus ibidem dicitur ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τοῦτο μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν τέλος τῶν μαθημάτων. 1. *Eſſe velut culmen & apex in ſummo faſtigio collocata neque ulla diſciplina hac eſſe ſuperior, ſed illa omnium*

diſci-

disciplinarum finem in se omnino habere. Ad hanc discendam Mathematicas artes dicit esse gradus lib. 7. de Rep. pag. 522. & seq. Atque ostendit nominatim de *Arithmetica, Geometria, Astronomia* & *Musica. Plotinus*, παιδευτέον inquit τοῖς νέοις τὰ μαθήματα πρὸς συνεθισμὸν τῆς ἀσωμάτου φύσεως. 1. *Tradenda adolescentibus scientia Mathematica, ut assuescant contemplationi naturæ.* Et citato libro ipse *Plato* eos dicit, qui natura facti sunt ad Logisticam, uti suprà, cæterorum studiorum subtilitates capere facilius & sic ingenia aliàs tardiuscula acui artis hujus usu & exercitatione. Vide p. 526. nec tantum hoc: sed & utilissimam esse Arithmeticam militi, Philosopho & Reipubl. custodi, p. 522. & 525. Licet aliter ea utatur Philosophus ac Mercator, ut ostendit in Philebo p. 56. & seq. ubi in illo dicit accuratiorem eam, quàm in hoc. Etiam pueris discendam Arithmeticam, ut in Ægypto fieri solebat, statuens lib. 7. de Repbl. p. 819. addit: πρῶτον μὲν γὰρ περὶ λογισμοὺς ἀτεχνῶς παισὶν ἐξευρημένα μαθήματα μετὰ παιδιᾶς τε καὶ ἡδονῆς μανθάνειν. 1. *Primum enim tota computandi ars sic est ad ingenii puerilis captum exquisita atque accommodata, ut cum ludo*

inter se sunt dissimiles, similitudo, ad planorum rationem partemque collata elucescit. addit: μετὰ δὲ ταύτην, τοὺς τρεῖς ηὐξημένους καὶ τῇ στερεᾷ φύσει ὁμοίους. 1. *Post illam autem ii scil. numeri, qui in tres usque dimensiones adducti sunt naturæ solidæ similes.* & rursus: τοὺς δὲ ἀνομοίους αὖ γεγονότας ἑτέρᾳ τέχνῃ ὁμοία ταύτῃ, ἣν δὴ γεωμετρίαν ἐκάλεσαν οἱ περιτυχεῖς αὐτῇ γεγονότες 1. *Et rursus, qui dissimiles sunt, alterius cujusdam huic cognitæ artis beneficio* (στερεομητρίας *scil.*) *considerandi sunt*, in sequent. plura habet de proportionibus. Usum *Geometriæ* Plato ostendit loco cit. de Rep. quatenus præparet ad Philosophiæ studium & ad τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν. ubi, ἑλκοῦ ἄρα, ὦ γενναῖε, πρὸς ἀλήθειαν ψυχὴν εἴη ἂν καὶ ἀπεργαστικὸν φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν, ἃ νῦν κάτω (οὐ δέον) ἔχομεν. 1. *Trahet igitur, mihi crede, animnm ad veritatem: cogitationemque nostram ad Philosophiæ studium ita componet, ut pro eo, quod animum rebus hisce inferioribus præter id quod decet, dimittimus, eum ad res superiores convertamus.* Et cum in præcedentibus dixerat, utilissimam esse Geometriam rebus bellicis, addit, eum debere ejus peritum esse, qui locandus sit in civitate sua. &

ἴσμεν

eorum, quæ corpus non habent. Sed & in seq. accuratiorem Geometriæ cognitionem requirit in Astronomo. Etiam quemadmodum in Geometria, sic & in Astronomia explicanda dicit esse adhibendas propositiones, in Epinomide p.530. ubi, προβλήμασιν, inquit, ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, χρώμενοι, ὥσπερ γεωμετρίαν οὕτω καὶ ἀστρονομίαν μέτιμεν. & utrumque cum aliis requirit ad eum formandum, qui rectè intelligere singula contendit. sic n. ille dicto loco in Epinomid. πᾶν διάγραμμα, ἀριθμοῦ τε σύστημα καὶ ἁρμονίας σύστασιν ἅπασαν, τῆς τε τῶν ἄστρων περιφορᾶς τὴν ὁμολογίαν, οὖσαν μίαν ἁπάντων ἀποφανῆναι δεῖ τῷ κατὰ τρόπον μανθάνοντι. 1. *Omnem linearum descriptionem numerique constitutionem & concentus rationem & circuitus astrorum congruentiam atque consensionem & quasi conspirationem ab illo intelligendam, qui rectum intelligendi modum tenet*, ubi & plura requirit ad unum intelligendum, cum omnium commune sit vinculum, sine quibus putat neminem unquam felicem in Republ. sua esse posse. Et in Epinomide pag. 990. non tantum dicit *Astronomum* esse debere sapientissimum, quem Hesiodus & similes scriptores exhibent, οἷον δυσμάς τε καὶ ἀνατολὰς

ἐπεσκεμμένον. 1. *qui ortus & occasus consideret*, ἀλλὰ τὸ τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰς ἑπτὰ περιόδους διεξιόντος τὸν αὐτὸν κύκλον ἑκάστης οὕτως, ὡς οὐκ ἂν ῥᾳδίως ποτὲ πᾶσα φύσις ἱκανὴ γένοιτο, θεωρῆσαι μὴ θαυμαστῆς μετέχουσα φύσεως. 1. *Sed eum, qui octonos illos circuitus & quomodo septem sub primo versentur, quove ordine singuli circuitus suos peragunt, contempletur. quarum quidem rerum cognitionem nemo consequitur, nisi mirabili & augusta natura sit præditus.* Etiam dicit lib. 7. de Rep. p 809. ad hoc studium pertinere, ut sciat ille ἡμερῶν τάξεις εἰς μηνῶν περιόδους καὶ μηνῶν εἰς ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν, ἵνα ὧραι καὶ θυσίαι καὶ ἑορταὶ τὰ προσήκοντα ἀπολαμβάνουσι ἑαυταῖς ἑκάσται τῷ κατὰ φύσιν ἄγεσθαι ζῶσαν τὴν πόλιν καὶ ἐγρηγορυῖαν παρεχόμεναι. 1. *Ordinem dierum ad mensium ambitus & mensium ad annorum curricula. ut tempora, sacrificia & festa accipiant sibi requisita, quibus singula celebrentur juxta suam naturam, quæque conservent civitatem & vigilem reddant.* Etiam quantum temporum Astronomo prænoscendorum ratio conferat rei militari & Agriculturæ, differit lib. 7. de Rep. p. 527. & in seq. quomodo Astronomia animum & oculos sursum eliciat, sic, ut & siderum

Musi-

Musicam ἐναρμόνιον è motibus discat. quem in finem, sicut astris videndis oculos, ita & harmoniis eorum observandis aures datas arbitratur, in Epinomide p. 530. ubi seq. ἐκείνους, inquit, λέγειν οὓς ἔφαμεν νῦν δὴ περὶ ἁρμονίας αἱρήσεσθαι. Ταυτὸν γὰρ ποιοῦσι τοῖς ἐν τῇ Ἀστρονομίᾳ. τοὺς γὰρ ἐν ταύταις ταῖς συμφωνίαις ταῖς ἀκουομέναις ἀριθμοὺς ζητοῦσιν. ἀλλ' οὐκ εἰς προβλήματα ἀνίασιν, ἐπισκοπεῖν τίνες ξύμφωνοι ἀριθμοὶ καὶ τίνες οὔ. 1. *Illos potius, ut de harmonia dicunt, rogandos. Nam & idem agunt ij, qui Astronomiæ dant operam. In illis enim concentibus, qui percipiuntur, numerorum illorum rationes consectantur; sed certis propositionibus prius positis minimè investigant, ecqui numeri concentu quadrent, ecqui discrepent.* Cum autem ea canonica & Mathematica nitatur ratione, ut suprà dictum, illam dicimus postmodum vocatam harmonicam. *Plato* lib. 3. de Rep. p. 398 Universæ melodicæ species tres ponit, scilicet λόγον, ἁρμονίαν, ῥυθμόν. Λόγος est ipsa Poësis ἁρμονία concentus ipsius forma, quatenus exprimit sonorum analogiam. ῥυθμὸς est ipsius cantionis articulatio & distinctio. & sic τὴν ἁρμονίαν καὶ ῥυθμόν, ut ille, ἀκολουθεῖν δεῖ τῷ λόγῳ.

1. *Harmonia & rythmus rationem sive λόγον sequi debet.* Idem lib. 3. de Rep. p. 398 ἁρμονίας modos, cantionum Phrygium, Lydium, Jönicum, Doricum &c. copiosè explicat. ubi Φιλοθρήνους omnesque molles & effæminatas species, quas χαλαρὰς vocat, damnat. Et deinceps dicit, quod κυριώτατη ἐν μουσικῇ τροφὴ μάλιστα καταδύεται εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς, ὅτε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία καὶ ἐῤῥωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς φέροντα τὴν εὐσχημοσύνην, ἐάν τις ὀρθῶς τραφῇ. 1. *Accurata in Musica educatio, quæ in modulorum & concentuum rationibus versatur, efficacissimè in interioris animi partes influat & venustate quadam animam vehementissimè tangat, cum eodem venustatis decore afficitur, si quis rectè à teneris in ea instituatur & nutriatur.* Quid sit harmonia in lyra & fidibus, explicans in Phædone, ταύτῃ, inquit, ἔμοιγε (ἦδ' ὅς) ἤδη καὶ περὶ ἁρμονίας ἄν τις καὶ λύρας τε καὶ χορδῶν τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον εἴποι. ὡς ἡ μὲν ἁρμονία ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον καὶ παγκάλόν τι καὶ θεῖόν ἐστιν ἐν τῇ ἡρμοσμένῃ λύρᾳ. 1. *Hactenus, aut, quandoquidem & de Harmonia quis & Lyra & fidibus eadem ratione dixerit: Harmoniam videlicet inconspicabile quiddam & incorporeum & pulcerrimum quid & Divinum in bene*

bene confona & confentiente Lyra. Ufum & *Harmoniæ* & *Muficæ* tradit in Timæo, pag. 47. cum dixiffet, quicquid muficæ vocis fit in ratione ab auditu concentus & harmoniæ caufa tributum, & vult harmoniam cognatos habere iis motus, qui in animo noftro funt, illique hominum generi datam effe, qui Mufis cum ratione & intelligentia utuntur, non ad temerariam & rationis expertem voluptatem: & ufum ejus potius hunc effe dicit, quo animorum noftrorum temperies è perturbatis motibus manantes ad decorum & congruum concentum revocantur. Eidem ufui fervire rythmum in feq. judicat lib. 3. de leg. p. 700. & notat Antiquis temporibus unam tantum fpeciem Muficæ fuiffe, fcil. εἶδος ᾠδῆς, εὐχαὶ πρὸς θεούς. 1. *Precationes ad Deos.* quos vocabant ὕμνους. & illi fpeciei alia contraria erat, fcil. Θρήνων. Sic ille de iis aliifque. Θρήνους δὲ τὶς αὖ αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσα καὶ παίωνες, ἕτερον. καὶ ἄλλο Διονύσου γένεσις, οἶμαι, διθύραμβος λεγόμενος νόμους τε αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐκάλουν ᾠδὴν, ὥς τινα ἑτέραν. Ἐπέλεγον δὲ κιθαρῳδικούς· 1. *Et illi fpeciei quam threnos, alia, quam pæanas nuncupabant & alia Liberi patris inventum dythyrambi nomine*

mine & alia citharæ dicæ leges appellatæ. his carminum formis constitutis non licebat cuiquam aliquo versuum genere abuti alterius vice. Sed eorum tantum robur, ut & de iis judicare & quæ hæc non rectè observaret, mulctare, non erat fistulæ munus. neque in hac re dominabantur imperitæ voces & exclamationes vulgi, uti posteà obtinuit. Sed tota erat eorum, qui eruditionem præferebant literasque profitebantur. Et iis ea dabatur à cæteris reverentia, qua ad finem usque cum attentione silentioque exaudirentur. Pueris v. & pædagogis & populo virgâ magisterii illius insigni actionem ornantis admonitio fiebat & sic omnis strepitus & tumultus præcidebatur. Sed omnia post in pejus lapsa esse, pluribus docet Plato l. c. ubi imperiti poëtæ præter legitimum carminis usum cæperunt debacchari & modum excedere, miscere threnos hymnis & pæanas dithyrambis, tibiarumque sonos & cantus citharæ cantibus imitati auditores corruperunt. Unde posteà theatra ex antiquo silendi ritu clamoribus personabant licentiâ summa. Musica & dux ejus Philosophia, quid operentur aut operari debeant in homine, sic indicatur lib. de mundi ani-

anima p. 104. Ubi: Μουσικὰ δὲ καὶ ἁ ταύτας ἀγεμὼν φιλοσοφία, ἐπὶ τᾶ τᾶς ψυχᾶς ἐπανορθώσει ταχθεῖσαι ὑπὸ Θεῶντε καὶ νόμων, ἐθίζοντι καὶ πείθοντι, τὰ δὲ καὶ ποταναγκάζοντι, τὸ μὲν ἄλογον τῷ λογικῷ πείθεσθαι &c. 1. *Musica & hujus dux Philosophia ad animi emendationem à Diis legibusque constitutæ assuefaciunt & suadent & cogunt partem animi expertem rationis parere rationi &c.* In quem autem finem Mathematicæ disciplinæ sint discendæ, exhibet Philosophus lib. 7. de Legibus p. 818. ubi de Arithmetica, Geometria & Astronomia liberis ingeniis dignis locutus sic addit: ταῦτα δὲ ξύμπαντα, οὐχ ὡς ἀκριβείας ἐχόμενα δεῖ διαπονεῖν τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ τινὰς ὀλίγους. 1. *Hæc v. minimè sunt à vulgo discenda summa quadam & exquisita cura: sed pauci cumulatam illarum rerum cognitionem sibi vendicare debent.*

C A P. XIII.

Dialectica *sive* Logica *quæ. significationes τοῦ λόγου quot apud Plat.* disserendi *genera.* universalia & singularia. genus. Species *sive* pars. *entia* per se & ad aliquid. 1. absoluta & relata. accidens *aut separabile aut inseparabile.* potentia *naturalis.* Idem, simile, dissimile, unum, alterum, par, impar. causæ *quot & quæ.* totum, pars. divisio, definitio, contraria. etymologia. ignorantia, insci-

tia. doceri. discere, intelligere. scientia. reminisci. *esse*. discere, *ubi ἀνάμνησις*. cognoscere. scire. Opinio. oratio. inductio, argumentatio. veritatis judicium *non esse sensuum*, *Sed* mentis. *modi perveniendi ad* sciemtiam & ordo, *qui à* facilioribus *incipit*.

RAtionalis Philosophiæ sive dialecticæ altera pars Logica est, cum Philosophus lib. 7. de Rep. p. 533. vocat dialecticam τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας. 1. *quæ rationem cujusque essentiæ notat & designat*. τοῦ λόγου tres significationes ponit in Theætero p. 208. 1. Sumit eum pro cogitationis in voce simulacro. 2. Pro via & progressione elementi ad ipsum totum. 3. Pro signo, quo res aliæ ab aliis differunt. Apud *Laertium* quinque τοῦ λόγου recitantur modi. primus, quo utuntur in concionibus; Secundo oratores; tertio privati inter se colloquentes. quarto, qui rogant & respondent, dialectici. quinto, artifices de sua arte differentes. Sed tamen has significationes Plato putat non sufficere ad veram plenamque definitionem scientiæ exhibendam. Cum jam antè dixerat, dialecticam esse, per quam verborum rationumque acumine pugnatur. Et τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμην εἶναι. quæ directò respiciunt, quam nos dialecticam sive Logicam appellamus.

mus. Eodem pertinet, disputare dialectico modo, de quo in Menone p. 75. Εἰ δὲ inquit, Βούλοιντο ἀλλήλοις διαλέγεσθαι. δεῖ δὴ πρᾳότερόν πως καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι. i. *Quod si ea de re disserere vellent, pacatius & magis Dialecticè respondere oportet.* vid. Diog. Laert. in vit. Plat. Docet autem, quid sit *Dialecticè* respondere. Ἔστι δὲ ἴσως τὸ διαλεκτικώτερον μὴ μόνον τ' ἀληθῆ ἀποκρίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων, ὧν ἂν προσομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος. i. *Est autem illud magis dialecticè non tantum vera respondere, sed & per illa ipsa respondere, quæ is, qui interrogat se scire profiteatur, distinctis responsionum, quæ alia ex aliis ordine nascantur, articulis.* sic ut damnandæ sint disputationum ambages, in Politico p. 286. f. & duplex disserendi genus prodit, scilicet aut continenti oratione aut per interrogationum articulos loqui, ut hoc dicat esse facilius, Illud tamen præstare, in Sophista p. 217. *Dialecticam* sive *Logicam* cum doceat in Theæteto l. c. Εἰς τὸ ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν, i. *unum & multa eorum quæ sunt considerare,* Hoc est tradere *universalia* & *singularia*. Inter quæ ἔστι γένος τι ἑκάστου καὶ οὐσία αὐτὴ καθ' αὐτήν. i. *Genus est rei cujusque*

& essentia ipsa ex se ipsa, quatenus dicitur unum in multis. in Parmenide p. 135. Genus & partem sive speciem distinguit in Politico p. 263. τοῦτο αὐτὸ, inquit, πῶς, ἄν τις γένος καὶ μέρος ἐναργέστερον γνοίη; ὡς οὐ ταυτὸν ἐστιν, ἀλλ' ἕτερον ἀλλήλοιν, i. *Quomodo ipsum genus & partem magis perspicuè cognoverit, non idem esse, sed aliud quippiam & diversum inter se.* ubi sciendum, quod in seq. τὸ εἶδος etiam sit μέρος, licet non semper. Sic ut *species* alicujus sit *pars* dicenda, non vice versâ. Nam ὡς εἶδος, inquit, μὲν, ὅταν ᾖ του καὶ μέρος ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι τοῦ πράγματος, ὅτου περ ἂν εἶδος λέγηται, μέρος δὲ, εἶδος, οὐδεμία ἀνάγκη. i. *Quicquid alicujus species, ejus quoque pars sit, necesse est, cujus species esse dicitur.* Partem v. *esse speciem vel speciei partem non est necesse.* Ibidem duo genera animantium ponit, humanum & brutum: ita ut omnes homines sub humano & omnia animantia bruta sub bruto contineantur tanquam species. Præterea inveniendarum specierum duplicem viam exhibet Philos. in Politico p. 265. scilicet unam accuratam per medias differentias (quod μεσοτομεῖν appellat): alteram breviorem, ubi proximas tantum

spe-

species sumimus dividendas. Sic ille: καὶ μὲν ἐφ' ὅ γε μέρος ὥρμηκεν ἡμῖν ὁ λόγος, ἐφ' ἐκεῖνο δύο τινὲς καθορᾶν ὁδῶ τετμημένα φαίνεται. Τὴν μὲν θᾶττω πρὸς μέγα μέρος σμικρὸν διαιρουμένην. Τὴν δὲ ὕπερ ἐν τῷ πρόσθεν ἐλέγομεν, ὅτι δεῖ μεσοτομεῖν, ὡς μάλιστα τοῦτ' ἔχουσαν μᾶλλον μακροτέραν γε μήν 1. *Atqui in hac quidem parte vel speciei disquirendæ ratione, ad quam nostra processit oratio, duæ quidem viæ mihi videntur strata. Vna quidem, celerior quæ ad magnæ partis comparationem dividit parvam: altera verò, de qua superius dicebamus, cum per medias differentias divisio instituenda est: quo quidem rem melius assequitur: est enim longior.* De iis quæ sunt, infrà pleniùs agemus. Sed eorum, quæ sunt ap. *Laert.* alia dicuntur per se, alia ad aliquid. illa nulla interpretatione, ut intelligantur, indigent, ut homo, equus &c. Hæc interpretatione quadam egent, ut est, majus aliquo, aliquo celerius & melius &c. illa aliàs Logicis *absoluta* & *relata* appellari possunt. Accidentis *Plato in Lyside* p. 216, notat variam ὕπαρξιν & accidentium nonnulla putat esse veluti τὸ παρὸν, nonnulla non item. Quod discrimen exemplis indicat albedinis adscititiæ & naturaliter ingenitæ. Atque ita signi-

significat illo modo, accidentium quoddam esse ἀχώριστον, quoddam χώριστον. *Potentiam* naturalem quadripartitam ex ex mente Plat. exhibet *Laertius* in ejus vita. *Vnam* esse dicit, qua cogitare animo & opinari possumus. *Alteram*, qua corpore valemus, ut proficisci & accipere & dare &c. *Tertiam*, qua vel pecuniarum copia vel multitudine militum potentes dicimur. *Quartam*, qua & facere & pati bene & male possumus. Primam potentiæ speciem ait, constare animo: secundam corpore: tertiam exercitu & pecuniis: quartam in faciendo & patiendo consistere. De *eodem* & *simili* & *dissimili*, *uno* & *altero*, item de *pari* & *impari*, in Parmenide p. 140. agit Philos. de simili & dissimili ab eo descripto etiam loquitur *Laertius* in vita ejus. Speciatim de *pari* sic Plato l. cit. ἶσον μὲν ὂν τῶν αὐτῶν μέτρων ἔσαι ἐκείνῳ, ᾧ ἂν ἶσον ᾖ; ναί. μεῖζόν δὲ πȣ ἢ ἔλαττον ὂν, οἷς μὲν ἂν συμμέτρων ᾖ, τῶν μὲν ἐλαττόνων πλείω μέτρα ἕξει, τῶν δὲ μειζόνων ἐλάττω. 1. *Si par quidem erit, ejusdem mensuræ ratione cum illo conveniet, cui par erit? Certè. quod magis est & minus, quibus quidem ejusdem mensuræ proportione respondebit, plures quidem habebit mensuras quàm mino-*

minora, & pauciores quàm majora. Sed videamus, quid Philosophus de causis determinarit. *Causa* ei dicitur, cujus vi aliquid fit, apud Plutarch. lib. 1. de pl. Phil. cap. 6. Causas ut distinguat Plato, tradit *Seneca* Ep. 65. §. 7. ubi; *Quinque causæ sunt, ut Plato dicit, id ex quo, id à quo, id quo, id ad quod, id propter quod. novissimè id quod ex his est. Tanquam in statua, id ex quo, æs est: Id à quo, artifex est: Id quo, forma est, quæ aptatur illi: Id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit: Id propter quod, facientis propositum est. Id quod ex istis est, Ipsa statua. hæc omnia mundus quoque, ut ait Plato, habet.* & ipse *Plato* in Philebo pag. 26. reverâ *efficientem* esse causam & causam ab ea nisi nomine distingui dicto loco ostendit Philos. Πῶς γὰρ, inquit, χωρὶς τούτων γίγνοιτο; Σωκρατ. οὐκ οὖν ἡ τοῦ ποιοῦντος φύσις οὐδὲν πλὴν ὀνόματι, τῆς αἰτίας διαφέρει; Τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ αἴτιον, ὀρθῶς ἂν εἴη λεγόμενον ἕν; Πρω. ὀρθῶς. 1. *Quomodo enim sine aliqua causa aliquid existeret? Socrat. Nonne efficientis natura nulla alia in re præterquam nomine à causa differt? At efficiens & causa rectè unum diceretur? Pro. rectè.* Efficientem quoque ordine naturæ effectum præcedere, sic tradit: ἆρ' οὖν ἡγεῖ-

ται

ται μὲν τὸ ποιοῦν ἀεὶ κατὰ φύσιν. Τὸ δὲ ποιούμενον ἐπακολουθεῖ γιγνόμενον ἐν ἐκείνῳ. Πρωτάνυγε. 1. *Efficiens igitur semper antecedit ex natura quidem prascripto: At id quod efficitur, dum fit, efficiens sequitur.* Quomodo ab effectibus causæ distingui debeant, docet in Eutyphr. p. 10. causas & concausas efficient. describit in Politico p. 281. Ὅσαι μὲν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μὴ δημιουργοῦσι, ταῖς δὲ δημιουργούσαις ὄργανα παρασκευάζουσιν, ὧν μὴ παραγενομένων οὐκ ἄν ποτε ἐργασθείη τὸ προστεταγμένον ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ταύτας μὲν, συναιτίους, τὰς δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπεργασμένας, αἰτίας. 1. *Quacunque rem ipsam non fabricant, sed fabricantibus instrumenta suppeditant, quibus absentibus institutum opus nequaquam perficeretur, eas concausas, ut ita dixerim, nominamus. Eas autem qua principem primariamque in agendo operam præstant, causas appellamus.* De concausis etiam vid. *Platonem* in Timæo p. 46. ubi etiam duplicem causam rerum esse dicit, primam scilicet & secundam. & libro de anima mundi. ubi Deus dicitur summa & princeps causa omnium. Ἀρχὰ τῶν ἀρίστων, ἀρχαγὸς πάντων τῶ βελτίονος. De *fine* Plat. videatur *Laertius*. qui eum distinguit in legitimum rerum finem, naturalem,

ralem, arte constantem & fortuitum. Primum in legibus: Secundum in rebus ipsis earumque duratione: tertium in artifice & artefactis: quartum in iis, quæ præter opinionem fiunt. De *causa* finali, ad quam omnes cæteræ subordinatæ veluti ad metam referuntur, agit Philosophus in Gorgia p. 467. dicitque esse eam, cujus gratia agit causa. & additur: ἄλλο τι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων; ἐάν τις τι πράττῃ ἕνεκά του, οὐ τοῦτο βούλεται ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττει. 1. *Nonne & hoc de omnibus constituendum est? Si quid agat alicujus causa, non hoc vult quod agit, sed illud cujus causa agit. Formam* Plato ap. Senecam suprà cit. dicebat id, quo agitur. Licet Plato eam in Timæo p.28 & Timæus in lib. de anima mundi Ideam appellet. Sed *Seneca* ep. 65. Platonis exemplar ut quintam causam enumerat, quod dicit illum Ideam vocare. *Materia* ei dicitur juxtà Senecam, ex quo aliquid fit, juxtà Ciceronem, in quo aliquid efficitur, juxtà Laertium, ὕλη. vide quoque Timæum de anima mundi. At de illis plenius infrà in Physicis. *Partem & totum* Plato in Parmenide p. 157, sic explicat: μόριά δέ γε (φαμὲν) τούτου ἐστὶν, ὃ ἂν ὅλον ᾖ. Φαμὲν γάρ. ἀλλὰ

ἀλλὰ μὴν τόγε ὅλον, ἓν ἐκ πολλῶν ἀνάγκη εἶναι, οὗ ἔσται μόρια τὰ μέρια. Ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων οὐ πολλῶν μόριον χρὴ εἶναι, ἀλλὰ ὅλου. 1. *Partes autem ejus esse affirmamus, quod totum sit, affirmamus scilicet. Atqui totum ipsum unum ex multis necesse est, cujus partes erunt partes. Vnamquamque enim partem non multorum partem esse oportet, sed totius.* Quod postea vocat ἐξ ἁπάντων ἓν τέλειον γεγονός. 1. *Ex omnibus unum perfectum quoddam atque absolutum.* De *Divisione* totius in partes hoc habet Philosophus, quod illa fieri debeat per medias differentias: & bipartitam præfert in Politico p. 262. ubi Ὀλίγον, inquit, σὺ πρότερον οἰηθεὶς ἔχειν τὴν διαίρεσιν ἐπέσπευσας λόγον. ἀλλὰ γὰρ, ὦ φίλε, λεπτουργεῖν οὐκ ἀσφαλές. διὰ μέσων δὲ ἀσφαλέστερον ἰέναι, τέμνοντας καὶ μᾶλλον ἰδέαις ἄν τις προστυγχάνοι. 1. *Tu paulò ante quàm te divisionem nactum existimares ad dividendam operam properantius accessisti. Atqui, mihi crede, haudquaquam tutum est, nimis tenuiter ac minutè omnia persequi. Tutius sane est per medias differentias secundo progredi: sic enim potius species comperiemus.* De bimembri divisione vide seq. & lib. x de leg. p. 895. de dividuis & individuis vide *Laert.* in vit. Plat. Plato loco

pro-

proximè cit: *Definitionem* appellat τ̃ ὀσίας λόγον. 1. *Essentiæ sive substantiæ rationem.* Et vult in omni re intelligenda tria esse consideranda, substantiam, definitionem & nomen. Ideo dicit interrogationes de omni re duas esse, de quibus sic: Ποτὲ μὲν ἡμῶν ἕκαστον τοὔνομα προτεινόμενον αὐτὸ, τ̃ λόγον ἀπαιτεῖν. Ποτὲ τ̃ λόγον αὐτὸν προτεινόμενον ἐρωτᾷν αὖ τοὔνομα. 1. *Quod scilicet nomine nobis proposito definitionem ipsam quæramus, aliquando definitionem assecuti nomen jam investigemus.* Dicitque uniuscujusque rei definitionem non esse facilem. In Sophista p. 217. sic ille: καθ' ἕκαστον μὲν διορίσασθαι σαφῶς τί ποτ' ἐστὶν, ἐ σμικρὸν ὀδὲ ῥᾷδιον ἔργον. 1. *Singulatim de unoquoque distinctè definitèque explicare non exigui aut facilis est operis.* De definitione Platonis vid. *Cic.* 1. Ac. 2. De *Contrariis* hoc dicit, quod in eodem subjecto eadem ratione esse non possint, & exemplum affert in Gorgia p. 495. de sanitate & morbo. ὀ γὰρ, inquit, ἅμα δή πȣ ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ὁ ἄνθρωπος ὀδὲ ἅμα ἀπαλλάττεται ὑγιείας τε καὶ νόσȣ. 1. *Non enim idem homo una & sanus est & æger, neque eodem modo simul à morbo & liberatur & eo tenetur.* Neque idem facere seu pati contraria

ſecundum idem & ad idem poſſunt eadem contraria. hoc docet 4. de Rep. δῆλον ὅτι ταὐτὸν τἀναντία ποιεῖν ἢ πάσχειν κατὰ ταὐτόν γε καὶ πρὸς ταὐτὸν οὐκ ἐθελήσει ἅμα. Et pòſt exemplum profert: ἑστάναι (εἶπον) καὶ κινεῖσθαι τὸ αὐτὸ ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ ἆρα δυνατόν; οὐδαμῶς. 1. *Conſtat plane contraria idem facere ſeu pati ſecundum idem & ad idem ſimul non poſſe. Poteſtne eadem res eodem modo ſtare & moveri? nequaquam.* Sic contraria non unà fiunt neque exiſtunt juxtà ea, quæ monſtrat in Phædone p. 102. f. Neque contraria contrarium ſuſcipiunt, ut habet in eodem Phædone p. 104. & ſeq. Μὴ μόνον ἐναντίον τὸ ἐναντίον μὴ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο, ὃ ἂν ἐπιφέρῃ τι ἐναντίον ἐκείνῳ, ἐφ᾽ ὅτι ἂν αὐτὸ ἴῃ αὐτὸ τὸ ἐπιφέρον τὴν τοῦ ἐπιφερομένου ἐναντιότητα μηδέποτε δέξεσθαι. 1. *Contrarium non tantum contrarium non ſuſcipere, ſed illud etiam, quod illi aliquod afferat contrarium, ad quod ipſum veniat illud nimirum quod affert, nunquam contrariam ejus, quod affertur, admittere formam.* De etymologia vocabulorum & nominum paſſim agit Philoſophus & latè in Cratylo à p. 391. ad 391. ad 399. ubi p. 393. de Synonymis &c. Cicero lib. 1. Acad. q. circa fin. *Verborum etiam explicatio probabatur,*

batur, qua de causa quæq; essent ita nominata, quam Etymologiam appellabant. Ignorantia unde sit, exponit Plato lib. 3. de leg. p. 689. Ubi: Ὅταν οὖν ἐπιςήμαις ἢ δόξαις ἢ λόγῳ ἐναντιῶται τοῖς φύσει ἀρχικοῖς ἡ ψυχὴ, τοῦτο ἄγνοιαν προσαγορεύω. 1. *Cum ergo aut scientiis aut opinionibus aut rationi (quæ res sunt quasi firmamenta & principia naturæ) animus repugnat, hoc ignorantiam voco.* Etiam in Sophista p. 228. ostendit quid sit ignorare. τό γε μὴν, inquit, ἀγνοεῖν ἐςιν, ἐπ' ἀλήθειαν ὁρμωμένης ψυχῆς παραφόρου ξυνέσεως γιγνομένης, οὐδὲν ἄλλο πλὴν παραφροσύνη. 1. *Ignorare nihil quidem aliud est, quam dementia, cum nimirum animo ad veritatem contendente intelligentia vis à fine instituto abducitur deliratque.* Ejus remedium ibidem dicit esse doctrinam. τί δέ; περὶ ξύμπασαν ἄγνοιαν μὲν ἄλλην τινὰ ἢ διδασκαλικὴν ὀρθότητα εἴποι τις ἄν. Θεαί. οὐδεμίαν. 1. *Verum adversus universam ignorantiam num aliud quoddam remedium quam doctrinam rectissimè quis statuerit? The. nullum.* Propterea ibi subjungit magnam difficilemque speciem *ignorantiæ*, scil. τὸ μὴ κατειδότα τι, δοκεῖν εἰδέναι. δι' οὗ κινδυνεύει πάντα ὅσα διανοίᾳ σφαλλόμεθα, γίγνεσθαι πᾶσι. 1. *Qua is qui nescit scire se putat*

tat, per illam videlicet omnia ea, quibus cogitando fallimur, omnibus videtur evenire. Eam postea vocat *inscitiam*: καὶ δὴ καὶ τούτῳ γε οἶμαι μόνῳ τῆς ἀγνοίας ἀμαθία τοὔνομα προσρηθῆναι. 1. *Et hic quidem soli ignorantiæ parti nomen inscitiæ evenire existimo.* Et huic παιδείαν. 1. *Eruditionem* opponit tanquam remedium. Cujus duas species facit, alteram mollem & paternam νουθετητικὴν, alteram asperiorem ἐλεγκτικήν. Sic ergo edocenda est, ut & plenius singula cognoscat & rectius affirmet negetque. *Doceri* tantum posse ea quæ novimus, notat & probat in Alcibiade pag. 106. & seq. & lib. 1. de Rep. p. 337. Et *docere* velle, quæ nesciamus, indecorum esse, dicit ibidem p. 109. Et recte *docere* non posse eos, qui in re dissentiunt, etiam ille ostendit p. 111. *Discere* quid sit explicat in Euthydemo p. 277. Quam videlicet aliquis ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ πράγματός τινος, ἔπειτα ὕστερον αὐτοῦ λαμβάνῃ ἐπιστήμην. 1. *Initio nullam habeat de re aliquam scientiam, postea v. ipsius scientiam cognitionemque accipiat.* & in Theæteto p. 145. Discere est σοφώτερον γίνεσθαι περὶ ὃ μανθάνει τις. 1 *Peritiorem fieri illius rei, quam aliquis discere instituit.* Platonica

quæ-

quæstio; *nos omnino nihil discere* aut quod scimus, ut solvitur ab Aristotele, vid. lib. 1. post. Analyt. c. 1. Interim inter *discere* & *intelligere* dicto loco Euthydemus distinguere videtur, cum sic infit: Ἐπειδὰν ἔχων ἤδη τ' ἐπιστήμην, ταύτη τῇ ἐπιστήμῃ ταὐτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον ἢ λεγόμενον. Μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν. Ἔστι δ' ὅτε μανθάνειν. i. *Cum v. illius rei scientiam jam consecutus eadem illa scientia rem illam, sive dum fit, sive dum dicitur, considerat atque perspicit, ipsum v. illud potius vocant intelligere, quam discere: aliquando tamen discere.* Posteà tamen dicit in communi hominum usu id verbum *discere* contrariis rebus attribui, scilicet scienti & nescienti, licet non ex æquo. Nescienti tamen potius tribuitur lib 1. de Rep. p. 337. & in Alcibiade 1. pag. 106. f. Et sciendum, quod discere Platoni sit reminisci sive recordari, in Philebo p. 34. & expressius in Menone p. 81. ubi: τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν. i. *Investigare enim & discere omnino est reminiscentia.* & pòst: ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν, ἀνάμνησίς ἐστιν. i. *Simpliciter statuis, nos minimè discere. Sed eam,*

quam vocamus disciplinam, reminiscentiam esse. & hoc vocat p 85 Socrates ἀναλαμβάνειν ἐν αὐτῷ ἐπιστήμην. i. *Scientiam in seipso recolere atque retractando assumere.* In universum cum discendo cognoscimus, ut tandem sciamus, videndum, quid sit cognoscere & scire. In Theæteto p. 209. τὸ γνῶναι ἐπιστήμην πε λαβεῖν ἐστιν. i. *cognoscere est quodammodo scientiam comparare.* Et de cognoscibili objecto disserit philosophus lib. 5. de Rep. p. 476. & seq. ubi multis quærit, an, quod omnino cognoscitur, sit aut non sit. & concludit tandem propriè id *esse*, & vocat παντελῶς γνωστόν. & ignorationem versari circa id quod non est. atque ibidem à scientia distinguit opinionem. Et hanc dicit cadere in id, quod non est, in Sophista p. 260. διὰ ταῦτ' οὖν, inquit, λόγον πρῶτον καὶ δόξαν καὶ φαντασίαν διερευνητέον ὅτι ποτ' ἐστίν. i. *quandoquidem nec opinio nec oratio cum ejus, quod non est, natura quicquam habent commune.* Licet distingui possit inter opinionem veram & falsam, ut ille in Theæteto p. 187. ubi opinionem veram dicit esse scientiam & falsam ab ea distinguit. δόξαν μὲν πᾶσαν, inquit, εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἀδύνατον, ἐπειδὴ καὶ ψευδής ἐστι δόξα. κινδυνεύει δὲ ἡ ἀλη-

θὴς

θὴς δόξα ἐπιστήμη εἶναι. *i. Opinionem illam omnem esse, Socrates, statuere est. Ex earum rerum genere, quæ fieri non possunt, Quandoquidem & falsa est opinio. At vera opinio videtur esse scientia.* Addit in Theæteto p. 201. Opinionem veram cum oratione esse scientiam. ἔφη δὲ τὴν μὲν μετὰ λόγου ἀληθῆ δόξαν, ἐπιστήμην εἶναι. *i. ajebat autem veram cum oratione opinionem esse scientiam.* & porrò: τὴν δὲ ἄλογον, ἐκτὸς ἐπιστήμης· καὶ ὧν μὲν μὴ ἔστι λόγος, οὐκ ἐπιστητὰ εἶναι. *i. eam autem, quæ oratione careret, opinionem, in scientiam cadere non posse.* & opiniones absque scientiis esse cæcas, lib. 6. de Rep. p. 506. δόξαι αἱ βέλτισται τυφλαὶ ἄνευ ἐπιστήμης. & opinio in Sophista pag. 264. est cogitationis conclusio, in quâ sensus & cogitationis commistio reperitur, διανοίας ἀποτελεύτησις. quomodo Platonici omne δοξαστὸν derivarint à sensibus, qui nihil certi vel constans docere possunt, tradit *Cicero* lib. 1. Ac. Q. f. Antequam explicem è Platone *scientiam*, videbo, quid dicendum de oratione. Hæc constituitur è nominibus & verbis, juxtà ea, quæ habet Philos. in Sophista p. 261. & seq. ubi & hæc: λέξω τοίνυν σοι λόγον συνθεὶς πρᾶγμα πράξει δι' ὀνόμα-

ὀνόματος καὶ ῥήματος. i. *Orationem tibi offeram, rem cum actione nominis & verbi opere & vinculo componendo.* ubi videtur notare, subjectum & prædicatum nectente utrumque vinculo constituere orationem sive propositionem. & in Cratylo p. 385 distinguit orationem in veram & falsam, illam, quæ res, ut sunt, dicat: hanc, quæ contrà. vid. Diog. Laert. in vit. Plat. Præterea l. cit. in Soph. p. 263. dicit etiam in Oratione. i. propositione contineri φάσιν τε καὶ ἀπόφασιν. i. *est affirmationem & negationem*, vid. & in Theæteto p. 183. ideo orationibus & opinionibus vult inesse falsitatem, cum affirmantur neganda & neganda affirmantur, in Sophista p. 241. de propositione universali & particulari vid. *Diogenem* in ejus vit. ubi & de Platonis *inductione* plura. de *argumentatione* Platonicorum Cicero 1. Acad. Q. circa fin. *Pòst argumentis, inquit, & quasi rerum notis utebantur ad probandum & ad concludendum id, quod explanari volebant, in qua tradebatur omnis dialectica disciplina, Id est orationis ratione conclusæ.* Veritatis judicium non esse sensibus, sed menti adscribendum, Plato cum suis voluit, teste *Cicerone* 1. Acad. Q.
circa

circa fin. sic ille: *Quanquam oriretur à sensibus, tamen non esse judicium veritatis in sensibus: mentem volebant rerum esse judicem: Solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex, uniusmodi & tale, quale esset. hanc illi Ideam appellabant, rem à Platone ita nominatam. nos speciem rectè possumus dicere. Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrantur nec percipere ullo modo res eas, quæ subjecta sensibus viderentur: quæ essent aut ita parvæ, ut sub sensum cadere non possint: aut ita mobiles & concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans ne idem quidem, quia continenter laberentur & fluerent omnia, itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant.* Et ipse *Plato* ap. *Cicer.* 4. Acad. Q. 142. *omne judicium veritatis veritatemque adductam ab opinionibus & sensibus* cogitationis *& mentis esse voluit.* ideo magis Veritatem mentis judicio adscribendam, cum tanquam præclarum quid persuaderi debeat. citatur enim Plato ap. *Laertium* in vita ejus de veritate dicens: καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ὦ ξένε, καὶ μόνιμον. ἔοικε δὲ οὐ ῥᾴδιον πείθειν. i. *præclarum quoddam est veritas, ô Hospes atque durabile, verum id persuadere non facile vi-*

detur. & *Augustinus* lib. 8. de civit. Dei cap. VII Platonicos distinguit ab Epicureis Stoicisque, quorum illi *judicium veritatis in sensibus corporis ponebant eorumque infidis & fallacibus regulis omnia, quæ dicuntur, metienda esse censuerunt; hi amantes solertiam disputandi, quam dialecticam nominant, à corporis sensibus eam ducendam putabant.* sed dictos Platonicos ait *discrevisse ea, quæ mente conspiciuntur ab iis, quæ sensibus attinguntur, nec sensibus adimentes quod possunt, nec iis dantes ultra quod possunt. Lumen autem mentium esse dixerunt ad discenda omnia, eundem ipsum Deum, non quo facta sunt omnia.* Jam de scientia quædam tradenda. In Theæteto pag. 206 dicitur, Orationem junctam opinioni veræ perfectissimam exhibere *scientiam.* & sic scientiam cum sapientia eandem esse pag. 145. & p. 197. ostenditur quod *scire* sit ἕξις. i. habitus & κτῆσις. i. *possessio*, quæ in mente resideant. In seq. enim sic: ἣν δ' αὖ ἐπιστήμην κτησάμενος κατείρξει εἰς τὸν περίβολον φάναι αὐτὸν μεμαθηκέναι ἢ εὑρηκέναι τὸ πρᾶγμα, οὗ ἦν αὕτη ἡ ἐπιστήμη καὶ τὸ ἐπίστασθαι, τοῦτ' εἶναι. i. quod *Si quis comparatam scientiam in animi septo concluserit, statuendum quidem illam didicisse aut rem invenisse,*

nisse, cujus hæc ipsa erat scientia & illud sc. esse scire. Plato lib. 7. de Rep. p. 534. distinguit scientiam ab aliis, ita ut ἐπιστήμην vocet scientiam tanquam primam & principem: Secundam διάνοιαν 1. *ratiocinationem*: tertiam πίστιν. 1. *fidem*. quartam εἰκασίαν 1. *assimilationem*. unde & δόξα 1. *Opinio*. quæ circa generationem & νόησις 1. *Intelligentia*, quæ circa essentiam versantes prodire dicantur. Ita ut ad generationem essentia, id sit ad opinionem intelligentia, & quod intelligentia ad opinionem, id & ad fidem scientia & ad imaginationem ratiocinatio. A quibus comparetur scientia, docet *Plato* Epist. 7. p. 342. ubi dicit, in unaquaque re tria esse genera, è quibus scientiam comparari sit necesse. Primum ait esse ὄνομα 1. nomen: Secundum λόγον 1. Orationem sive definitionem: tertium εἴδωλον 1. imaginem, unde ipsam ἐπιστήμην. 1. *Scientiam* arcessit, quæ & inferat id quod & sub intelligentiam cadit & verum est, 1. objectum. Exemplum circuli adfert in seq. in quo nomen circuli notat quod significetur hic, definitio ex nominibus & verbis constans dicit id esse quod ab extremis ad medium æqualiter undique distat, τὸ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον

ἀπέχον πάντη. Imago est id quod pingitur & deletur & tornatur & perit. quæ licet mutetur, natura tn. circuli semper permanet. Inde autem scientia & mens & vera opinio de circulo, quæ non in vocibus hæreat nec figuris, sed animo insit, cujus solius beneficio perspicuum fit illud, quod diversum est ab ipsius circuli natura. in seq. & alia exempla de figura, de colore, de bono, pulcro justoque &c. profert & applicat. Sic ergo discendum est, ut tandem rectè sciamus. dicit præterea observandum esse *ordinem*, quo à *facilioribus* fiat initium. ita enim in Sophista p. 218. Ὅσα δ' ἂν τῶν μεγάλων δεῖ διαπονεῖσθαι καλῶς, περὶ τῶν τοιούτων δέδοκται πᾶσι καὶ πάλαι, τὸ πρότερον ἐν σμικροῖς καὶ ῥάοσι αὐτὰ δεῖ μελετᾶν, πρὶν ἂν ἐν αὐτοῖς τοῖς μεγίστοις. i. *Antiqua omnium eruditorum calculis rata scientia, si quis in rebus magnis laborare ac feliciter elaborare instituat consentaneum esse, ut prius in parvis & facilioribus, eas meditando exerceat, quam in ipsis illis magnis.* Atque hæc de rationali Plat. Philosophiæ parte, quæ Logica dicitur, breviter exhibita sufficiant; jam ad Metaphysica & Physica transeundum.

CAP.

Cap. XIV.

Quæ sint entia, *& quid* esse. Entis *distinctiones & affectiones.* ens *esse* unum, *quod reverà tale, idque* Deum *esse: qui est immortalis & immutabilis. an sacris memoratum* ens summum *Plato respexerit.* τὸ εἶ *Delphicum.* Deum *esse* unum & animũ *universi.* Deum *esse* bonum, *an Phil. è script. sacra hauserit?* Deum *esse* invisibilem, incorporeum: *reverenter de eo loquendum. eum esse* magnum, sanctum, justum, sapientem, *citra omnem* errorem & culpam. *eum esse* principium *rerum & mundi* opificem, *quo pertinent voces* ποιητὴς, ποιεῖν, δημιουργὸς, ξυνιστάναι, δρᾷν, γίνεσθαι, τεκμαίνεσθαι, διακοσμεῖσθαι, διασχηματίζεσθαι, ξυνδεῖν & διάταξις. *mundum esse à* Deo *creatum è præexistente* Materia. *Ei quoque in creatione* ministras *causas fuisse.* De luminaribus *factis in* expanso *quod memorat Moses, an expresserit & imitatus sit* **Plato?** *item quod de* cœlo verbo Domini facto, *& de* stellis in firmamento positis *memorat. item illud quod de* bonitate rerum creatarum *habet Moses* & *illud*, in principio fecit Deus cœlum & terram &c.

SEntentias eorum, qui *entia* diversimodè & exhibent & explicant, enumerat *Plato* in Sophista p. 246. Alii ex iis ea tantum *esse* volebant, quæ sensum afficiunt, ubi: τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινὰ, ταυτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι. Alii id tantum *esse*, quod non habet corpus, μὴ σῶμα ἔχον εἶναι. & hi τὰ νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν

ἀληθινὴν ὐσίαν εἶναι 1. *Intelligibiles incorporeasque species veram esse substantiam, argumentis quasi cogunt.* Adversus has duas sententias ibidem disputans Philosophus tandem subjungit p. 247. λέγω δὴ τὸ ὁποιανοῦν τινα κεκτημένον δύναμιν, εἴτε εἰς τὸ ποιεῖν, ἕτερον ὁπιοῦν πεφυκὸς, εἴτε εἰς τὸ παθεῖν καὶ σμικρότατον ὑπὸ τοῦ φαυλοτάτου, κἂν εἰ μόνον εἰσάπαξ, πᾶν τοῦτο ὄντως εἶναι. 1. *ajo nimirum, quicquid facultatem quamlibet penes se habet & ita est natura comparatum, ut aliud quippiam aut faciat aut patiatur, etiam minimum à vilissimo, etiamsi solum semel, omne hoc revera esse.* Atque hæc entis prima definitio. Deinde p. 249. primò removet eorum sententias, qui ἐν κινήσει. 1. *in motu entis naturam poni debere volebant.* Id quod est τὸ πᾶν ἑστηκὸς ἀποδέχεσθαι. 1. *omne quod stabile est hic accipi debere.* quomodo etiam Plato tradente *Seneca* sex modis ea, quæ *sunt* partiatur, vide ep. 58. & ipse in Sophista p. 250. duo genera *entis* ponit στάσιν & κίνησιν quæ quidem inter se sunt contraria, cum ente autem variis modis juncta efficiunt distincta τοῦ ὄντος genera. ita ut τὸ ὂν non sit aut statum aut motum; sed ex varia commistione rerum inter se communi vinculo coalesc-

coalescentium id, quod *est*, existat. ibidemque id quod non *est*, definitur, cum negatur eodem modo esse quo ens est. sicut unum sit ὂν quod verè & ἁπλῶς *est* & dicitur ὄν, & aliud ὄν τι, ὄν πῃ, ὄν πῶς, constans variis συμμίξεως rationibus & quasi respectibus. reverâ id quod *est*, unum est. Nam in Parmenide p. 142. *unum* τῷ ὄντι sic dicit convenire, ut τὸ ἐστι τοῦ ἑνὸς ὄντος λέγεται, καὶ τὸ ἓν τοῦ ὄντως ἑνός. i. *ut* est *de ente & uno & ipsum unum de ente uno dicatur*. Et in seq. τό, τε γὰρ ἕν, τὸ ἀεὶ ἴσχει καὶ τὸ ὂν τὸ, ἕν. i. *unum semper ens & ens unum mutuis nexibus amplectitur*. licet posteà velit Philosophus unum esse multa. i. *Vim existendi* καθεκάστοις convenire, & conjungat unum cum altero, Sic tamen, ut apud unum sit certa οὐσίας ratio, alterum, in quantum cum uno communicet. Ita ut dicantur res omnes creatæ esse beneficio primæ causæ, quæ sola reverâ *est*. & cum qua, ut infinita & necessario existente res naturales & finitæ tanquam inde dependentes conjungantur. Entium varias distinctiones Plat. prodit Diogenes in ejus vita. Sed quod propriè unum sit ens & tale reverâ, describit in Parmenide p. 146. ἕστηκε μὲν πῃ, εἴπερ

αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν. ἐν γὰρ ἑνὶ ὂν καὶ ἐκ τούτου μὴ καταβαίνον, ἐν τῷ αὐτῷ ἂν εἴη, ἐν ἑαυτῷ ὂν, ἐστι γοῦν. 1. *Stat sc. unum quoniam ipsum in se ipso consistit. Quod n. in uno est & ab illo, non alio emigrat, in eodem est, in se ipso est sane.* Hoc unum, de quo hactenus, alio loco Plato in Phædone p. 78. dicit reverâ existere idque *Deum* esse. sic ille: αὐτὴ ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι, καὶ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι, πότερον ὡσαύτως ἀεὶ ἔχει κατὰ ταὐτὰ ἢ ἄλλον ἄλλως: αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλὸν, αὐτὸ ἕκαστον, ὃ ἐστι τὸ ὂν, μήποτε μεταβολὴν καὶ ἡντινοῦν ἐνδέχεται; ἢ ἀεὶ αὐτῶν ἕκαστον, ὃ ἐστι μονοειδὲς ὂν, αὐτὸ, καθ' αὑτὸ: ὡσαύτως κατὰ ταὐτὰ ἔχει, καὶ οὐδέποτε οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀλλοίωσιν οὐδεμίαν ἐνδέχεται, ὡσαύτως, ἔφη, ἀνάγκη, ὁ Κέβης, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν. 1. *Ipsa illa essentia, quam interrogationum responsionumque vi definivimus, quod reverâ existat, utrum æqualiter semper eodem modo habet, an aliàs aliter? ipsum nimirum æquale, ipsum pulcrum, ipsum singulum, (id est id quod reverâ existit) nunquamne ullam mutationem suscipit? Eodem, inquit Cebes, modo & similiter habere necessum est.* Hæc quo fortius Deo vindicet, addit in seq. neque hominibus neque equis neque

vesti-

vestitibus aut aliis quodammodo similibus aut æqualibus aut pulcris ea convenire monstrat. vid. & *Senecam* l cit. apud quem Platoni præter ens νοητὸν & Jdeam & εἶδος & corpora sensibus subjecta & quæ quasi sunt, est excellentissimum ens & causa entium, i. *Deus.* Deum necessariò esse & existere, probat Plato lib. x de Rep. p. 887. & tuetur contra Atheos. & hoc primum ipsi ἀναπόδεικτον axioma esse in cujusque mente, *Deus est.* licet bonorum virorum vocibus & consuetudine magis magisque roboretur. Eodem sensu Philosophus τὸ ὂν ὄντως intelligit in Phædone p. 247. & 249. quod ipsi est in Timæo p. 27. τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν οὐκ ἔχον, i. *quod semper est, non habens generationem.* Deum autem nunquam interire, in Phædone p. 106. sic fatetur: ὁ δὲ γε Θεὸς (οἶμαι) ἔφη, ὁ Σωκράτης καὶ αὐτὸ τὸ ζωῆς εἶδος καὶ ἔτι ἄλλο ἀθάνατόν ἐστι, παρὰ πάντων ἂν ὁμολογηθείη μηδέποτε ἀπόλλυσθαι. i. *Deus (ut opinor) dixit Socrates, & ipsa vitæ species est insuper aliud immortale est. Et apud omnes in confesso est, nunquam eum interire.* Et ap. *Laertium* in ejus vita, eum φθορᾶς καὶ πάθους ἀνεπίδεικτον ὑπάρχειν. i. *corruptione & perturbatione nulla omnino affici.* Et

quod nullam mutationem suscipiat, ut suprà in definitione expressum est, οὐδέποτε οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἀλλοίωσιν ἐνδέχεται. Scil. in Phædone p. 78. & lib. 2. de Rep. p. 381. ne quidem ἐλαχίστην μεταβολήν. Huc pertinet, quod quidam putent sacris memoratum hoc Exod. 3. vers. 14. —— —— אהיה אשר אהיה I. ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὢν --- Sive *Ego sum qui sum.* & post: אהיה שלחני אליכם. I. ὁ ὢν ἔπεμψέν με πρὸς ὑμᾶς. sive *qui est misit me ad vos.* ut. *Augustinus* lib. 8. civit. cap. XI. dictum *tanquam in comparatione ejus qui vere est, quia incomparabilis est & ea quæ mutabilia facta sunt, non sint.* & eò respexisse Platonem, idem contendit, ubi: *vehementer hoc Plato tenuit & diligentissime commendavit.* videamus Philosophum, qui sic in Timæo pag. ed. Serr. 37. ταῦτα δὲ πάντα μέρος χρόνου καὶ τό, τ' ἦν, τό, τ' ἔσται χρόνου γεγονότος εἴδη, φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν μὲν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστιτε καὶ ἔσται. τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον, κατὰ τὸ ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἦν, τό, τε ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γὰρ ἐστόν. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ ταῦτα ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαι ποτὲ οὐδὲ γεγονέναι νῦν, οὐδ' εἰσαῦθις ἔσεσθαι, τὸ

παρά-

παράπαντε οὐδὲν, ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν. ἀλλὰ χρόνου ταῦτα αἰῶνά τε μιμουμένου καὶ κατ' ἀριθμοὺς κυκλουμένου γέγονεν εἴδη καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε, τό τε γεγονὸς εἶναι γεγονὸς καὶ τὸ γιγνόμενον εἶναι γιγνόμενον, ἔτι δὲ τὸ γεννησόμενον, εἶναι γεννησόμενον καὶ τὸ μὴ ὂν, μὴ ὂν εἶναι. I. *quæ quidem temporis partes sunt. nos v. illas temporis distinctiones* Erat *nimirum &* Erit *æternæ essentiæ non rectè attribuimus. dicimus enim* Erat, est & erit. *At reverâ illi æternitati* est *proprie tantum quadrat. Erat & erit temporis illius quod nascitur articulis convenit. Sunt enim motus. Quod autem eodem modo constanter atque immobiliter habet, neque antiquius neque recentius hactenus fuisse neque etiamnum extare, neque aliquando futurum, consentaneum est. neque v. in illud cadere earum rerum quampiam, quibus res mobiles ac sensui expositæ ex ipsa generationis conditione subjiciuntur. Sed temporis æternitatem imitantis & ad numerum in orbem commeantis hæ species sunt & ad tempus hæc quoque spectant. Præteritum esse præteritum, præsens esse præsens: futurum esse futurum & quod non sit, non esse.* De *Ente* illo ingenito passim hic Philosophus in dicto libro. Etiam hæc constans

 opinio

opinio fuit Platonicorum, qui hunc titulum, *Parmenides de ente & uno* rerum omnium principio & Sophistæ περὶ τοῦ ὄντος de *Deo* intelligi volunt. In suam rem illa Platonis transtulit *Gregorius Theol.* in Oratione de nat. Christ. ut citat Lud. Vives ad August. Θεὸς μὲν ἀεὶ καὶ ἔστι καὶ ἔσται. μᾶλλον δὲ ἐστὶν ἀεί. τὸ γὰρ ἦν καὶ ἔσται τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. ὁ δὲ ὢν ἀεί, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ Μωσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. 1. *Deus fuit semper & est & erit, seu potius* est *semper. nam fuit & erit partes sunt nostri temporis & fluxæ naturæ. Ille v.* ens *semper & sic se ipse nominat Mosi interroganti &c.* huc pertinet quod communiter & aliis traditur frontispicio templi Delphici Apollinis inscriptum quoque fuisse τὸ, εἶ, quod Divinitati adscribebant. Sic enim *Plutarchus* in libro περὶ τοῦ εἶ τοῦ ἐν Δελφ. Τί οὖν ἐστι τὸ ἀΐδιον ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον. 1. *quid est igitur illud quod est, æternum incorruptum & ingeneratum.* plura de hoc & illo vide apud *Eusebium* lib. XI. præparat. cap. 6. & 7. & *Augustin.* lib. VIII. de civit. Dei cap. XI. Præterea *Deum* esse *animum* universi, probat *Plato* lib. x. de legibus p. 896. qui itidem sit causa omnium. & in Epinomide

pag.

pag. 983. E definitione Dei constat Philosophum voluisse, eum esse *unum* tantum. *Clemens Alex.* lib. 1. στρωμ. p. 356. πλάτων ἐν τοῖς νόμοις φησὶν ἕνα τ̃ συνήσοντα τῶν Μουσικῶν, διὰ τούτων διδάσκων τ̃ λόγον εἶναι ἕνα καὶ τ̃ Θεὸν ἕνα. 1. *Plato in legibus dicit, unum ea quæ ad Musicam pertinent intellecturum, per hæc docens unam esse rationem & unum Deum.* & sunt, qui putant illud, quod in Deuteronomio dicitur; *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est,* Platonem didicisse & tum aliàs expressisse, tum in Timæo p. Ed. Serr. 31. ubi unum esse Deum, & unum cœlum, cujus ille exemplar continuisset, probare conatur & cum plures Deos nominat, hoc facere ex opinione aliorum, sic in Epist. XIII. ad Dionysium p. 363. ait, se seriæ Epistolæ initium ponere solitum, *Deus,* non seriæ, *Dii.* ita enim ille: πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς διωθεῖσθαι, τ̃ μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς Θεὸς ἄρχει, θεοὶ δὲ τ̃ ἧττον. Interum, quod Plato filium Dei æternamque ejus generationem notam habuerit & loca in sacris eam probantia respexerit, ut arbitratur Eusebius lib. XI. præp. Eu. cap. X. omnino negarem. Insuper quod in sacris memoratur,

 bonus

bonus *Dominus omnibus sustinentibus eum,* &: *confitemini Dominum, quoniam* bonus &c. & quod pòst à Christo repetitum, *Solum Deum esse bonum,* Platonem expressisse lib. 2. de Rep. p. 379. ubi ἀγαθὸν θεὸν τῷ ὄντι. i. *reverâ bonum esse Deum* dicens addit: ὁ θεὸς ἐπειδὴ ἀγαθὸς πάντων ἂν εἴη αἴτιος. i. *Deus quandoquidem bonus est, omnium rerum causa fuerit.* ratio: quia πάντων γε αἴτιον τὸ ἀγαθόν. i. *Omnium rerum causa est bonum.* & quod malorum Deus causa non sit, ut ibidem, & tantum τῶν ἀγαθῶν αἴτιον sit Deus: In Phædone p. 78, Deum τὸ ἴσον καὶ τὸ καλὸν appellat. Et in Timæo, ubi dixerat καλὸν τὸν κόσμον καὶ δημιουργὸν ἀγαθόν, addit: ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. i. *quod mundus sit rerum genitarum pulcerrimus & ipse scilicet* δημιουργὸς *omnium causarum optima.* Ad hæc docet Plato, *Deum* esse *invisibilem* oculis corporeis, sed sola mente videri. sic de anima Mundi p. 96. θεὸν, inquit, τὸν μὲν αἰώνιον νόος ὁρῇ μόνος. i. *Deum, qui æternus est, sola mens videt.* & lib. x. de Leg. ostendit τὸν νοῦν θνητοῖς ὄμμασι videri non posse. Ratio: Quia incorporeus est. sic ap. *Laertium* in ejus vita, δοκεῖ δ' αὐτῷ τὸν θεὸν ὡς καὶ τὴν ψυχὴν, ἀσώματον

μα῀τον εἶναι. 1. *videtur autem ipsi, Deum ut & animam, incorporeum esse.* Sic Cicero lib. 1. de nat Deor. c. 30. *Quod vero sine corpore ullo Deum vult esse, ut Græci dicunt ἀσώματον: Id quale esse possit, intelligi non potest.* Deum etiam ἀεὶ ὄντα καὶ αἰώνιον in Timæo Plato p.96. appellat. Adeo ut semper Dei naturæ consentanea sint tribuenda, ut idem 2. de Rep. p. 379. οἷος τυγχάνει ὁ θεὸς ὢν ἀεὶ δὴ που ἀποδοτέον. & quæ aliena ab eo sunt non audienda, juxtà quæ habet p. 380. & *reverenter* de Deo loquendum, in Cratylo, p. 400. *Magnitudinem* Dei Plato exaggerat teste *Lactantio* lib. 1. cap. 8. *Dei vim,* inquit, *Majestatemque tantam esse dicit in Timæo Plato: ut eam neque mente concipere neque verbis enarrare quisquam possit ob nimiam & inæstimabilem potestatem.* vid. *Clem. Alex.* lib. 8. & *Cic.* lib. 1. de nat. Deor. *Tertullian.* Apolog. c. 4. & *Origen.* lib 5. contra Cels. *Sanctus* ac *justus* ei Deus dicitur in Theæteto p. 176. & Deinde: θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος. 1. *Deus nusquam nequaquam injustus est.* ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος. 1. *sed quantum fieri potest, justissimus.* addit. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται, ὅτι δικαιότατος. sic ut nos &

juſtitia aſſimilet Deo & ſapientia. Ibid. ὁμοίωσις Θεῷ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. & ſapientia omnis etiam eſt à Deo & vera. ἐὰν μὲν, inquit, τῷ θεῷ φίλον ᾖ πάνυ πολὺ ἐπιδώσεις καὶ ταχύ. i. *Si igitur Deo ita placeat permultum proficies & celeriter.* Deus omnis culpæ expers, lib. x. de Rep. 617. ubi ἀναίτιος, i. *citra omnem culpam & errorem.* & *Theodoretus* lib. 6. de cur. Gr. Aff. citat Platonem in hunc modum: αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος, κακῶν γὰρ ὁ Θεὸς οὔποτε αἴτιος. i. *culpa eſt eligentis, Deus culpa immunis. Deus enim malorum cauſa non eſt,* & lib. 4. de ſeq. 716. πάντων χρημάτων μέτρον, i. *omnium rerum menſura.* καὶ πολὺ μᾶλλον ἤ πού τις, ὥς φασιν, ἄνθρωπος, *& multo magis quàm quilibet homo, ut nonnulli ajunt.* igitur τὸν τῷ τοιούτῳ προσφιλῆ γενησόμενον εἰς δύναμιν, ὅτι μάλιστα καὶ αὐτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. i. *qui Deo, qui tali eſt, gratus eſt futurus, debet omnino, quantum fieri poteſt, ut ipſe talis evadat, maximè allaborare.* Plato quoque Deum rerum principium facit, teſte *Timæo* Locr. de anima mundi p. 30. ubi ait: Θεὸν ὀνομαίνεσθαι ἀρχὰν τῶν ἀρίστων. i. *Deum nominari principium rerum optimarum.* Etiam *Laertio* in ejus vita. δύο, inquit ille, δὲ

πάντων

παύτων ἀπέφηνεν ἀρχὰς Θεὸν καὶ ὕλην ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει καὶ αἴτιον. i. *duo omnino rerum principia ostendit, Deum atque materiam: illum mentem & causam appellat.* Sed *Plutarcho* lib. 1. de placit. Phil. cap. 3. dicitur cum Socrate tria rerum principia, *Deum Materiam* & *Ideam* constituisse. & *Aristoteli* lib. 1. natur, auscult. cap. 5. totidem. vid. & *Ambrosium* lib. 1. Hep. cap. 1. & *Augustin.* lib. 7. de civ. Dei c. 28. *Plato* in Philebo p. 30. mentem, quam Deum esse vult, omnium causam, αἴτιον πάντων, appellat. & parentem omnium in Timæo Locr. sive de anima mundi p. 96. τὸ ἁπάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τούτων. i. *Principem authorem & parentem horum omnium vocat.* & in suo Timæo p. 28. ubi, τὸ μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός. i. *Opificem genitoremque universitatis Deum appellat.* quem εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, id est, *interprete Chalcidio, invenire difficile & quem inventum impossibile dignè profari. Lactantius* lib. 1. cap. 5. *Plato nec ætherem aut rationem aut naturam, sed, ut est, Deum nominat, ab eo mundum hunc esse perfectum atque mirabilem esse fabricatum.* Sic etiam *Cicero* 1. de n. Deor. §. 30. *Platonis de Timæo Deus opifex ædificatorque*

mundi est. vid. *Laertium* vita Plat. *Minutius* in Octavio *Platoni in Timæo Deus est ipso nomine mundi parens.* Sc. in Timæo p. 41. & Tim. Locr. p. 37. & 28. ad 30. & pater *Maximo Tyrio* ex mente Plat. in orat. 1. Θεὸς πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ i. *omnium Rex & pater* dicitur. Et δημιουργὸς in Timæo pag. 28 & 29, & 31 & 41. ubi & δημιουργεῖσθαι ocurrit. eodem respiciunt verba ποιητὴς & ποιεῖν de Deo ut mundi creatore passim in Timæo & nominatim p. 28. & p. 31. οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους i. *neque infinitos mundos Deus creavit.* & etiam verba, ξυνιστάναι, δρᾶν, γίνεσθαι, τεκμαίνεσθαι διακοσμεῖσθαι, διασχηματίζεσθαι & ξυνδεῖν ibidem in negotio facti à Deo mundi ursurpat Philosophus. sic pag. τὸ πᾶν ξυνιστὰς ξυνέστησεν i. *qui universum constituit.* p. 30. δρᾶν τὸ κάλλιστον i. *pulcerrimum Deus dicitur facere.* & ibidem κόσμος γενέσθαι i. mundus factus dicitur à Deo. & p. 31. τὸ γενόμενον, i. *quod factum* est & p. 41. & γένεσις κόσμου καὶ παντὸς pag. 29. Et τεκμαινόμενος τὸν κόσμον καὶ οὐρανόν. i. architectatus est mundum aut cœlum p. 28. & τὸ πᾶν ξυνετεκμαίνετο. i. *universum Architectatus est.* & in eodem Timæo p. 53. Deus dicitur διακοσμῶν, & τὸ πᾶν διακοσμηθέν. i. *universum efforma-*

formatum ab eo. & ibidem κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν. *i. eſt conſtitui*, quod poſteà explicat; διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς. *i. conformavit & diſtinxit formis & numeris*. & ibidem quoque dicitur Deus ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας. *i. univerſum generaſſe*. Prætereà pag. 32. ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. *i. Colligavit & aptavit cœlum, ut ſub aſpectum & tactum cadit*; ubi tamen ſciendum eſt, quod verba τεκμαινόμενος, διακοσμῶν, διασχηματίζεσθαι & ξυνδεῖν &c. Deum oſtendant potius ut opificem ſive artificem, qui è jam data & præexiſtente materia aliquid conficit & exornat & ædificat, quo ſenſu tantum hic Plato mundi creationem intellexit. eodem ſpectat vox διάταξις, conveniens cum illa δημιουργοῦ, ut legere eſt p. 53. quomodo autem facto mundo & Idea & materia præexſtiterit, docet in Tim. Locr. p. 94. ubi, πρὶν ὤν, inquit, οὐρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς τῶ βελτίονος. *i. Antequam cœlum (ſive mundus) extaret, ratione erat forma & materia & quidem Deus erat melioris opifex*. ubi voces *melioris* videtur reſpicere ad mundi artificioſam è præexiſtente materia efformationem deinceps factam. At τοῦ δημιουργοῦ opus ut intel-

intellexit, exprimit ille Timæus Locr. l. c. ἐπεὶ δὲ, inquit, τὸ πρεσβύτερον-κάρρον ἐστὶ τῶ νεωτέρω καὶ τὸ τεταγμένον περὶ τῶ ἀτάκτω ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς ὁρῶντε τὸ τὰν ὕλαν δεχόμενον ταν ἰδέαν ϰ ἀλλοιωμείαν, παντοίως μὲν, ἀτάκτως δὲ ἐδεῖτο εἰς τάξιν αὐτὰν ἄγειν καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολᾶν, εἰς ὡρισμέναν καταστᾶσαι ἵν' ὁμόλογοι ϰ διακρίσιες τῶν σωμάτων γίγνοιντο ϰ μὴ καὶ αὐτόματον τροπὰς δέχοιντο. 1. *Quandoquidem igitur antiquius juniore præstantius est & id quod ordinatum est inordinato, Deus, cum nimirum bonus sit, & videret materiam recipere formam & alterari variè quidem, sed inordinatè: vidit quoque opus esse, ut eam ipse in ordinem reduceret & ex indefinitis mutationibus ad certum definitumque constitueret ut corporum distinctiones mutua distinctione inter se responderent neque temerè vicissitudines ultro citroque reciperent.* his quæ tradit *Laertius* in ejus vita, ut respondent, brevibus videamus: ταῦτα δὲ, ait, πρὶν μὲν ἀλόγως κινεῖσθαι καὶ ἀτάκτως ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο συνιστάναι τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συμμέτρως ϰ τεταγμένως γενέσθαι. 1. *porrò ita quidem primo tumultuario & inordinato motu agitari: At ubi ornatus adhiberi cœptus debitum ordinem & motum à Deo*

Deo accepisse. Quod autem Plato in Timæo L. l. c. de *creatione* mundi & δημιουργίᾳ expresse loquatur, patet ex iis, quæ addit: Ἐποίησεν ὧν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσης τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν καταςκευάζας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος &c. 1. *Hunc igitur mundum ex omni materia (scil. coæterna Deo) creavit Deus universique naturam termino ipso circumscripsit atque definiit*. In Timæo p. 38. σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ Θεὸς, & pag 31. dicitur οὐρανὸς μονογενὴς. & pag. 97. ut significaret res creatas in tempore per creationem existere cœpisse, addit: τὰς περιόδους, χρόνω τὰ μέρεα ἐκόσμησεν ὁ Θεὸς σὺν κόσμῳ. 1. *Periodos temporis & partes Deus concreavit mundo*. ubi etiam: διόπερ ἄνευ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως οὐκ εἶναι χρόνον. 1. *Ideo sine mundi natura non esse tempus*. vid. & *Laertium*. l. 1. Apud quem eodem titulo Deus dicitur ei causa cœli & motuum cœlestium & *Plat.* in Epinomide p. 983. & omnium rerum naturalium in lib. de anima Mundi, in Princip. ubi p. 99. & in Timæo Plat. dicitur Deus mundum fecisse & ei ministras in eo opere causas fuisse. Sic ille p. 69. τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶνδε θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. 1. *Divi-*

norum

norum ipse est opifex, mortalium autem rerum generationem Diis à se genitis efficiendam dedit. Imo & hunc mundum *Plato* in Timæo etiam Deum vocat & teste *Laertio* voluit, Deum mundum necessario produxisse. ubi etiam mundus Dei fœtus vocatur & in Timæo Locro Deus eum γεννήσας v. pag. 93. & sequent. & 37. Putat *Eusebius* lib. XI. præp. Ev. cap. 16. illa verba Sacri textus Genes. 1. vers. 14.

יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין היום ובין
הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים:

1. *Sunto luminaria in expanso cæli ad distinctionem faciendam inter diem & noctem. ut sint in signa cum tempestatibus, tum diebus & annis*, imitatum esse Platonem. Sic ille in Timæo p. 38. ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γενεθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆτες εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. 1. *Ex hoc ergo verbo & mente Dei temporis generationem molientis ut tempus crearetur, Sol & Luna & quinque alia astra, quæ Planetæ nuncupantur ad definitam distinctionem & conservationem numerorum temporis, creata*

creata sunt. & vult attendi debere ad λόγον & διάνοιαν θεοῦ, quod congruere dicit Psalmistæ dicenti Psalm. 33. vers. 6.

בדבר יהוה שמים נעשו

1. *Verbo Domini facti sunt cœli.* Et quæ Plato in seq. dicit de Planetis, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς. 1. *Collocavit in circuitus & motus*, vult spectare illud Mosis de stellis in firmamento positis. Præterea Mosis verbis hæc convenire eaque imitari existimat, quæ Plato in Timæo p. 39. habet: Φῶς ὁ Θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων. ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον. ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν μετάσχοιτε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα, ὅσοις ἦν προσῆκον μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. 1. *Deus ipse lumen accendit ad secundum, suprà terram ambitum, quod nunc nominamus solem. & ut sic potius omne illuminaret cælum & participarent ejus numero etiam animantes ut cognoscerent ejus circumactus &c.* & addit, ut etiam in sacro textu: νὺξ μὲν οὐκ ἡμέρα τε γένονεν οὕτω, 1. *sic quidem nox & dies facta sunt.* quæ adhuc latius sic exhibet in seq. ἡμέρας καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς, οὐκ ὄντας πρὸς οὐρανὸν γενέσθαι καὶ τότε ἅμα ἐκείνῳ, ξυνισταμένῳ τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται. 1. *Dierum & noctium & mensium*

sium & annorum, qui non erant antequam cælum extaret, tunc primo cum ipse constituerit originem &c. Præterea idem *Euseb.* l. cit. arbitratur illa Mosis in fine cap. 1. Genes. וירא אלהים את־כל אשר עשה והנה טוב מאד׃

1. *Tum respexit Deus quicquid fecerat, ecce autem bonum erat valde*, expressa esse à *Platone* in Timæo p. 30. βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν. 1. *constituit enim Deus omnia esse bona, mali nihil, quoad natura pateretur* & p. 53. dicit τὸ δὲ ᾗ δυνατὸν ὡς κάλλιστα καὶ ἄριστα ἐξ οὐχ οὕτως ἐχόντων τὸν Θεὸν αὐτὰ ξυνιστάναι. 1. *Deum, quantum fieri potuit, pulcerrima & valde bona ex iis quæ ita non erant constituisse ea*, & ita 2 de Rep. Deum vocat αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, 1. *bonorum causam.* adde, quod idem in suo Timæo habet p. 33. ὡς δὲ κινηθὲν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατὴρ ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς, ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. 1. *Postquam igitur universi pater atque progenitor opus illud à se creatum animadvertisset & moveri & vivum esse Deorum immortalium natum atque creatum simulacrum mirum in modum gavisus est.* atque

atque oblectatus illo suo opere. Etiam *Augustinus* lib.8. cap. XI. illud Geneseos 1. (quod præmittendum erat) בראשית ברא אלהים את־השמים ואת הארץ׃ והארץ היתה תהו ובהו וחשך על־פני תהום ורוח אלהים מרחפת על־פני המים 1. *Principio fecit Deus cœlum & terram. terra autem erat invisibilis (sic ille) & incomposita & tenebræ erant super abyssum & Spiritus Dei ferebatur super aquas*, vult Platonem respexisse. ille a. dicit: In Timæo Plato Deum dicit in illo opere terram primo ignemque junxisse. Sic *Plato in Timæo* p. 31. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ Θεὸς ἐποίει. pergit *Augustinus*: *manifestum autem est, quod igni tribuat cœli locum.* habet ergo hæc sententia quandam illius similitudinem, qua dictum est: *In principio fecit Deus cœlum atque terram.* Et sciendum, quod Plato passim per ignem cœlum intelligat. qui exponens in Timæo p. 30, quomodo Deus Omnipotens sit aggressus mundi conditum, οὕτω δὲ πᾶν, inquit, ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας &c. i. *quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non quidem tranquil-*

lum', ſed quod immoderatè fluctuaret, idque ex inordinato in ordinem adduxit. etiam hanc ſententiam è Moſe accepiſſe Platonem vult *Iuſtinus Martyr* Apolog. 2. pro Chriſtianis. Addit Auguſtinus: *Deinde illa duo media, quibus interpoſitis ſibi hæc extrema* (*ſcilicet ignis & terra*) *copularentur, aquam & aerem.* Sic *Plato*, ipſe in Timæo p. 32. ὕτε δὲ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς. *Vnde putatur ſic intellexiſſe, quod ſcriptum eſt*; Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *parum attendens, quo more ſoleat illa ſcriptura appellare Spiritum Dei: quoniam & aer ſpiritus dicitur, quatuor opinatus elementa loco illo commendata videri poteſt.* Sed videamus nunc qiud de Providentia Divina &c. ſtatuerit hic Philoſophus.

CAP.

Cap. XV.

Providentia *Divina maximè in mundi Rectura Platoni patuit. ideo nomina eò pertinentia Deo attribuit. etiam specialis & singularis rerum & imprimis ipsius hominis* cura *ab eo agnita.* mortis *horam esse præfinitam.* amor *Dei in homines.* Curare *Deum quoque minima. etiam à* Diis ministris Dei *mundum quodammodo regi. unde* necessitas. Deos *esse ut probat.* sidera & terram *esse Deos. eosque esse corruptibiles. unus* Deus *reliquorum* parens. Deos *Græcorum contempsit.*

PRovidentiam Divinam agnoscit Plato in mundo, in Apologia Socratis pag. 28. f. & 30. In Philebo pag. 28. ubi dicit; νοῦν καὶ φρόνησιν τινὰ θαυμαστὴν συντάττουσαν διακυβερνᾶν i. *mentem & sapientiam quandam mirabilem certo quodam constitutoque ordine hæc constanter moderari.* & pòst: τὸ δὲ νοῦν πάντα διακοσμεῖν αὐτὰ φάναι καὶ τῆς ὄψεως τοῦ κόσμου καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστρων καὶ πάσης τῆς περιφορᾶς ἄξιον. i. *mentem hæc omnia gubernare hujus scilicet præclari theatri solis lunæ astrorumque omnis denique cæli circuitus aspectu dignum videtur.* Universum hoc dirigi à Deo, docet in Politico p. 269. τὸ γὰρ, inquit, πᾶν τόδε τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ Θεὸς ξυμποδηγεῖ πορευόμενον καὶ συσκυκλεῖ. i. *Universum hoc aliquando Deus quasi vestigiis dirigit atque omnes illius motus contor-*

quet atque agitat. Licet hoc non semper fieri velit in seq. ubi: ποτὲ δ' ἀνῆκεν. i. *aliquando autem dimittit*. Ejus providentiæ etiam specialis respectu *imperator* omnium & *Præses* Deus dicitur in Timæo Locr. de anima mundi p. 105. ubi. ὁ πάντων ἁγεμὼν Θεὸς. & lib. x. de leg. p. 901. Θεοὺς ἀμφότεροι φατὲ γιγνώσκειν καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν πάντα. λαθεῖν δὲ αὐτοὺς οὐδὲν δυνατὸν εἶναι τῶν ὁπόσων εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις τε καὶ ἐπιστῆμαι. i. *utrique affirmatis Deos & cognoscere & videre & audire omnia, nihilque proinde illos effugere posse eorum, quæ vel in sensum vel in intelligentiam cadunt.* *Curam* quoque Deum genere hominum & rerum humanarum in Phœdone p. 62. sic tradit: τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. i. *hoc mihi recte videtur dici, Cebes, Deos curam de nobis gerere & nos homines Deorum possessionem esse.* Licet hic locus & præcedens ad Deos spectare videatur, posteà tamen in singulari numero dicit, τὸ θεόν τε εἶναι ἐπιμελούμενον ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἐκείνου κτήματα εἶναι. Idem in plurali lib. x. de leg. p. 902. θεῶν γε μὴν κτήματά φαμεν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ὥσπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον.

ὅλον. 1. *Deorum possessiones omnia mortalia animalia esse affirmamus, è quorum etiam numero universum cælum* est. Etiam *mortis* horam à Deo quodammodo determinari, tradit in citato Phæd. l. ἴσως, inquit, τοίνυν ταύτην οὐκ ἄλογον, μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ἡμῖν παροῦσαν. 1. *Itaque & hoc non minori ratione videtur niti, non prius mortem sibi consciscere oportere, quàm necessitatem aliquam Deus immiserit, qualem nobis modò imposuit.* & in seq. dicit Deum homini melius, quàm hominem sibi ipsi providere. οὐ γάρ πω αὐτός γε ἑαυτοῦ ἄμεινον οἴεται ἐπιμελεῖσθαι, ἐλεύθερος γενόμενος. 1. *non enim ille scilicet vir sapiens existimat, se melius sibi ipsi providere.* & ideo non negligi hominem, cum eos Deus speciali *amore* complectatur. lib. x. de legib. p. 902. ἤδη τοίνυν, inquit, σμικρὰ ἢ μεγάλα τὶς φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς Θεοῖς. οὐδετέρως γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις. 1. *Iam vero sive parva sive magna hæc aliquis dixerit ad Deos pertinere. Neutro modo consentaneum fuerit, ut nos homines, quos peculiari jure vendicatos singulari quoque amore complectuntur, ab illis, qui & maximè*

mè providentes sunt atque optimi, negligantur. vide & *Laertium* in Vit. Plat. & præ cæteris hominem curari. quod, ut ille, sit Θεοσεβέστατον πάντων ζώων. I. *cæteris animantibus religiosissimum animal.* & Deorum curam non minus in rebus minimis versari, quàm in maximis, disce è lib. x. de leg. p. 899. & sequit. ubi: οὐδὲν τάχ' ἂν ἴσως εἴη χαλεπὸς ἐνδείξασθαι, τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς, σμικρῶν εἰσι θεοὶ, ἧττον ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. ἤκουον γάρ που καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν, τὴν τῶν πάντων ἐπιμέλειαν οἰκειοτάτην αὐτῶν οὖσαν κέκτηνται. I. *Non erit fortasse minus difficile demonstrare Deorum curam in rebus minimis versari, quàm in maximis & præstantissimis. Audiebam & aderam cum modò diceretur; eos se Deos omni veritate cumulatos omnium rerum maximè singularem & peculiarem providentiam sibi vendicare.* & id facile præstare Deum, probat pag. 904. vide plura lib. x. de legibus pag 896, 897 & sequent. & in Epinomide explicat, quomodo omnium rerum magnarum & parvarum cura habeatur & quod expugnari muneribus precibusque non possit Deus, quominus jura & justitiam exerceat. Licet *Cicero* velit lib.

lib. 1. Ac. q. 10. Platonem maxime circa cœlestia providentiam occupari existimasse. Cum tamen ille Philosophus mundum, in quo & parva & magna sint facta, providentiâ Divina creatum dixerit apud *Lactantium* lib. 2. de orig. err. cap. 8. Hanc sententiam de *providentia* Divina hactenus explicata, non ex se, sed ab *Hebræis* habuisse Platonem, autumat *Theodoretus* lib. 2. de Curat. Gr. Aff. tanquam quæ sit homine Ethnico nimis digna. Prætereà, quando unum Deum ponit Philosophus, *parentem* statuit cæterorum Deorum, cujus nutu & legibus cæteri omnes & ipse mundus & teneantur & regantur. *Cicero* De nat. Deorum 30; *Plato in Timæo & legibus mundum Deum esse ait, & cœlum & astra & terram & animos & eos, quos Majorum institutis accepimus.* vid. *Laertium* in vit. Plat. Et sic conditoris τοῦ παντὸς reliquos Deos esse ministros & virtutes cœlestes, atque ab ipsis mundum certis muniis administrari, & maximi illius jussa & leges *necessitatem* vocari. sic Plato in proximè citato loco. *Deos* esse Plato lib. x. de Rep. p. 886. probat ex inspectione cœli, unde temporum varietates intervallis suis divisæ dicuntur. De-

inde ex consensu hominum Græcorum & barbarorum. sic ille; ὅταν τεκμήρια λέγομεν, ὡς εἰσὶ θεοὶ, ταῦτα αὐτὰ προσφέροντες, ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆν, ὡς θεοὺς καὶ θεῖα ὄντα. i. *cum ego & tu argumenta adducimus, Deos esse, hæc eadem proponentes solem & lunam & astra & terram & Deos & Divina esse.* &c. in seq. p. 887 dicit, eos esse bonos, & quibus præter omnes homines justitia sit curæ & sic naturaliter notum esse, ut nulla oriri suspicio possit, ὡς οὐκ εἰσὶ θεοί. Plura deinceps profert, quibus incredulitatem de Diis è mentibus hominum eximit. Sed tamen *Deos* dicit & mundum natura corruptibiles esse, neque esse omnino dissolutionis expertes, sed perpetuò mansuros è voluntate Dei. Sic ipse *Plato* in Timæo, ubi Deum ad cæteros Deos loquentem inducit: Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. Τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε. ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάμπαν οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε. οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως, μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες, ἐκείνων οἷς ὅτε ἐγίγνεσθε

ἐγίγνεσθε, συνεδεῖσθε. Quæ *Cicero* de Universitate sic interpretatur: *Hæc vos, qui Deorum satu orti estis, attendite, quorum operum ego parens effectorque sum, non sunt dissoluta me invito: quanquam omne colligatum solvi potest, sed haudquaquam boni est ratione vinctum velle dissolvere.* Sed *quoniam orti estis, mortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini. nec vos ulla mortis fata periment: nec fraus valentior quàm consilium meum; quod majus est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tum, cum gignebamini, colligati.* videatur *Augustinus* tom. x sermone 143. & *Arnobius* contra Gentes lib. 2 Quod si è Lactantio judicandum esset de animo Platonis in Deos, nullius eos pretii esse constaret. Sic enim ille lib 2. cap. 4. *Sed hic scilicet Dionysius fortasse à Platone didicerat, Deos nihil esse.* intellige eos, qui vulgariter apud Græcos tales haberi vana opinione solebant. Sed hæc hactenus. Jam de rerum corporearum principiis agendum.

Cap. XVI.

Materia prima *Plat. quæ hæc ipsi* æterna. *licet illius author Deus. Ingenerabilis* & *informis* & *immobilis*, mater *rerum* & nutrix, & receptaculum *formarum* & *generationis*, *commune omnium mutationum subjectum*. Forma *idea vocatur*, *sed hæc variis nominibus expressa*. Idea *ab exemplari distincta quæ*. Forma *proprie est* εἶδος. Ideæ *quæ*, sensibile *quid. quid* idea *sive exemplar*. Ideæ *immutabiles* & *rerum causæ*. Idea *practica* & *theoretica*. *Hæc respicit notiones in mente existentes*.

SUprà Platonem tria rerum principia statuisse, notatum est. De Deo dictum. restant reliqua. Ubi non de natura loquitur, sed communissima rerum principia sectatur Philosophus, immediatè Deo τῷ ἀρχηγῷ sive δημιουργῷ subjicit ὕλην. 1. *Materiam*. Illam ut primam extitisse vult ante cœli creationem. Sic enim Timæus in libro de anima mundi p. 94. πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα. 1. *Antequam cœlum esset factum*, *ratione erat & forma & materia*, quam sempiternam ipsum dixisse, apparet ex seq. ejus: ταύταν δὲ τὴν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα. 1. *hanc materiam ajebat sempiternam*. & ibidem ἀγέννατον vocat. 1. *ingenerabilem*. & attendendum est ad illud, λόγῳ: 1. *ratione erat & forma & materia*. nam dicit

cit ibidem; νόον εἶναι τ̃ κτ̃' λόγον γιγνομένων, i. *mentem esse scilicet causam eorum, quæ ratione quadam nascuntur*; & ostendit in seq. formæ & materiæ in mente Dei esse vim & ἐνέργειαν, unde res creatæ prodeunt veluti fœtus, scilicet Opificis decreto, ut etiam ostendit in suo Timæo à pag. 48. ad 53. *Theodoretus* lib. 2. de curat. Gr. Aff. *Materiam Plato facit coæternam, & ejus tamen Authorem Deum facit.* fuisse autem illam materiam ἀσχημάτιστον καὶ ἄπειρον, i. *informem & infinitam*, statuit apud Laertium. in vita ejus. & Theodoret. lib. 2. de cur. Gr. Aff. & ut ille, in lib. de anima mundi p. 94. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἔφα ἄμορφον καθ' αὐτὰν καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. i. *ajebat materiam esse ab omni forma & figura per se immunem & liberam, quamlibet tamen formam recipientem.* Eandem vocat ἀκίνατον i. *immobilem.* quæ ubi moveri cœpit, dicitur περὶ τὰ σώματα μεριστὰν εἶμεν καὶ τᾶς θατέρω φύσιος, *id est, circa corpora dividuam esse.* quæ autem spectet illa divisio & quæ corpora, dicit: ποταγορεύοντι δὲ ταὶ ὕλαι τόπον καὶ χώραν. i. *appellant autem materiam locum & sedem.* id est, tunc materia sic divisa accipit partes,

quæ

quæ singulæ suum situm & locum & magnitudinem habent, dicunturque ex ea, ut habet *Laertius*, γενέσθαι τὰ συγκρίματα i. *discretiones fieri*. & ideo dicit loco citato lib. de anima mundi, τὰν ὕλαν εἶμεν ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα τιθάναντε καὶ γεννατικὰν τᾶς τρίτας ὠσίας, δεξαμέναν γὰρ, τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν ἀποτελεῖν πάντα τὰ γεννάματα. i. *esse expressum rerum simulacrum & matrem & nutricem & ad generationem tertiæ essentiæ aptam, cum effigiem rerum in se susceperit & veluti impresserit, hos fœtus producere.* illa autem effigies dicitur quoque ἰδέα, non exemplar, sed forma. de illa pòst. Primam materiam ex professo explicat Plato in Timæo pag. 49. ubi ait; illam esse πάσης γενέσεως ὑποδοχὴν καὶ τιθήνην, id est, *omnis generationis receptaculum & nutricem*, vide de his plura in eodem Timæo l. cit. & quod ideo matri meritò assimilanda sit. sic enim infit: διὸ τὴν τοῦ γενονότος ὁρατοῦ καὶ παντὸς αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν, μήτε γῆν, μήτε ἀέρα, μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν, ἀλλ' ἀόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον πανδεχές. i. *quare matrem & receptaculum earum rerum, quæ genitæ & conspicabiles sunt,*

sunt, neque terram neque aerem neque ignem neque aquam dicimus neque ea, quæ ex his hæc extiterant, sed inconspicabilem quandam speciem figura carentem & omnium tamen capacem. Ergo materia quoque est commune omnium mutationum subjectum, dicente Platone loc. c. p. 50. eandem materiam manere variatis subinde formis, quod varia similitudine illustrat. & ideo non tantum ἀγέννητον, sed & ἀνώλεθρον. i. *exitii expertem* vocat. & sic materiam & receptaculum Plato in Timæo idem esse vult, teste *Aristotele* lib. 4. nat. Auscult. cap. 4. Materiam hanc primam vult Plato, πρὶν τὸ πᾶν διακοσμηθὲν γενέσθαι, omnia ἀλόγως καὶ ἀμέτρως continuisse. Sed in præparatione ejus concussione partium, quibus motus erat impressus, defluxisse gravia deorsum & Levia sursum. quemadmodum ex vannis & cribris in tritico expurgando densa, gravia & levia ab invicem separantur. vide *Plat.* in Timæo p. 53. *Formam* ergo corpora mundana receperunt, cum in ordinem ante confusa coirent. ut explicat *Laertius* in vita Platonis. hæc etiam Platoni ἰδέα vocatur in principio libr. de anima mundi & quidem distinctè ab illa ἰδέα,

quæ

quæ ſpeciatim παράδειγμα. 1. *exemplar* dicitur, licet ſubinde aliis vocabulis ad idem ſignificandum utatur, ut nos docet Laertius, in ejus vita, qui ſic: τήνγε ἐν ἰδέαν καὶ εἶδος ὀνομάζει καὶ γένος καὶ παράδειγμα, καὶ ἀρχὴν καὶ αἴτιον. 1. *Namque Ideam & ſpeciem nominat & genus & exemplar & initium & cauſam, Cic.* 1. Ac. Q. 33. & 1. Tuſc. 58. *Plato videtur Ideam & ſpeciem confundere.* Quod Idea ab exemplari diſtinguatur, diſcimus è citato loco. 1. De anima mundi, ubi, cum τῆς ἰδέας meminiſſet, addit: καὶ τὸ μὲν, εἶμεν ἀγείνατόν τε καὶ ἀκίνατον καὶ μένοντε καὶ τᾶς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γενωμένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐστί. 1. *eſſe præterea in hac naturæ univerſitate quiddam, quod maneat & intelligibile ſit rerum genitarum, quæ quidem in perpetuo quodam mutationum fluxu verſantur,. exemplar. Seneca* tn. è mente Platonis Ep. 58. m. εἶδος vocat illam, quam deſignamus, formam, eamque diſtinguit ab ideis tanquam cauſis & exemplaribus rerum formandarum. Sic ille: *Tertium genus eſt eorum, quæ proprie ſunt. Innumerabilia hæc ſunt. Sed extra noſtrum poſita conſpectum. Quæ ſunt interrogas? Propria Platonis ſupellex eſt. Ideas vocat,*

vocat, ex quibus omnia quæcunque videmus, fiunt & ad quas cuncta formantur. Hæ immortales immutabiles, inviolabiles sunt. Et posteà: Idea *Platoni est eorum, quæ natura fiunt, exemplar æternum. Quartum locum habet εἶδος; quid sit εἶδος attendas, oportet.* *Paulò ante pictoris Imagine utebar. Ille, cum reddere coloribus Virgilium vellet, ipsum intuebatur: Idea erat Virgilii facies futuri operis exemplar. Ex hac quod artifex trahit & operi suo imposuit, εἶδος est. Quid intersit, quæris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta & operi imposita.* Et notandum, illud, quod antè citavimus, πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα, illam ἰδέαν ut exemplar cœli fabricandi respexisse, aut quandam prius factæ materiæ formam cœlestium corporum ordini præexistentem. Hæc forma quatenus in materia naturam rerum causatur, etiam dicitur vis seu efficiens. sic de ea juxtà Platonem & Platonicos *Cicero* lib. 1. Acad. q. *de natura ita dicebant, ut eam dividerent in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se prabens ea, quæ efficeretur aliquid. In eo quod efficeret vim esse censebant: in eo autem quod efficeretur, materiam quandam. In utroque tamen utrum-*

trumque. Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. Sed quod ex utroque, id jam corpus. & eo respectu Plato, cum comparasset Materiam matri seu nutrici, hanc formam patri assimilat. sic in Tim. Locr. p. 94. τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρός. i. *forma rationem habet Maris & patris.* Id corpus Ciceroni dictum Platoni in lib. de anima mundi dicitur αἰσθητόν. i. *Sensibile.* Seneca citato l. *quintum genus est eorum, quæ communiter sunt. hæc incipiunt ad nos pertinere: hîc sunt omnia, homines, pecora, res,* εἰς ἓν συγκείμενα ἰδόντες ἐπωνομάσαμεν σῶμα. i. *in unum composita atque constituta conspicati appellamus corpus,* ut in Philebo ait *Plato* p. 29. & in Tim. Locr. τρίταν ὠσίαν i. *tertiam essentiam* fieri dicit, cum ait; τὰν ὕλαν δεξαμέναν τὰ ὁμοιόματα εἰς ἑαυτὰν καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν ἀποτελεῖν πάντα τὰ γεννάματα. i. *materiam effigies rerum in se suscipientem & veluti imprimentem hos fœtus producere.* ibidem τρίτα δὲ εἶναι, τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. i. *tertiam essentiam esse ea, quæ ex his, ut fœtus nascuntur.* & quod ante dixerat *sensibile,* posteà explicans ait; γνωρίζεσθαι, ut forma mente ac scientia, & materia

adul-

adulterina quadam ratiocinatione, hæc ἀπογεννάματα αἰσθήσει καὶ δόξῃ, 1. *cognosci fœtus sensu & opinione.* vid. *Platonem* in Timæo suo p. 31. hos fœtus in Sophista p. 266. τὰ πεφυκότα 1. *res naturales* appellat. & ibid. τὰ μὲν φύσει λεγόμενα, 1. *quæ naturæ vocabulo significantur:* καὶ τὴν φύσιν αὐτὰ γεννᾶν. 1. *& naturam hæc ipsa generare.* quæ sic tn. naturæ tribuit, ut τοῦ δημιουργοῦ. 1. *Dei* ministræ & famulæ. Jam de Idea sive exemplari. Τοιοῦτον γάρ τι, inquit Timæus lib. de anima mundi p. 94. sc. παράδειγμα τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι. 1. *Hujusmodi exemplar* 1. *quod manet & intelligibile sit, Ideam dici & mente comprehendi.* Sic Seneca suprà citatus; *Idea est eorum, quæ natura fiunt, exemplar æternum.* Interpretatur hæc amplius: *Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ habeo, ex quo capit aliquem habitum mens, quem operi suo componat. Ita quæ me docet & instituit facies, à qua petitur imitatio, Idea est. talia exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum: ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur.* de immutabilitate Ideæ præter Platonem l. c. etiam *Cicero* 1. Tusc. q. 58. *putat Plato id solum esse, quod semper tale est, qualem Ideam*

appellat ille, vid. & *Laertium* in ejus vita. & paſſim ap. Plat. in Parm. cauſas rerum ideo facit illas Ideas, tùm, ut habet *Theodoretus* lib. 2. de Cur. Gr. Aff. *quod ex Deo & cum Deo illæ ſint*, quodque, ut Plutarch. lib. 1. de pl. Ph. c. x. *In intellectu ac imaginatione Dei ſubſiſtant.* tùm, ut *Seneca* l. c. *Ex iis omnia, quæ videmus, fiunt & ad quas cuncta formantur*. tùm, quod teſte *Laertio* expreſsè cauſæ rerum dicantur. ſic n. ille: τὰς δὲ ἰδέας ὑφίσταται αἰτίας τινὰς καὶ ἀρχὰς τοῦ τοιαῦτα εἶναι τὰ φύσει συνεστῶτα, οἷάπερ ἐστὶν αὐτά: i. *Ideas cauſas quaſdam & principia ponit, ut hujuſmodi ſint, quæ natura conſiſtunt, qualia & ipſa ſunt.* eò pertinent ejus ſeq. αἴτιον δὲ τούτων ἐξ ἀνάγκης εἶναι. δεχόμενον γὰρ πως τὰς Ἰδέας γεννᾷν τὰς οὐσίας καὶ δι᾽ ἀνομοιότητα δυνάμεως κινεῖσθαι καὶ κινούμενον τὰ κινούμενα ἐξ αὐτῆς ἀντικινεῖν. i. *horum cauſam ex neceſſitate eſſe, quippe quæ receptis Ideis eſſentias gignat ac per potentiæ diſſimilitudinem moveatur, motuque ſuo, quæ moventur, ex ea in diverſum moveri.* Hæc Idea, cum ut cauſa rerum ſive mundi conſideratur in mente divina exiſtens & exemplar dicitur, eſt practica, præter quam etiam Plato theoreticas i. Species ſive formas de rebus cognoſcendis

dis

dis aut cognitis in mente cogitantis expressas exhibet, uti videre est apud *Laertium* in ejus vita, ubi vult eos, qui cuperent rerum initia colligere, ipsos primùm Ideas secundùm se ipsas destribuere. &c. ac præcipuè ipse *Plato* in Parmenide pag. 132. ubi contendit Ideas ita esse animi *notiones* & in animis nostris subsistere, ut tamen primò καθ' αὑτὰς in ipsa natura consistant. atque adeo illas notiones non aliter in animis nostris subsistere, quàm, quod sempiternis illis naturæ formis assimulentur, id est, non ut ὄντα esse in animis cogitantium, sed ut τῶν ὄντων ὁμοιώματα & εἰκόνας. & hactenus, ex ipsis rebus in natura ἀνυποςάτοις constare μέτεξιν animi nostri notionibus. Nam ita ille ibidem: τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑςάναι ἐν τῇ φύσει. τὰ δὲ ἄλλα, τούτοις ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα. καὶ ἡ μέτεξις αὐτὴ τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τὶς ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς. 1. *Has species veluti exemplaria quædam in natura constare: alias verò res his assimulari & similitudine quadam effictas esse, tanquam imagines atque simulacra: ut quidem aliæ hæ res non alio quopiam modo cum sempiternis illis naturæ formis communicent, quàm quod illis*

assimulentur sive eas quodammodo repræsentent. At hæc de illis.

CAPUT XVII.

E materia prima constare elementa. *ea esse quatuor Platoni. quinque esse corpora, unde animalia constent. de mixtione* elementorum *& compositione. quid de* terra *affirmat. ut illa &* ignis *primum mixta. & quod eorum* vinculum. *triplex* ἀναλογίας *species. ut* proportio *observata in* elementorum *mixtione. figuræ* elementorum. terra *elementum immutabile.* elementorum *qualitates & attributa. Loca* elementorum. *nihil* vacui *in mundo.*

MAteriam primam non esse elementa, δι᾽ ἐναντιώσεως ostendit Philosophus, neque ea esse prima rerum initia, in Timæo suo p. 49. Illam autem conversam esse in elementa, quæ ideo differre voluit à principiis, teste *Plutarcho* lib. 1. de pl. Phil. c. 2. quatuor numerat Philosophus elementa è materia constantia. Sic *Laertius* in vita Plat. τραπέσθαι δὲ, inquit, τὴν οὐσίαν ταύτην εἰς τέτταρα στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. *i. Hujusmodi essentiam scilicet materiam in quatuor elementa conversam, ignem, aquam, aerem, terram. Cicero* I. Acad. q. addit quintum à reliquis diversissimum. *ita ut aer, ignis, aqua & terra prima sint, ex iis autem ortæ animantium formæ earumque rerum,*

rerum, quæ gignuntur è terra. ergo, inquit, *initia, ut è Græco vertam, elementa dicuntur. Quintum genus, è quo eſſent aſtra menteſque ſingulares eorum quatuor.* licet *Laertius* velit è mente Philoſophi, mundum (quo & aſtra continentur) & quæ in eo ſunt, è dictis elementis quatuor conſtare. & ad diſtinctionem reliquorum addit, μόνην τὴν γῆν ἀμετάβολον εἶναι, 1. *Solam terram immutabilem eſſe.* Ipſe Plato in Epinomide p. 981. quinque ponit corpora, ignem & aquam & aerem & terram & ætherem, è quibus animalia conſtant. De generatione & mixtione elementorum *Plato* in Timæo ſuo p. 53. ſic loquitur: ὅτε δ' ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν πῦρ πρῶτον καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὐτῶν ἄττα παντάπασι μὴν διακείμενα ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν, ὅταν ἀπῇ τινὸς θεός. 1. *Cum autem componendi univerſi variabantur primordia ſcilicet à Deo, ignem primum terram & aerem & aquam facit, quæ quidem ipſorum propria quædam haberent veſtigia, ita tamen affecta & comparata, ut veriſimile ſit, illa eſſe, in quibus abeſt Deus.* dixerat enim ante materiæ confuſæ motum eſſe inditum & primò, antequam elementa inde fierent, in ſuis locis diſtincta per omnia ſe

habuisse ἀλόγως & ἀμέτρως. i. *temerariè & confuse*, & ideo in Timæo Locr. p. 97. materiæ & formæ ἀπογεννάματα esse γᾶν τε καὶ ὕδωρ ἀέρα τε καὶ πῦρ. i. *terram, aquam aerem & ignem*. & ita elementa comprehenduntur sub illo, quod dicitur αἰσθητόν. i. *sensibile*. quod autem simul producta sint è materia dicta elementa, hoc quoque ibidem docet: οὐδέποκα ὕδωρ ἐγεννάθη δίχα γᾶς, οὐδὲ μάντοι ἀὴρ χωρὶς ὑγρῶ, πῦρ τε ἔρημον ὑγρῶ καὶ ὕλας, ἃς ἐξάπτοι, οὐκ ἂν διαμένοι. i, *neque enim aqua nata est sine terra, neque enim aer sine humido, ignis autem humido veluti materia, qua inflammetur, destitutus haud quaquam possit consistere*. ergo vult concludere, quod, cum terra mista reliqua elementa sint facta, etiam ὡς ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρεισθαι ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς ῥοπᾶς i. *omnium aliorum radix & fundamentum terra eodem firmata sit momento*, & eodem libr. de anima mundi p. 98. dicit terram esse elementum gravissimum & difficulter mobile & hujusmodi, ut in aliud corpus transmutari nullo modo possit. quod nullam habeat cum ullo triangulorum genere communitatem. μόνα γὰρ, inquit, γᾶ ἀΐδιον στοιχεῖον ἀμιτετράγωνον. τοῦτο δὲ στοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐστὶ, πυρὸς, ἀέρος, ὕδα-

ὕδατος. I. *Solum enim terra proprium & peculiare habet elementum ſemiquadrangulum.* de elementorum conjunctione Plato agit in Timæo p. 31. & ſequent. ubi, ὅθεν ἐκ πυρὸς, inquit, καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ Θεὸς ἐποίει. I. *quam ob rem mundum efficere moliens Deus terram primum ignemque jungebat.* ſed medio intercedente: δύο δὲ μόνα συνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν. I. *fieri enim non poteſt, ut duo cohæreant ſine tertio.* & tale vult his vinculum fuiſſe, quod inter duo medium concinnè ea jungat; & id aptiſſimum & pulcerrimum eſſe, quod ex ſe atque de his, quæ adſtringit, quàm maximè unum efficit. dicit autem illam conjunctionem optimè fieri per ἀναλογίαν ſive proportionem, ita ut prima mundi fulcra ſint ignis & terra ſive primaria mundi ſemina. Dicitque tres ad minimum terminos dari debere in illa proportione, quæ ex omnibus rationibus mutuo collatis unum quid componant ex ipſis atque ſic duo neceſſariò fieri, ut illa inter ſe copulata eadem & unum ſint. tres analogiæ ſpecies ibidem quoque enumerat ἀριθμοὺς, I. *Arithmeticam,* in omnibus terminis: ὄγκους, I. *Geometricam,* in ſolidis: & δυνάμεις,
 I. *Mu-*

1. *Musicam.* Quarum Geometrica proportio verè eſt proportio. cum cæteræ potius μεσότητες dicantur, Et ad unitatem mundi repræſentandam Geometrica feratur commodior cæteris. Dicit autem Philoſophus in ea proportione medium ſe habere ad poſtremum, ut primum ad medium: Et rurſum, ut poſtremum cum medio, ita medium cum primo congruere; ita ut, quod medium, & primum fiat & poſtremum, 1 de utroque participet, & poſtremum & primum de medio. Et in eodem Timæo, quod cogat neceſſitas, ut omnia, quæ ſic devincta fuerunt, eadem inter ſe ſint. Eadem autem cum facta ſint, efficitur, ut omnia ſint unum: additque, ſi mundus tantum eſſet latus, unum medium hic ſuffecturum; ſed cum & profunditatem habeat, duobus mediis copulantibus opus eſſe. Apud *Laërtium*: αἱ γὰρ τῶν στερεῶν δυνάμεις δύο μεσότησιν ἀναλογοῦσιν, ὡς ἓν γενέσθαι τὸ πᾶν. 1. *Namque ſolidorum vis duobus maximè mediis proportionem ſumit, ut unum fiat hoc totum.* quomodo autem obſervata ſit proportio, ſic ipſe docet in Timæo. l. c. οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ ἀέρα τε ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς καὶ πρὸς ἄλληλα, καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν

ἀνὰ

ἀνὰ τ̃ αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ τι πῦρ πρὸς ἀέρα, τῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ. καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν. i. *ut inter ignem & terram Deus aquam aeremque collocaret eaque inter ſe invicem, quoad fieri poterat, compararet & proportione conjungeret. Vt quemadmodum ignis ad aerem, ita aer ad aquam: ut aer ad aquam, ita aqua ad terram.* Poſteà addit, quod pulcerrima hæc corpora facta ſint, diſſimilia ſcipſis, ex quibus tn. mutuò quædam naſcantur exitio ac diſſolutioni obnoxia. concludit autem: τύτυ γὰρ τυχόντες, ἔχοιμεν τ̃ ἀλήθειαν γενέσεως περὶ γῆς καὶ πυρὸς τῶντε ἀνὰ λόγον ἐν μέσῳ. i. *Hoc enim conſecuti veram certamque doctrinam habuerimus de creatione terræ & ignis & eorum quæ inter illa proportione ſunt interjecta.* figuras elementorum per triangulorum & corporum regularium proport. explicare nititur Plato in ſuo Timæo p. 53. & lib. de anima mundi p. 96. *Laertius* στοιχεῖα, inquit, ἐκ τ̃ τριγώνων εἶναι συντιθεμένων καὶ διαλύεσθαι εἰς ταῦτα, εἶναι δὲ τό, τε προμήκες τρίγωνον καὶ τὸ ἰσοσκελές. i. *Elementa ex triangulis conſtare compoſitis atque in ipſos diſſolvi. eſſe autem porrectum triangulum & æqualaterum.* addit: τ̃ δὲ γῆς ἴδιον εἶναι σχῆμα, i. *terræ v.*

propriam esse figuram. quoad corpora regularia, sic exhibet quæ seq. πυρὸς μὲν γὰρ εἶναι στοιχεῖον πυραμίδα, ἀέρος τὸ ὀκτάεδρον, ὕδατος τὸ εἰκοσάεδρον, γῆς δὲ κύβον. 1. *Ignis enim elementum esse pyramidem; aeris autem octaëdron, aquæ eicosaëdron, terræ autem cubum.* & ideo de terra affirmat, quod neque in ista mutetur, neque in terram illa convertantur. hic congruunt, quæ in lib. de anima mundi l. c. leguntur. ubi: βαρύτατόν τε καὶ δυσκίνατον ἁ γᾶ ἀμετάβλητόν τε σῶμα εἰς ἄλλα, διὰ τὸ ἀκοινώνευτον εἶμεν τῶ ἄλλω γένεος τῷ τριγώνῳ. μόνα γὰρ γᾶ ἀΐδιον στοιχεῖον ἀμιτετράγωνον. τοῦτο δ' στοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐστὶ, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος. 1. *terra elementum est & gravissimum & difficulter mobile: hujusmodi quidem certò, ut in aliud corpus transmutari nullo modo possit. quod nullam habeat cum illo triangulorum genere communitatem. Solum v. terra proprium & peculiare habet elementum semiquadrangulum. hoc porrò elementum est aliorum corporum ignis, aeris, aquæ.* vide in seq. plura quoad qualitates proprias elementorum & attributa. sequentia determinavit philosophus in *Timæo* p. 56. ubi, ut ante, terræ, propter cubum tribuit firmitatem, aquæ naturam

turam ad movendum difficillimam: igni vim aptissimam, aeri intermediam, & minimum corpus igni, maximum aquæ, medium aeri: acutissimum igni, secundum aeri, tertium aquæ. *Cicero* lib. I. Ac. Q. *Ex elementis aer & ignis movendi vim habent & efficiendi: reliquæ partes accipiendi & quasi patiendi, aquam dico & terram.* & ipse Timæus lib. de anima mundi l. c. πῦρ μὲν ὢν διὰ τὰν λεπτομερίαν διὰ πάντων ἧκεν. I. *ignis igitur ob partium tenuitatem per omnia penetrat.* De aere: ἀήρ τε διὰ τῶν ἄλλων ἔξω πυρός. I. *Et aer per alia elementa excepto igne.* De aqua: ὕδωρ δὲ διὰ τᾶς γᾶς I. *aqua autem per terram.* & aerem igni tenuitate proximum esse vult in Timæo p. 58. Et quid æther: ἔστι, inquit, τὸ εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος. I. *aeris limpissima sanctissimaque pars æther nuncupatur.* addit: ὁ δὲ θολερώτατος, ὁμίχλη καὶ σκότος. I. *turbidissima v. caligo & tenebræ*: aquam in seq. dicit partim humidam, partim liquidam. Humidum vult habere cognationem cum aqua: τὸ ὑγρὸν, inquit, διὰ τὸ μετέχον εἶναι τῶν γενῶν τοῦ ὕδατος. &: κινητὸν αὐτό τε καθ' αὑτὸ καὶ ὑπ' ἄλλου διὰ τὴν ἀνωμαλότητα καὶ τὴν τοῦ σχήματος ἰδέαν. I. *mobile ipsum*

ipsum per se & ab alio propter inaequalitatem, & figurae formam. ratione locorum, ut se habeant elementa, sic tradit *Laertius* in vit. Plat. οὐ διακεκρίσθαι δ' εἰς τοὺς οἰκείους τόπους ἕκαστον, ὅτι ἡ περιφορὰ σφίγγουσα καὶ πρὸς τὸ μέσον συνάγουσα συγκρίνει τὰ μικρά. τὰ δὲ, διακρίνει τὰ μεγάλα. διόπερ τὰ εἴδη μεταβάλλοντα, καὶ τοὺς τόπους μεταβάλλειν. i. *Non autem suis locis discreta esse singula, quod circumferentia constringens & ad medium cogens parva haec componit, eaque, quae sunt majorum, discernit, atque ideo cum species mutant & loca mutare.* Sic tn. putat elementa haec dicta omnia loca occupare, ut nihil sit *vacui*, lib. de anima mundi p. 98. ubi ἅπαντα δὲ ὢν πλήρη ἐστὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα. i. *omnia igitur plena sunt nec vacui quicquam relinquunt.* & in Timaeo p. 60. κενὸν δ' ὑπῆρχεν αὐτῶν οὐδεὶ. i. *vacuum nullum est, scilicet inter corpora.* v. & *Plutarchum* lib. 2. de pl. Phil. c. 9.

CAP. XVIII.

Ex elementis mundus *factus Platoni, & quomodo? à quo elemento creatio* mundi *cœpit. ut Deus in* mundi *creatione* naturam, *ut συναίτιον adhibuit. animalium & hominum* creatio *ut ad* imaginem *facta. quæ in cœlo τάξιν per creationem acceperunt.* Mundus *ut* unus, unigenitus, animatus, globosus perfectus. *Anima* mundi *quæ? quæ* natura. *an concausa? quid faciat animus* mundi? *συμμετρία. συμπάθεια, ἁρμονία,* quid *ταὐτὸ* & *θάτερον. animi ἐντελέχεια: mundum esse animal.* mundus *intelligibilis & exemplar quæ Platoni continent.* mundum *proprio motu ferri.*

EX his elementis vult Plato mundum esse factum. Ait enim in Timæo p. 32. τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις. ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστὰς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς, οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων. i. *earum quatuor rerum unum totum quodcunque est, accepit mundi constitutio. Ex igne enim omni & aqua & aere & terra constituit eum scilicet mundum opifex, nullam cujusquam partem, neque ullam potestatem extra relinquens.* & *Laertius* ex ejus mente: ἱστάναι δὲ τὸν κόσμον ἐκ πυρὸς ὕδατος, ἀέρος, γῆς. ἐκ πυρὸς μὲν, ὅπως ὁρατὸς ᾖ: ἐκ γῆς δὲ, ὅπως στερεός: ἐκ ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος, ὅπως ἀνάλογος. i. *Constare*

ſtare mundum ex igne, aqua, aere, & terra, ex igne quidem, ut viſibilis ſit, ex terra, ut ſolidus. Ex aqua & aere, ut proportione non vacet. Ἐξ ἁπάντων δὲ, inquit, ἵνα τέλει☉, καὶ ἄφθαρτ☉ ᾖ. i. *ex omnibus, ut perfectus atque incorruptibilis ſit.* vide his ſimilia, quæ habet in Timæo ſuo p. 32. antequam ex elementis mundus conſtrueretur, συνάγεται, inquit, τᾷ ἐπιφορᾷ τῶ παντὸς καὶ ἐρεισμένα, τρίβεται μὲν ἀμοιβαδὸν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενεσίας καὶ φθορὰς ἀποδίδωτι. i. *rapido illo univerſi motu circûmaguntur ſcilicet elementa & firmata teruntur quidem viciſſim. Indeſinentem v. alterationem ad ortus & interitus perficiunt.* Hæc lege in lib. de anima mundi p. 98. f. quomodo hoc certa elementorum proportione ſit factum, vide l. cit in Timæo p. 32. à quo elemento Deus opificium mundi ſit exorſus juxtà Platonis ſententiam, etiam tradit *Plutarchus* lib. 2. de pl. Phil. c. 6. ubi: *Plato ait, viſibilem mundum factum ad exemplum ejus, qui in mente fuit. ejus viſibilis mundi tempore partem extitiſſe animam, pòſt corporea, quæ primo ex igni & terra, poſteriori loco ex aere & aqua coaluerint.* lege eam ejus ſententiam in Timæo p. 31. *Cicero* lib. 1. Ac. Q. *Et cum ita movea-*

moveatur vis illa, quam qualitatem eſſe diximus & cum ſic ultrò citroque verſetur: & materiam ipſam totam commutari putant & ita effici, quæ appellant (1. elementaria corpora) *qualia: è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus ſuis partibus effectum eſſe mundum.* & ita hoc, quod dicit 4 Acad. q. 118. *Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet à Deo,* intelligendum eſt de principio ſive materia remota mundi. elementorum opera & miniſterio Deum eſſe uſum in mundi conſtructione, vult *Timæus locrus* lib. de anima mundi p. 98 & ſeq. τούτοις δʼ, inquit, ποτιχρεώμενος ὁ Θεὸς τόνδε τὸν κόσμον κατεσκεύαξεν. & ipſe corporum creandorum poteſtatem, ut συναιτίῳ & Opificis miniſtræ, naturæ tribuit. diſtinctiùs, quam Plato, qui etiam θεῶν illorum γεννητῶν in Timæo ſuo præſertim pag. 41. mentionem facit. Licet Timæus l. c. animalium & hominum creationem κατὰ τὰν εἰκόνα. 1. *ad imaginem*, factam ſoli Deo immediatè vindicet. vide ibid. p. 99. integrum mundum eſſe factum à Deo ut ab artifice materiam elaborante, quod cenſuit Plato, ſuprà traditum eſt. v. præterea *Senecam* Ep. 65. & *Theodoret.* lib. 4.

de

de cur. Gr. Aff. Et *Hieronymum* Comment. lib. 1. in Danielem c. 1. & quæ *Laertius* in Plat. habet, ἐπεὶ δὲ ἤρξατο συνιστάναι ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμμέτρως καὶ τεταγμένως γενέσθαι. & de οὐρανοποιΐας consimiliter: ubi dicit caussas cœli primò fuisse obscuras & incompositas, sed eas demum perfecto mundo accepisse τάξιν i. *ordinem.* v. in Epinom. Plat. p. 983. Timæus lib. de anim. p. 94. mundum vocat ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικὸν καὶ σφαιροειδὲς σῶμα. i. *Unum, unigenitum, perfectum anima & ratione præditum & globoso corpore.* Quod unus mundus sit factus, etiam *Laertius* dicit esse Platonis sententiam in ejus vita: κόσμον τε εἶναι ἕνα γεννητὸν, ἐπειδὴ καὶ αἰσθητός ἐστιν ὑπὸ θεοῦ κατεσκευασμένος. i. *mundum unum esse genitum, nam & sensibilis est à Deo conditus.* Plato in Timæo p. 31. λέγειν οὖν ὀρθότερον, ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. i. *rectius ergo est dicere, unum esse, siquidem factus est ad exemplar.* rationem reddit: τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῶα μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη. i. *quod enim omnia animalia, qua intelliguntur complectitur, id non potest cum altero esse secundum.* & posteà

dici-

dicitur εἷς ὅδε μονογενὴς ἐρανὸς γεγονώς. vide etiam *Plutarchum* lib. 1. de pl. Ph. c. 5. ubi recenset tres ejus sententiæ rationes: scilicet quod aliàs perfectus mundus non esset, si non contineret omnia: quod non similis exemplari, si non unigenitus: & quod non in sempiternum duraturus, si quid extra ipsum extaret. quæ sententia ejus & rationes legi possunt in Timæo p. 31. Sed sciendum, ubi dicit mundum μονογενῆ, intelligi, illum necessario à Deo productum esse, quod ipse opinatus est, ut videri potest in Timæo p. 34. ubi fœtus Dei dicitur mundus, & p. 48. ubi: μεμιγμένη γὰρ ἐν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη. 1. *mixta est hæc mundi creatio, ex necessitatis nimirum & intelligentiæ conjunctione mundus est genitus.* Exponit deinceps latiùs, quomodo illud velit intellectum: νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος, τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. 1. *Cum igitur mens intelligentiaque opificis necessitate quam superior illi imponeret, eamque parere cogeret, ut res quam plurima nascerentur & ad optimum*

ſtatum adducerentur: in hunc omnino modum neceſſitate ſapienti mentis illius imperio cedente, initio conſtitutum eſt hoc univerſum. Mundum eſſe perfectum præter ea, quæ Laertius habet, teſtatur *Timæus* L. lib. de anima mundi p. 95. ubi: τέλειος δ' ἀεὶ κατ' αἰσθητά ἐστιν, ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο περιέχον πάντα τὰ νοατά (alii legunt αἰσθητὰ) ζῶα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν παντελής, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. 1. *Perfectus v. ſemper eſt mundus, rerum ſenſibilium comparatione: quoniam & exemplar illud quod & omnia animalia intelligibilia in ſeipſo complectitur, nihil extra reliquit aliud: hoc v. exemplar intelligibilium perfectus eſt terminus, quemadmodum hic mundus ſenſibilium.* in ſeq. amplius hoc probat, cum dicit, è perfectis eum conſtare corporibus, quæ tota in ipſo exiſtunt, ut nulla quidem pars extra ipſum relicta ſit; ut ſit univerſi corpus abſolutiſſimum: ut in ipſo nihil deſiderari poſſit, (ubi: ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ παντὸς σῶμα) ut interitui nullo modo obnoxium, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν, quod eſt ad verbum, *extra omnem lethi noxam.* ſic tamen, ut velit eum λαμβάνοντα ἀθανασίαν ἐπισκευαστὴν παρὰ τῶ δημιουργῶ. 1. *Immorta-*

mortalitatem ab opifice adscititiam precariò accipere, in Politico p. 270. lib. de anima mundi p. 94. διαμένει ἄρα τοιόσδε ὢν ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος κράτιστος τῶν γεννητῶν. 1. *permanet igitur mundus constanter talis, qualis est creatus à Deo ab omni corruptione liber & interitu, & beatus optimus rerum omnium genitarum.* 1. mundum in se non esse incorruptibilem, sed tantum non corrumpendum Dei beneficio, vel ut *Plutarchus* lib. 2. de pl. Phil. c. 4. *non periturum providentia eum & Deo continente.* vid. & *Lactantium* lib. 2. de origine erroris cap. 10. f. figuræ *sphæricæ* esse mundum, voluit Philosophus, uti *Laertius* in ejus vita testatur, ubi; σφαιροειδῆ δὲ, inquit, διὰ τὸ καὶ τὸν γεννήσαντα τοιοῦτον ἔχειν σχῆμα. 1. *esse autem ad sphæræ similitudinem rotundum, quod conditoris ea quoque figura sit.* Ipse *Plato* in Timæo pag. 33. διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον καὶ κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτῷ ἑαυτῷ σχημάτων: 1. *quare globosus mundus est factus, cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur, idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius.* Mundum quoque vocat Deum lo-

cit. δηλȣ́μενος ἄριστον γέννημα ποιεῖν τȣ̃τον ἐποίει θεὸν γεννητόν. i. *cum se Deus vellet pulcerrimum fœtum producere, hunc effecit Deum genitum.* Et in Timæo p. 34. διὰ πάντα δὲ ταῦτα εὐδαίμονα Θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο i. *Propter hæc omnia Deus hunc beatè perfectum Deum procreavit.* Ideo animam quoque ipsi tribuit. sic *Laertius* in ejus vita: ἔμψυχόν τε εἶναι κόσμον, διὰ τὸ κρεῖττον εἶναι τȣ̃ ἀψύχȣ τὸ ἔμψυχον. i. *Et animatum esse mundum, quod præstantius sit, quod animatum est, quàm quod caret anima:* v. *Cicero* lib. I. Ac. Q. & *Augustin.* lib. x. de civit. Dei cap. 30. & *Macrob.* lib. 2. in somn. Scip. cap. 2. Philosophus in Timæo p. 34, motibus corporum cœlestium præsidere animam existimat, cujus γένεσιν ibidem quoque describit. sic ille: ȣ̃τος δὴ πᾶς ὄντως ἀεὶ λογισμὸς Θεȣ̃ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον Θεὸν λογισθεὶς, λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῆ τε ἐκ μέσȣ ἴσον. quæ verba ad mundum spectant. deinde ait: ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτȣ̃ θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξω τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον ȣ̓ρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε. i. *Animum autem, ut in medio ejus collocavit, ita per totum tetendit. Deinde eum circumdedit corpore & vestivit ex-*

trin-

trinsecus cœloque solivago & volubili & in orbem incitato complexus est: scilicet quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset nec desideraret alteram. Ideo, ait, ευδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο scilicet mundum. de animo in seq. τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ Θεὸς νεωτέραν. 1. *sed animum haud ita, ut modò locuti sumus, molitus est posteriorem & juniorem.* id est, animum universi corpore priorem. vid. & *Timæum* lib. de anima mundi p. 95. nam in seq. sic illud explicat. Ὁ δὲ sc. Θεὸς καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσμότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο. 1. *Deus autem & ortu & virtute antiquorum genuit mundi animum, eumque ut dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.* hæc fere mens omnia hactenus de animo dicta tuetur: Dei scilicet consilium fuisse, naturam perfectam formare, quam excellentissima virtute circumdaret exornaretque, ita, ut, Quemadmodum & ipse Divina sua virtute creasset naturam, ita & ipsa natura velut Dea quædam creatum illum ordinem atque potestati suæ relictum efficax gubernaret. distinguens naturam, quam

& impropriè aliquando Deum vocat, à δημιεργῷ sive Opifice Philosophus, ut in Philebo p. 28 legere est non uno loco. nec separat naturam à Dei imperio, aut æternam simpliciter constituit, sed naturæ vim mirabilem & constantem agnoscit, cujus mutu & arbitrio res singulares quotidie procreentur; ita, ut inter omnes mutationes ipsa immobilis maneat. nequaquam, inquam, eam naturam è rerum creatarum numero eximit; sed toties inculcat, eam esse à Deo factam & ejus esse ministram, nec non causam propriè, sed συναίτιον, Neque veram ei Divinitatem, sed 'ἐπισκευαςὴν in Politico tribuit. quæ mens ejus è vocibus subinde, γεννησομένε θεῦ, γεννητῦ, λυτῦ, νεωτέρε & oppositis, τῦ ἀεὶ, ἀυτοαεὶ θεῦ &c. additis patescit, & ipse Timæus in autographo Deum formæ & materiæ principium naturæ authorem vocat. Et sciendum, quod voce *animi* istius universitatis ἀναλογίαν & ξυμμετρίαν intelligat, quæ suis distincta causis non tantum grandem hanc mirabilemque mundi molem sustinet; sed etiam res singulas efficaciter gubernat. & ideo conjunctus corpori animus in medio universi ita est, ut ipsius

vis

vis undequaque æqualiter diffundatur per omnes ὁλομερείας αὐταρκέστατος nulla alia egens compage, ne quicquam desit, sed omnes particulæ sufficienter illius ξυμμετρίας vires sentiant. atque circum ipsam tanquam centrum moveri voluit mundi molem ab ipsa motum & vitam accipientem. nam dicit: ψυχὴν διὰ παντὸς ἔκτεινε, θεὶς εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ sc. κόσμου & ipse *Timæus* p. 95. τὰν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπάγαγεν ἔξω: i. *animam mundi in medio ipsius indidit Deus & extra eduxit.* & præterea putat, animum illum mole corporea conspicabili tanquam vestimenti texisse Deum, ut constaret inde prodiisse, illud mundi suppositum, quod & ex animo & corpore constaret, animal merito dici posse. & deinde tantum esse illius animæ vim, ut, quemadmodum animal anima & corpore bene conspirantibus conservatur, sic quoque animæ & partium mundi amicitiâ sive συμμετρίας συμπαθείᾳ totus mundus conservetur. quomodo autem mundi anima (i. naturæ ordo) mundo sit juncta & cum eo composita, *Timæus* Locr l. c. p. 95 sic tradit: περικαλύψας αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ scil. ψυχᾷ, κρᾶμα αὐτὰν κεκραμένος ἐκ τε τᾶς ἀμε-

ἀμερίστου μορφᾶς καὶ τᾶς μεριστᾶς οὐσίας. ὡς ἓν κρᾶμα ἐκ δύο τούτεων εἶμεν, ᾧ ποτέμιξε δύο δυνάμεις, ἀρχὰς κινασίων τὰς τῶ ἑτέρω. i. *Ipsum universum ipsa scilicet anima contexit certo quodam temperamento temperatum, ex forma scilicet individua & ex dividua essentia, ut unum quoddam temperamentum ex his duobus existat. cui duas potentias immiscuit motuum principia, ejusdem scilicet & alterius.* addit: ἃ καὶ δύσμικτος ἔασσα, οὐκ ἐκ τῶ ῥάστω συνεκίρνατο. i. *quæ quidem anima cum difficulter suscipiat mixtionem, neque facilè etiam ad hujus temperamenti formulam coaluit.* Vide etiam de his Platonem ipsum in Timæo pag. 35. Ubi quoque tres οὐσίας ponit, individuam, dividuam & tertiam essentiam, i. ἀμέριστον, μεριστὴν, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν οὐσίας εἶδος. Individuum vocat essentiam Divinam & intelligibilem, & manentem: Dividuam v corpoream & dissolubilem. Illam ταὐτὸ, id est *idem*, hanc θάτερον. i. *alterum*, vocat. tertiam substantiam ex utraque nascentem ἁρμονίαν appell. cujus habitudo ipsi est noster animus, qui ex utraque natura in medio misceri dicitur. & medium quoddam est quod propter duplicis naturæ consensum quasi ex ταυτοῦ & θατέρου, proportione com-

componitur. cum in animo sit vis intelligibilis & Divina, quæ ad ταυτὸ pertinet, & ζωτικὴ & sensibilis, quæ cum corpore συμπάσχει, quæque est & dividuæ substantiæ & θατέρου, ac proinde mortalis. & inde existit illa ἁρμονία sive σύγκρασις animi, non, quod ibi fiat compositio, sed quod diversorum motuum ἐνέργειαι manifesto partium consensu coalescant; ex duobus igitur contrariis principiis ταυτοῦ καὶ θατέρου. 1. individuæ & dividuæ substantiæ animum compositum esse ait; eundem v. tertium quiddam medium ceu unicum & simplicissimum esse animum duabus illis naturis constantem, quarum altera intelligibilis & immortalis, altera sensualis, corporea & mortalis. Ergo in hac ψυχογονίᾳ Philosophus τὸ τρίτον connexionem notat vinculumque deviciendis duabus illis naturis, ἐντελέχειαν scilicet animi, qui in illa individuæ & dividuæ naturæ συγκράσει unus existit. Deinde Philosophus per symbola quædam è numeris petita, hæc in seq. latius & explicat & illustrat, non, quod velit animum illis numeris constare; sed quod illorum rationes apprimè congruant animi naturæ, quæ inter sensibilia & intel-

intelligibilia media eſt, repræſentandæ. ταυτοῦ autem & θατέρου articulis illam harmoniam conſtare, docet Plato in Timæo ſuo à pag. 35. ad 37. ut ex Muſicorum vel Arithmeticorum numerorum harmonia naturæ concentus intelligatur. quæ ſingula hic ſtudio brevitatis non exequar. vide citato loco Philoſophum. & *Macrobium* in ſomn. Scip. lib. 2. cap. 2. m. ubi inter alia de hoc Plat. inſtituto; *Timæus igitur Platonis in fabricanda mundi anima conſilium Divinitatis enuncians ait, illam per hos numeros fuiſſe contextam, qui & à pari & ab impari cubum. 1. perfectionem ſoliditatis efficiunt: non quia aliquid ſignificaret, illam habere corporeum, ſed ut poſſit univerſitatem animando penetrare & mundi ſolidum corpus implere, per numeros ſoliditatis effecta eſt.* Præterea informari ab anima mundum atque ideo *animal* eſſe non uno loco Philoſophus aſſerit, nominatim in Timæo p. 30. δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν. 1. *dicere oportet hunc mundum animal eſſe idque intelligens & Divina quadam providentia genitum atque conſtitutum.* & p. 63. πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο,

ςήσατο, ζῶον ἓν, ζῶα ἔχον ἅπαντα ἐν αὐτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε. 1. *Hæc omnia primum ordinem composuit. deinde ex his hoc universum constituit, animal videlicet unum, quod omnia in se animantia complecteretur & mortalia & immortalia.* & perfectum animal vocat p. 32. ubi: Ἵνα ὅλον ὅτι μάλιςα ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη. 1. *ut totum hoc maximè animal perfectum posſit ex partibus perfectis esse perfectum.* idem l. cit. dicit mundum hunc conspicabilem esse factum ad exemplar ejusdem mundi νοητȢ cujus æternam statuit & firmam naturam. & ideo mundum hunc quoque esse stabilem & constantem atque intelligibilem omnia intelligibilia animalia complecti, ut hic conspicabilis omnia sensibilia. Intelligibilem mundum vocat παράδειγμα sive νοητὴν εἰκόνα, qui aliàs dicitur κόσμος ἰδανικὸς, νοητὸς, αὐτοζῶον, παντελὲς ζῶον. & intelligit æternum exemplar sive imaginem in mente Divina, quatenus delineata est à Dei idea ad futuri molitionem operis. Illud exemplar reverâ existere, putabat Plato, & intelligibiles formas complecti à materia semotas; ita ut, cum conspicabilis hic mundus omnes res corporeas & sensibiles con-

continet, etiam ille omnes νοητὰς, è quarum vi hæ corporeæ dependeant. sic νοητὰς à materia abstractas & in mente Divina ἀειγενεῖς, ἀνυποστάτυς, ἀμεθέκτυς, ἀΰλυς subsistere & sensibilium causas esse. i. *Exemplares*, ibidem docet. vide etiam pag. 49. Cum tn. Deus ipsi sit, uti suprà, prima rerum causa, non tantum rerum sensibilium; sed quoque illius exemplaris, cui illæ factæ respondent. Et, ut rectè mentem Platonis explicem, dico; quod ille velit, mundum intelligibilem αὐτοζῶον continere omnia animalia νοητά. i. formas animalium, non ut causam; sed ut totum suas partes, quemadmodum l.c. innuere videtur. Præterea mundū dicit esse animal conspicabile, ζῶον ἓν ὁρατὸν πανθ' ὅσα κτ' φύσιν αὐτῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτῦ. i. *in quo omnia animalia juxtà naturam ejus cognata continerentur*. Vult præterea mundum ut animal proprio motu reflectere. sic ille in Politico p.269. τὸ δὲ sc. πᾶν, πάλιν αὐτόματον εἰς τἀναντία περιάγεσθαι ζῶον ὄν. i. *Mundus v. proprio ac libero motu contra reflectitur animal existens*. & in Timæo p. 34. ὐρανὸς ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ scilicet σῶμα. ubi notandum, quod Philosophus cœlum pro mundo sumat. & alibi

alibi quoque, nominatim p. 23. Tim. & utrumque per πᾶν exprimat. Et cum in priore loco dicat Φρόνησιν εἰληχὸς ἐκ τοῦ συναρμόζαντος αὐτὸ κατ' ἀρχάς. 1. quod *Sapientiam ab eo, qui ab initio ipsum constituit ordine, sit consecutus*; Putavit mundum moveri per animam, quod posteriore loco asserit & antè ostensum à nobis.

Cap. XIX.

Cœli *author Deus. illius Divinitas.* Planetæ *Dii. mens* cœli. *id aspectabile. lux ejus & motus, cujus Deum authorem facit.* motus *varius.* Planetarum *error.* terræ *quies.* Planetarum *ordo. Spiræ eorum. & orbes.* necessitas. tempus. *ejus species & partes,* nox, dies, annus, mensis.

INter partes mundi præcipuæ sunt cœlestia corpora, ut habet *Timæus* de anima m. p. 46. prius de cœlo: deinceps de iis corporibus, quæ illo continentur: cœli descriptionem vid. apud *Platonem* in Timæo p. 40. Ejus authorem esse Deum suprà è mente Platonis docuimus & testatur *Laertius* in vita ejus, & constat amplius ex ejus Epinomide p. 983. ostenditq; ex ipso *Theodoretus* lib. 4. de cur. Gr. Aff. *Divinitatem* tamen ei adscribit Philosophus in Epinomide p. 977. & nulli creaturæ, sed Deo simile illud esse, asserit a-

pud

pud *Laertium*, l. c. ubi Planetas quoque Deos esse arbitratur. v. Et *Theodoret.* lib. 3. de cur. Gr. Aff. præcipuè ob *mentem*, quam habere cœlum, vult Philosophus in Epinomide p. 982. ubi, τοῖς δὲ ἀνθρώποις, inquit, ἐχρῆν τεκμήριον εἶναι τοῦ νοῦν ἔχειν ἄστρα τε καὶ σύμπασαν ταύτην τὴν διαπορείαν, ὅτι τὰ αὐτὰ ἀεὶ πράττει διὰ τὸ βεβουλευμένα πάλαι πράττειν. i. *hominibus autem illud argumento esse debebat, & astra & universum cæli progressum mentem habere, quod eadem semper agant propter quæ olim deliberata ad agendum erant.* licet post dubitanter loquatur. maximè tn. ex anima ejus mundi illud quidam adstruunt; intra cœlum cuncta teneri & extra illud nullum esse corpus neque ideas, ipsum voluisse, testatur *Aristoteles* lib. 3. n. ausc. cap. 4. Cœlum undique sibi *simile* corpus esse, statuit in Phædone pag. 109. & *aspectabile*, in Timæo p. 36. forsan propter contenta in eo sidera. Vinculum cœli *lucem* esse, putat lib. x. de Rep. p. 616. cœlo *motum* quoque tribuit in Timæo pag. 34. κίνησιν γὰρ, inquit, ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. i. *motum n. dedit cælo eum, qui corpori ejus sit aptissimus,*

qui

qui unus ex ſeptem motibus mentem atque intelligentiam cohiberet maximè. pòſt dicit, illum motum eſſe circularem. διὸ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον. i. *una converſione atque eadem ipſe circum ſe torquetur & vertitur.* Illius cauſam Deum facit in Epinomide pag. 983. ubi ſic: λάβωμεν δὴ, τίς τρόπος ἂν εἴη τοιοῦτον περιφέρειν ὄγκον τινὰ φύσιν, τὸν αὐτὸν ἀεὶ χρόνον, ὅσον καὶ νῦν περιφέρεται,. Θεὸν δὲ φημὶ τὸν αἴτιον ἔσεσθαι, καὶ οὔποθ᾽ ἑτέρως εἶναι δυνατόν. i. *cogitemus igitur, quomodo fieri poſſit, ut tanta magnitudo ab aliqua natura poſſit longi temporis ſpatio circumferri, illius autem motus cauſam Deum eſſe ajo. Neque aliter fieri ullo modo poſſet.* motum duplicem in cœlo eſſe alterum ταὐτοῦ, alterum θατέρου, ſive alterum, qui fit in cœlo ab oriente in occidentem, alterum intra illud ab occidente in orientem, teſtatur Timæus L. de anima mundi p. 96. priorem dicit eſſe communem omni cœlo, poſteriorem peculiarem Planetis, quem quoque vult eſſe harmonicum ſecutus Pythagoram & Pythagoricos. illam harmoniam ſeptem circulorum ordinibus diſtinguit, ubi luna terris citiſſima menſtruum peragit circulum:


ſol poſt hanc annuo tempore circuitum abſolvit, & duos pari cum ſole curſu eunt, Mercurii & Junonis aſtrum, quod Venerem ſive Luciferum vulgus vocat. vide l. cit. ideo errantes ſtellas ἄστρα πλανητὰ vocat lib. 7. de legibus p. 821. Et in Timæo p. 38. ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆτες. Sed eodem libro de legibus p. 818. dicit Planetas quidem errare & vagari ex vulgari hypotheſi (quaſi non haberent certos & conſtantes curſus) quod tn. ille negat, ſi accuratè loquendum. ſed certos ratoſque illis curſus tribuit ſecundum rei veritatem. aitque *errantes* dici, quod præter uniformem primi mobilis motum peculiares ipſi habeant motus, & quidem varium inter ſe ac multiplicem motuum obnixum. licet quilibet ex illis definito curſu eat, non vago & incerto. *terram* autem dixit quieſcere firmamenti loco. ὥστε ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρεισται ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς ῥοπᾶς. 1. *adeo ut omnium radix & baſis &c. firmata eſt*. vide etiam *Plutarchum* lib. 3. de pl. Phil. cap. 15. quia in medio ſtabilita eſt. ſic *Timæus* p. 97. γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, quomodo terra in æquilibrio hærens quieſcat & in medio

mundi

mundi consistuta sit, vide Plat. in Phædone p. 109. & lib. XII de legibus p. 948. & Laertium in vita ejus. De *Marte, Iove,* & *Saturno* l. citato dicit, quod habeant, ἴδια τάχεα καὶ ἐναντιὰς ἀνίσως. i. *peculiares celeritates & inæquales annos.* additque cursus suos justis spatiis conficere, ita ut certa explorataque cognitione percipi possint. quippe, quia certis temporibus & appareant & lateant & deficiant verosque ortus & occasus generent. Plura de illis vide ap. Platonem in Timæo p. 38. & quæ ad ordinem Planetarum spectant. ubi inter alia sic: Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δ' εἰς τὸν δεύτερον. ὑπὲρ γῆς. Εωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον, εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλῳ ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν. ὅθεν καταλαμβάνουσίτε καὶ καταλαμβάνονται καὶ κατὰ ταῦτα ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Εωσφόρος. i. Collocavit, *lunam quidem in primo, qui circa terram est, orbe: Solem in secundo à terra: Luciferum & eum, qui Mercurio est sacer in iis, qui pari celeritate, qua solis orbis moventur. contrariam tamen obnixamque se movendi sortiti sunt potestatem: eaque conversione, quam inter se habent Lucifer,*

Mercurius, sol, alii alios vincunt vicißimque vincuntur. ſeq. pagina explicat in variis cœli motibus unum eſſe uniformem, alios varios atque multiplices, aliis majorem, aliis minorem facientibus orbem. quomodo autem Diverſi illi orbes propter motus contrarios ſpiras deſcribant, etiam ſic docet: πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα, διὰ τὸ διχῆ κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι, τὸ βραδύτατα ἀπιὸν ἀφ' αὐτῆς οὔσης ταχίστης ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. 1. *Omnes enim orbes eorum quaſi ſpiræ inflectione vertebat, quod bifariam contrariis motibus progrediantur. ut quod eſſet tardiſſimum, id proximum fieret celerrimo.* ubi ſciendum, quod quos ante vocaverat κύκλους octo, in ſeq. nuncupet ab illis motibus octo φορὰς, quas malè putem ab interprete *Sphæras* reddi. cum illæ ſint tantum lationes aut motus appellandæ. v. Timæum de anima mundi, p. 96: item, quod cum octo κύκλους & φορὰς Stellarum tradat, atque ſeptem illis, quæ Planetæ vocantur, tribuat, reliqua fixas continebit. quæ nominatim ſic intelligi poſſunt ex iis, quæ tradit *Plutarchus* lib. 2. de pl. Phil. cap. 15. ubi Platonem ait inerrantibus ſtellis proximam facere ſtellam

lam *Saturni*, quæ ei Phæno dicitur: tum Phaetontem, 1. *Iovem*: ab hoc proximum pyroenta, 1. *Martis* ſtellam: Inde Luciferum; qui *Veneri* tribuitur: quintum *Mercurii* ſidus, quod ſtilbon appellatur. & capite ſeq. putat, Philoſ. ſoli, Veneri, & Mercurio æqualem curſum aſſignare. vide quoque *Laertium* & ſchema adjectum Inſpice eundem planetarum ordinem exhibens:



 Quem-

Quemadmodum ex his cœli motibus *necessitas* dependeat, Philosophus exponit lib. x. de Rep. p. 616. & seq. multis ambagibus. illa alia & aliter descripta traditur à *Cicerone* lib. 1. Acad. 4. Cœli motus esse *tempus* teste Laërtio in vit. Platonis statuitur. ubi additur: χρόνον γενέσθαι εἰκόνα τοῦ αἰδίου. i. *tempus fuisse sempiterni imaginem.* quæ sic explicat ipse *Plato* in Timæo p. 38. καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ, κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν. i. *Opifex, dum cælum ordinaret, illam effecit æternitatis velut in uno permanentis imaginem quandam certis numerorum articulis progredientem*, (ante vocat εἰκόνα κινητὴν,) *quam tempus vocavimus. Plutarchus* lib. 1. de pl. Phil. c. 21. *Plato sensit tempus esse mobilem æternitatis imaginem aut motus mundi intervallum.* & cap. seq. naturam *temporis* esse motum cœli. *Timæus* pag. 97. εἰκὼν δέ ἐστι τῷ ἀγεννάτω χρόνω ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες. ratio: quemadmodum enim hæc universitas ad intelligibilis mundi exemplar creata est, ita & hoc tempus ad æternitatem velut ad exemplar quoddam constitutum est. De initio & creatione *temporis*, Timæus l. c. hoc definit,

finit, quod ab Opifice cum mundo ſit conſtitutum. ubi inter alia ſic: χρόνω δὲ τὰ μέρεα, τάς δὲ τὰς περιόδως λέγοντι, ἃς ἐκόσμησεν ὁ Θεὸς σὺν κόσμω. 1. *Sunt hæ temporum partes, quas circuitus vocant, & quas Deus cum ipſo mundo ordinavit.* & Plato in ipſo Timæo pag. 38. χρόνος μετ' ὀρανοῦ γέγονεν. ſic etiam de eo *Ariſtoteles*, lib. 8. Auſcult. nat. cap. 8. Et quidem intelligentia genitum tempus, ut habet Plutarchus, lib. 1. de pl. Phil. cap. 22. Dierum etiam noctiſque & menſium atque annorum non ante originem molitum eſſe Deum, quam cœlum extaret, ſed tum demum, cum illud conſtitueret, vult *Plato* in Timæo p. 37. & dicit illa eſſe temporis partes, ut & præteritum atque futurum, ſed *eſt* propriè æternitati atq; Deo convenire. Timæus l. p. 97. *diem* dicit fieri, cum ſol ab oriente ad occidentem pergit, ubi: ἁμέραν ἀποδίδωτι τὰν ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρόμον. *Noctem* v. alio contrario modo ex occidentis ad orientem motu, quatenus ſol ex illo ejuſdem motu fertur: νύκτα δὲ τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ' ἀνατολὰν κίνασιν καθ' ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταὐτῶ φορᾶς. ut eſt, apud *Timæum* Locr. p. 97. ubi *annum* fieri dicit, quatenus ſuo

ſol peculiari motu fertur. 1. Dum univerſo motu cœli circumfertur, & ſpiram gyrumque obliquo quodam motu involvit. Diem & noctem facere illi dicitur, dum fixarum ſtellarum motu rapido circumvolvitur ad unumquemque circuitum. Plato in Timæo p. 39. *menſem* fieri dicit quando luna luſtrato ſuo curſu ſolem ſecuta eſt. ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβοι. hæc de tempore. Sequitur, ut de ipſis ſideribus agamus.

CAPUT XX.

Sidera fixa *eſſe ignea, animata, immobilia, Divina, & incorruptibilia. etiam ſidera eſſe terrea.* Solem *eſſe lumen & ex igne conſtare : ejus magnitudo.* Sol & Luna *Dii.* Lunæ *major pars terrea. ejus defectus.* terræ *origo, ejus facies, ea Deorum ſedes.* æther *quid.* meteora *quæ.* mare, *ejus origo, natura & æſtus.* Vinum, pix, gummi & oleum *quæ? quod* mel *&* coagulum. Lapidis *origo.* nitrum *quid &* ſal. metallorum *genera.* aurum, adamas, æs, ærugo. calidum, frigidum, durum, molle, grave, leve, lene, aſperum. doloris *&* voluptatis *origo.* Sapor, *ubi* acerbum, auſterum, ſalſum, acutum, acidum, dulce, acre, læve. odor, *ubi* & fumus. *diſtinctio* odorum. color, *ubi* album, nigrum, rubeum, flavum, purpureum, fulvum, fuſcum, cœruleum, viride, &c. figura *&* locus *corporum quæ.*

DE natura ſtellarum Plato quid definiverit, tradit *Plutarchus* lib. 2. de pl. Ph.

Ph. cap. 13. ubi Latinè sic legitur: *Plato majori ex parte igneæ naturæ esse stellas*, sc. dixit; *sed ita, ut glutinis loco reliquorum etiam elementorum partes admittant.* *Cicero* lib. 1. Acad. 4 ex mente Platonica dicit, præter quatuor elementa *quintum genus esse, è quo sint astra.* animas illis adscribit *Plato* in Timæo p. 41. ubi: διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον. i. *Sideribus parem numerum distribuit animorum & singulos adjunxit ad singula.* & mentem ea habere, vult in Epinomide p. 982. Ideo, quæ fixa sunt, dicit immobilia esse in suo orbe, & animantia eaque Divina, de quibus jam ante p. 40 in hunc modum locutus erat. γέγονεν ὅσω ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταυτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει. i. *facta sunt sidera, quæ cœlo infixa, non moventur loco: quæ sunt animantia eaque Divina: ob eamque causam suis sedibus inhærent & perpetuò manent.* In Epinomide Plato p. 981. animalium genus ponit, quod igneæ naturæ plurimum habet, quamvis & terræ & aeris & cæterorum elementorum particulas obtineat. unde & multa animalia nascantur, quibus addit: νομίσαι δὲ δὴ δεῖ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν ταῦτα εἶναι

ζώων γένη. ὃ δὴ πᾶν ἔφη φάναι θεῖον γένος ἄστρων γεγονέναι, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ' εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀρίστης. i. *Ex quibus ea esse omnia existimandum, quæ cælo continentur, Divinum quidem astrorum genus, corpore pulcerrimo, animoque beatissimo & optimo constitutum.* Horum animantium in seq. alia dicit interitus expertia & immortalia singula eaque Divina, alia longævam vitam agentia, quæ unicuique sit satis, ut nulla diuturniore opus habeant. item horum alia dicit esse ex igne tota, ex terra alia. Et priora vult sine ordine, posteriora certa ordinis ratione moveri. Quod *solem* Deus constituit in cœlo ut lumen & ad lumen communicandum, vult *Plato* in Timæo p. 39. ubi: ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν. & ex igne illum constare, ut est apud *Plutarchum* lib. 2. de pl. Phil. c. 20. & *Theodoret.* lib. 4. de cur. Gr. Aff. Ideo illum esse illustrissimum eorum astrorum, quæ in cœlo posita circa terram volvuntur, statuit Phil. in Theæteto p. 208. Magnitudinem *solis* ille in Epinomide p. 983. describit, ubi præfatus de incredibili stellarum magnitudine ait: τὸν ἥλιον ὅλον τῆς γῆς ὅλης μείζω. i. *totum*

totum solem tota terra majorem esse. Quomodo sol & luna magni Dii habiti à Græcis tales sint, vide lib. 7. de legib. p. 821. & seq. *Luna* majorem partem esse terream, statuit, uti testatur *Plutarch.* lib. 2. de pl. Phil. cap. 25. menstruas occultationes *lunæ* obtingere à sole, cum quo coit & ejus radiis obruitur: deficere autem lumine, cum in umbram terræ incidit utriusque sideris in medium constitutæ, aut potius cum ejus officitur illuminationi à terra, vult Philosophus apud eundem Plut. dicti libri cap. 29. De *terra*, ut facta est, *Plato* in Timæo p. 40 sic loquitur: γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. 1. *terram altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, diei noctisque effectricem fecit, & primam & antiquissimam corporum, quæ in cælo facta sunt.* quibus affinia sunt, quæ habet *Laertius* in ejus vita de terræ origine. facies terræ describitur in Phædone p. 110. quoad aspectum, qui fit ab alto, & colorum varietatem pulcerrimam, & illa quæ inde nascuntur, & eâ continentur

&c. Præterea eam esse Deorum sedem sacram, arbitratur lib. XII de legibus. de *æthere* quid finiat Philosophus, videre est in Phædone ejus p. 109. ubi sic: αὐτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν, ἐν καθαρῷ κεῖσθαι, τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶ τὰ ἄστρα, ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν. &c: 1. *ipsam v. terram puram in puro sitam esse cælo, in quo quidem sunt astra & quod eorum quàm plurimi, qui his de rebus verba facere solent ætherem nuncupant.* unde constat, illum non distinguere aerem hanc terram ambientem à cœlesti materia. De *meteoris* eorumque generatione & mixtione, quid docuerit Philosophus legere est in Timæo p. 59. ubi: τὸ πυρὶ μεμιγμένον ὕδωρ, ὅσον λεπτὸν ὑγρόν τε, διὰ τὴν κίνησιν καὶ τὴν ὁδὸν, ἣν κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὑγρὸν λέγεται, μαλακόν τε αὖ, τῷ τὰς βάσεις ἧττον ἑδραίας οὔσας ἢ τὰς γῆς, ὑπείκειν. τοῦτο δ' ὅταν πυρὸς ἀποχωρισθὲν ἀέρος τε μονωθῇ, γέγονε ὁμαλώτερον, ξυνέωσται δὲ ὑπὸ τῶν ἐξιόντων εἰς αὐτό. παγέν τε οὕτω, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς μάλιστα παθὸν ταῦτα, χάλαζα. Τὸ δ' ἐπὶ γῆς, κρύσταλλος. Τὸ δὲ ἧττον ἡμιπαγές τε ὂν ἔτι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς αὖ, χιών. Τὸ δ' ἐπὶ γῆς ξυμπαγὲν, ἐκ δρόσου γενόμενον, πάχνη λέγεται. 1. *Aqua igni per-*

permixta quæ tenuis & humida propter motum & viam, per quam sese rotans in terra, humida dicitur: & mollis, *quod bases minus firmas habeat, quàm ut terræ succedant. hoc quidem cum ab igne discesserit & aere destitutum fuerit fit æqualius: constactum enim est ab iis, quæ ad ipsum egrediantur, atque ita compactum, ut cum supra terram maximè hæc patitur,* grando: *quod in terra,* gelu. *At minus semiconcretum adhuc, si supra terram,* nix. *quod in terra compactum ex rore,* pruina *dicitur.* de *iride* quid Plato senserit, videri potest ap. *Plutarch.* lib. 3. de pl. Phil. c. 5. De *maris* origine Platonici dicuntur apud eundem cap. 17. existimasse, aquæ elementaris partem aliam ex aere frigore coactam extitisse dulcem, aliam quæ à terra ex nidore & incendio exhalasset, salsam. & de ejus *æstu* cap. seq. esse quippiam in sublimi suspensum, ex cujus foramine seu orificio quodam prorumpat æstus, vicissimque maria intumescant. *Liquores,* χυμȣ̀ς, generari, vult Philos. in Timæo p. 60 plurimis aquarum formis invicem mixtis, quæ per terræ plantas penetrent. ubi inter ignita genera refert Philosophus *vinum*, τὸ μδ̀ὺ τῆς ψυχῆς μετ̀
τȣ̃

τοῦ σώματος θερμαντικόν. i. *quod facultatem habet animam cum corpore calefaciendi.* De *pice, gummi* & *oleo* in seq. τὸ δὲ λεῖον καὶ διακριτικὸν ὄψεως, διὰ ταῦτά τε ἰδεῖν λαμπρὸν, καὶ στίλβον· λιπαρόντε φαντάζόμενον, ἐλαιηρὸν εἶδος, πίττα καὶ κίκι καὶ ἔλαιον αὐτό. i. *quod v. Lave & visus discriminandi vim habet, atque adeo splendidum lucidumque apparet, oleaginea species, pix, gummi & oleum.* De *Melle* porro sic: ὅσον δὲ διαχυτικὸν μέχρι φύσεως τῆς περὶ τὸ στόμα ξυνόδων, ταύτῃ τῇ δυνάμει γλυκύτητα παρεχόμενον, μέλι τὸ κατὰ πάντων μάλιστα πρόσρημα ἔσχε. i. *quod fusilem liquidamque habet facultatem, ut cum sensu quodam ad penitiores oris partes permanet, eique potentia dulcedinem subministret,* Mel *jucundo apud omnes nomine vocetur.* addit; quod carnis dissolvendæ vim habet, quod urit seminosum genus ex omnibus sejunctum humoribus, ὀπὸς ἐπωνομάσθη. i. *coagulum* vocatum est. De *lapidis* generatione ibidem: ξυνωσθεῖσα δὲ ὑπὸ ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γῆ, ξυνίσταται πέτρα καλλίων μὲν, ἡ τῶν ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μερῶν· αἰσχίων δὲ, ἡ ἐναντία. i. *terra v. ab aere aqua indissolubiliter compulsa conflatur* lapis: *pulchrior is, qui paribus æqualibusque partibus perspicuus sit:*

ſit: turpior, contrà. Nitrum fieri dicit, quum ex mixtione deſtituitur multa aqua & tenuioribus terræ particulis, cum & falſum & ſemiconcretum ſit rurſus ab aqua, genus quidem olei & terræ expurgans. De *ſale* etiam in ſeq. *Metallorum* generationem exhibet Phil. l. c. p. 59. ubi vult, quod inter aquas fuſiles una quidem ex tenuiſſimis & æqualiſſimis denſiſſima, uniforme genus, colori pellucido & fulvo cognata aurum ad lapides quaſi effloreſcens adhæſerit. auri v. ramus propter denſitates prædurus & nigricans *adamas* nominatus ſit. Illud autem quod ad partes auri accedit, nullas tn. illius ſpecies præter unam habet, ipſa quidem denſitate auro denſius & terræ quidem partem minimam & exiguam habens, ut durius quidem atque aſperius ſit, quod magnas inter ſe reliquias habeat, lævius quidem unum genus ſplendidarum concretarum aquarum, *æs*, χαλκὸς, compactum conſtitutumque extiterit. Sed mixtum illud ex terra, cum veteraſcendo ſeparentur inter ſe mutuo, id quod perſpicuum per ſe exiſtit, *ærugo* (ἰὸς) dicitur. Qualitates corporum Philoſophus tradit in Timæo p. 61. & ſeq. De *calido* primum agit, cui contra-

trarium opponit *frigidum*. Humidum & ſiccum omittit. *Calidum* conſtituit in particularum exiguitate, angulorum tenuitate, & laterum ſubtilitate ac motus celeritate. ſic ille: τὴ δὲ λεπτότητα τῶν γωνίων καὶ πλευρῶν ὀξύτητα τῶντε μορίων σμικρότητα καὶ τῆς φορᾶς τάχος λογιστέον. lib. de anima mundi Timæus p. 100. τὸ θερμὸν vocat λεπτομερές τε καὶ διαςατικὸν τῶν σωμάτων. *frigidam* effectionem ponit in eo, quod ingrediendo humidarum partium majores corpora propellunt, ne poſſint introrſum penetrare, id quod in nobis *humidum* eſt, compellendo ex inæquali & agitato: immobilia ex æqualitatis & compulſionis vi efficiendo denſat atque ſtipat. ſed quod contra naturam cogitur, ex natura ſibi ipſi adverſatur in contrariam partem ſe impellendo. τῇ δὴ μάχῃ, inquit, καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη. ψυχρόντε τὸ πάθος ἅπαν τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔχειν ὄνομα. 1. *Ex hac pugna & ſucceſſione tremor & rigor exiſtit, eaque paßio ſeu effectio, quæ id efficit, frigida vocatur*. Timæus l. cit. τὸ ψυχρὸν vocat παχυμερέστερον πόρων καὶ συμπιλωτικὸν. *Craſſiorum partium & meatus conſtringens*. Deinceps affectiones alias tradit pag. 62. & ſeq.

ſeq. ſcilicet *durum* & *molle*, *grave* & *Leve*, *lene* & *aſperum*. ubi, σκληρὸν δὲ, inquit, ὅσοις ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ, μαλακὸν δὲ, ὅσα ἂν τῇ σαρκὶ πρὸς ἀλλήλα τε οὕτως. ὑπείκει δὲ ὅσον ἐπὶ σμικροῦ βαίνει. *durum* v. ſc. vocatur, *cui caro cedit*, *molle*, *quod carni*, *ſimili inter ſe ratione nuncupamus. Cedit autem quodcunque tenui hæret.* additque quod, quæ forma quadrangularibus baſibus & firmamentis ſtabilitur, tanquam firmiter hærens maximè adverſetur, & ea, quæ in maximam denſitatem compingitur impetu quodam obnitatur maximè. De *gravi* & *levi* in hunc modum definit: Βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φύσεως ἄνω τε λεγομένης ἐξεταζόμενον ἂν δηλωθείη σαφέστατα. i. grave *autem &* leve *cum ea natura, quæ ſurſum & deorſum dicitur*, *ſi hoc modo examinetur*, *dilucidè explicari poteſt*. in ſeq. addit, duos eſſe quoſdam natura locos, bifariam inter ſe viciſſim diſſitos & contrarios inter ſe. unum quidem Deorſum, ad quem omnia illa ferantur, quæ aliquem corporis molem (ὄγκον) habent: alium ſurſum, ad quem quicquid fertur, per vim feratur. quæ refert ad terram tanquam ſphæricum corpus, à quo quod æqualiter circumfertur,

fertur, nec attolli nec deprimi dicit. & majus appellari corpus, quod deorsum: & minus quod sursum fertur, & locum ad quem impellemus hoc, *sursum* & contrarium, *Deorsum.* de *leni* & *aspero.* pag. 63. & seq. ubi: λείου δ' αὖ καὶ τραχέος παθήματος αἰτίαν πᾶς που κατιδὼν, καὶ ἑτέρῳ δυνατὸς ἂν εἴη λέγειν. σκληρότης γὰρ ἀνωμαλότητι μιχθεῖσα, τὸ δ' ὁμαλότης πυκνότητι παρέχεται. 1. *Lenis autem & asperi causam qui perspexerit, hanc omnino ejusmodi poterit etiam aliis explicare: Durities enim inæqualitati mixta, hanc æqualitas densitati præbet.* Præterea Philosophus ad corpus humanum intentius respiciens in Timæo p. 64. agit *de doloris* & *voluptatis* origine. τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἀθρόον παρ' ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν. Τὸ δ' εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἀθρόον, ἡδύ. Τὸ δ' ἐναντίον τούτοις, ἐναντίως. 1. *Passio videtur ea, quæ confertim in nos præter naturam & violenter irrumpit, injucunda. quæ in naturam rursum confertim abit, jucunda nuncupatur: quæ contrario fit modo, contraria.* qualia autem sint sensuum objecta, 1. in corporibus qualitates, exhibet Plato pag. 66. primò de *Saporibus.* postquam dixisset, quod à lingua venæ ad cordis sedem sa-

porum

porum nunciæ tenduntur, in quas, si quæ res ita inciderint, ut humidam carnis mollitiem penetrantes, terrestri sua naturâ modicè liquefactæ venas ipsas contrahant & arefaciant, τραχύτερα μὲν ὄντα, στρυφνά. ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται. Τὰ δὲ τούτων ῥυπτικὰ καὶ πᾶν περὶ τὰν γλῶτταν ἀποπλύνοντα, πέρα μὲν τοῦ μετρίου τοῦτο δρῶντα, καὶ προσεπιλαβανόμεναι. ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως, οἷον ἡ τῶν νίτρων δύναμις, πικρὰ πανθ' οὕτως ὠνόμασθαι. *i. Si asperiores sunt*, acerbos *sc. sapores pariunt, sin minus aspera*, austeros. *Quæ v. abstergendi vim habent & quod ad Linguam hæret, abluendi potestatem. Si propter modum id faciunt & aliquid insuper accipiant, ut ipsius naturæ aliquid colliquent, quemadmodum nitri potentia*, amara *omnia sic nominantur. ibidem*, salsa *sine aspera amaritudine vocat, quæ illi nitri potentiæ nonnihil cedunt & mediocrius aspergunt.* Timæus authogr. p. 100. ἁλμυρὰ i. *salsa* dicit esse μετριάζοντα τᾷ ῥύψει. i. *quæ moderatè linguam abstergunt.* idem *acerba* στρυφνὰ, vocat ἀποτάκοντα καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν. i. *quæ vim habent stuporem linguæ inducendi & ejus abstergendæ. acria* δριμέα ait *esse* ἐκπυροῦντα καὶ διαρρέοντα τὰν

σάρκα. i. *Linguam inflammantia & in carnem influentia*. & *acuta* esse, quæ cum oris caliditate communicarint & calefacta ab ipsa emolliantur & ipsum rursus, quod calefecerint, inflamment, pro lenitate sursum ad capitis sensus feruntur & secant omnia, in quæ incidunt. Deinde Philos. p. 66. Tim. post prolixam explicationem eorum, quæ *arida* sunt, concludit, quod ex terreno humore, quo simul & moveatur & elevetur, ebullitio & fermentum fiat. unde causa harum passionum *arida* nuncupetur. *Dulcia* dicit asperiora linguæ emollire, laxare & stabilire. ἡ δὲ χαὶ, inquit, προσφιλὲς παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον, κέκληται γλυκύ. id est, λεῖα καὶ γλυκέα lævia & dulcia. Timæus de anima m. p. 101 dicit quod κεχύλωται i. *in succum eliquescunt*. Quæ de *Odoribus* definiverit Philosophus, videre est eadem & seq. pag. ubi judicat ille, omnem odorem dimidiam quandam atque imperfectam habere naturam, nullique speciei competere, ut certa proportione definitam quandam atque determinatam habeat odoris naturam. *odores* autem existere, ἀεὶ βρεχομένων ἢ σηπομένων ἢ τηκομένων ἢ τυμιωμένων τινῶν. i. *dum quædam*

dam vel madeſcunt, vel putreſcunt vel liquantur vel ſuffumigantur. eo modo odorem quoque vocat καπνὸν ἢ ὁμίχλην. i. *fumum ſive caliginem.* Timæus lib. de anima mundi p. 101. vult odoris ſpecies non eſſe diſtinctas. ratio: διὰ γὰρ, inquit, στενῶν πόρων διηθεῖται, στερροτέρων ὄντων ἢ ὡς συνάγεσθαι καὶ διΐστασθαι, σάψεσι καὶ πέψεσι γᾶς τε καὶ γεωειδέων. i. *quia per anguſtos meatus percolantur, qui ſolidiores quidem ſunt, quam ut contrahi & diſpeſci poſſint, putrefactionibus & concoctionibus terræ rerumque terrearum.* diſtinguit tamen odores in εὐωδία & δυσωδία. i. *in jucundos & injucundos. Colores* definiens ſic ait Philoſophus in Timæo p. 67. χρόας ἐκαλέσαμεν, φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάστων ἀπορρέουσαν, ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς αἴσθησιν. i. *colores dicimus flammam & fulgorem è corporibus defluentem partes habentem viſui ad ſentiendum accommodatas.* & in ſeq. quod, quæ ab aliis delata partibus, in aſpectum cadunt, partim minora, partim majora, partim viſus ipſius partibus æqualia ſint, quorum τὰ μὲν ἴσα, ἀναίσθητα, ἃ καὶ διαφανῆ λέγομεν. i. Ea quæ æqualia ſentiri non poſſint, pellacida appellamus. & vult præterea quæ-

dam majora ſive minora partim diſcernere, partim componere viſum, ad exemplum eorum, quæ cum acrimonia circa linguam verſantur. *Album* colorem dicit eſſe διακριτικὸν τῆς ὄψεως. i *id quod viſum diſgregat. nigrum* v. ei eſſe contrarium. Poſteà p. 68. quod, cum unus quidem ignis veluti è coruſcatione quadam exilit, alter v. ingreditur in humido extinguitur, multiplices in hac agitatione colores exiſtant. μαρμαρυγὰς μὲν inquit, τὸ πάθος προσείπομεν, τὸ δὲ τοῦτο ἀπεργαζόμενον, λαμπρόντε καὶ στίλβον ἐπωνομάσαμεν. i. *Illam affectionem coruſcationem ſive emicationem vocamus: Illud v. quod eam efficit, ſplendidum atque coruſcum.* Putatque illorum medium ignis genus ad oculorum humorem pervenire eique ſe miſcere, minimè quidem micans, ſed ex ipſa ignei radii ad humorem admixtione ſanguineum colorem ſuppeditans, *rubri* vocabulo notari. ſic ille: Τὸ δὲ τούτων αὖ μεταξὺ πυρὸς γένος, πρὸς μὲν τὸ τῶν ὀμμάτων ὑγρὸν ἀφικνούμενον καὶ κεραννύμενον αὐτῷ, στίλβον δ' οὔ, τῇ δὲ διὰ τοῦ νοτίδος αὐγῇ τοῦ πυρὸς μιγνυμένῃ χρῶμα ἔναιμον παρεχομένη, τοὔνομα ἐρυθρὸν λέγομεν. Cui ibidem ſplendidum rubro & albo mixtum,

fla-

flavum est. ubi Græcè: λαμπρόντι ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον, ξανθὸν γέγονε. *purpureum* colorem fieri dicit, ubi rubeus cum albo miscetur. ἐρυθρὸν, ait, μέλανι λευκῷ τε κραθεὶ, ἁλουργόν. de pullo sic: ὄρφνινον δὲ, ὅταν τούτοις μεμιγμένοις καυθεῖσί τε, μᾶλλον συγκραθῇ μέλαν. i. *Pullus nascitur color, quum his mixtis & inustis nigrum vehementius inoleverit. fulvum* i. πυῤῥὸν dicit ξανθοῦ τε καὶ φαιοῦ κράσει γίγνεσθαι. i. *flavi fuscique temperatione existere:* & *fuscum*, i. φαιὸν λευκοῦ τε καὶ μέλανος. i. *albi & nigri* & *pallidum*, τὸ ὠχρὸν λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου. i. *albi fulvo mixti.* De *cæruleo*, λαμπρὸν, inquit, λευκῷ ξυνελθὸν καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται. i. *Spendidus albo adjunctus & confertim, nigro effusus cæruleum efficit.* de *glauco*: κυανοῦ λευκῷ κεραννυμένου, γλαυκὸν sc. ἀποτελεῖται. i. *Cærulei cum albedine mixtio glaucum efficit.* de *viridi*: πυῤῥοῦ μέλανι sc. κεραννυμένου, πράσιον. i. *fulvi cum nigro temperatio colorem viridem facit.* hæc de illis. addam adhuc, quæ de figura corporum & loco, motus ac quietis natura determinavit Philosophus. De *figura* in Menone p. 75. Phil. ita loquitur: ἔστω δὴ ἡμῖν τοῦτο τὸ σχῆμα, ὃ μόνον

νον τῶν ὄντων τυγχάνει χρῶματι ἀεὶ ἑπόμενον. i. *illud non ſit figura, quod ſolum ex omnibus iis, quæ ſunt, colorem ſemper ſequitur.* & p. ſeq. figuram dicit, εἰς ὃ τὸ στερεὸν περαίνει, ſive στερεοῦ πέρας. i. *In quod ſolidum terminatur, ſive terminum ſolidi.* Corporum *Motum* in Theæteto p. 156. vult conſiſtere ἐν τῇ φορᾷ. i. *in latione*, ubi addit ὅσον μὲν βραδὺ, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει. &; ὃ δὲ αὖ ταχὺ, πρὸς τὰ πόρρωθεν τὴν κίνησιν ἴσχει. i. *quatenus tarditas ineſt, in eodem & propinquiorum ratione motum obtinet: quatenus v. celeritas ineſt, remotiorum ratione motum obtinet.* ſed p. 181. motum ſic explicat: κινεῖσθαι καλεῖς, ὅταν τι χώραν ἐκ χώρας μεταβάλλῃ ἢ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφεται i. *quando aliquod locorum è loco mutat aut in eodem vertitur.* & poſteà præter hunc motum localem etiam alterationem vocat motum, ut duæ ſint motus ſpecies ἀλλοίωσις καὶ ἐπιφορά. & utramque in ſeq. exemplis illuſtrat. De *quiete* motui contraria, vid. in eodem Theæteto, p. 153. *Locum* Plato vocavit id, quod in ſe admittit formas tranſlatione utens in materia notanda, quæ quaſi nutrix ſit, atque receptaculum. v. *Plutarch.* lib. I. de plac. Phil. c. 19.

C A P. XXI.

Origo humani *generis. an è* terra. hominis *formatio.* anima *antiquior corpore.* animæ *essentia & partes. Ea omnis motus in homine causa. ad imaginem facta, decisa ex astris. ideo cœlestis & ratione prædita, invisibilis, intelligibilis, distincta à corpore. assimilanda Deo ut sancta, justa, sapiens. in ea esse scientiæ semina.* Hominem *esse rerum mensuram. quomodo operetur* anima *per se & corpus & circa res. ibi* cogitare, cognoscere. *quid* cogitatio, opinio, dubitatio, per hanc cognoscere *animam.* cogitationem *ad mentem sive animam hominis pertinere. anima ut* sentiat. *ut* animus *erret, & non. affectuum causa.* sensus *fallere, scientiam non esse sensum.* sensuum *in civilibus magna efficacia. in veritatis inquisitione à corpore* animam *impediri.* mentem *à corpore sejungendam. qui qualesque* sensus sint, *in specie per singula explicatur.*

DE *Humani* generis ortu dubius loquitur Atheniensis Hosp. ap. *Plat.* lib. 6. de leg. p. 781. & seq. ubi aut nullum ei principium finemque tribuendum censet, aut si natum sit, immensam quandam & pene infinitam temporis moram explevisse. Sed ipse in Timæo p. 41. hominis & aliorum animalium creationem tradit, ubi γένεσιν πρώτην μίαν πᾶσιν. 1. *primum ortum unum omnibus esse dicit.* modumque ostendit: σπαρείσας ψυχὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα. 1. *Sparsis ani-*

mabus in convenientia cuilibet instrumenta sc. corporis. Et *Hominem* è terra primò productum, in Protagora p. 321. ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν, ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. 1. *Iam v. & fato destinata aderat dies, qua hominem è terra in lucem egredi oporteret.* cum antè dixisset; tempus fuisse, cum Dii quidem erant, nondum tamen mortalium genera. & postquam illis constitutum destinctumque fatorum decreto generationis (γενέσεως) tempus advenit, ait; quod τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον, ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυται. 1. *Dii intra ipsa terræ viscera è terra & igne permixtim copulatis illa creant atque efformant & ex iis, quæ igni & terra miscentur atque temperantur.* quomodo v. singulis distributio virium & conformatio specialis facta sit, in seq. fabulosè in Prometheo & Epimetheo tradit: ita tamen ut primævæ veritatis, quâ homo in sacris à Deo creatus dicitur & per culpam incidisse in calamitates, vestigia non obscurè appareant. In Timæo p. 73. pluribus docet, quemadmodum Deus humanum corpus & cætera animantia finxit, certo ordine membris formandis ex elementis intentus. pro-

pter

pter quæ atque talia p. 74 ipsi Deus dicitur κηροπλάστης. ante corpus hominis animam esse factam, vult Philos. lib. x. de leg. p. 896. ubi ita ait; ὀρθῶς ἄρα καὶ κυρίως ἀληθέστατά τε καὶ τελεώτατα εἰρηκότες ἂν εἶμεν, ψυχὴν μὲν προτέραν γεγονέναι σώματος ἡμῖν. σῶμα δὲ δεύτερόν τε καὶ ὕστερον ψυχῆς ἀρχούσης ἀρχόμενον κατὰ φύσιν. i. *recte & proprie dicimus veracißima & perfectissima ratione notata, animam ante corpus factam esse. Corpus autem secundum & post animam natum. Quandoquidem subjectum imperante posteriori tempore creari oportebat.* & in Epinomide p. 980. ideo dicit animam corpore antiquiorem esse. Prætereà cum Timæus p. 99. de anim. m. ait, generationem mortalium animantium molitum esse Deum, ut perfecta esset, addit: ποτὶ τὰν εἰκόνα παντελῶς ἀπειργασμένος. i. *ad imaginem omnino construens.* &: τὰν μὲν ὧν ἀνθρωπίνην ψυχὰν εἰς τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκερασάμενος καὶ μερίξας. i. *humanam igitur animam ex iisdem rationibus & potentiis contemperatam & divisam distribuebat.* Quam appellat substantiam mente præditam, à seipsa mobilem, ut est apud *Plat.* lib. 4. de pl. Phil. c. 2. & ipse Philosophus lib. x. de legibus p. 896. τὸ

αὐτὸ κινεῖν φῆς λόγον ἔχειν τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἧπερ τοὔνομα ὃ δὴ πάντες ψυχὴν προσαγορεύομεν. ubi & conatur ostendere, quod ut Deus omnium in mundo motuum est caussa, ita & anima in homine, & ita vitæ quoque, ut in Phædone p. 105. affirmat. & motum ejus esse harmonicum, in eodem p. 86. & ejus initium numeris constare, ap. *Laertium* in vit. Plat. v. & *Hesych. Illustr.* in eodem. Dividere animam hominis Plato traditur apud Plut. lib. 4. de pl. Ph. c. 4. secundum supremam rationem in duas partes, quarum una ratione sit prædita, altera ejus expers sive bruta. Secundum propinquam & subtiliorem rationem, in tres, quarum brutam in iræ & cupiditatibus deditam dispescendam arbitratur. priorem Timæus p. 99 ejusdem potentia præditam dicit, posteriorem alterius. alteram rationalem & irrationalem alteram ibidem vocat. Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς, τὸ μὲν λογικόν ἐστι καὶ νοερὸν, τὸ δὲ ἄλογον καὶ ἄφρον. de Divisione animæ vide præterea *Cic.* 1. Tusc. 4. 20. & de tribus animi facultatibus ibidem sc. cognoscibili, irascibili, concupiscibili. v. *Laertium* in vit. Plat. & *Aristotel.* lib. 1. magnorum moralium c. 1. & Timæum Locrum de anima mundi p. 99.

p.99. & ipſum Plat. lib. 9. de Rep. p.580. f. & lib. 4. p. 436. & 439. & 440. Quod homo ſingulare Dei ſit opificium dicit, in Timæo p. 69. & Divinum miraculum, Θαῦμα Θεῖον, lib. 1. de legibus p. 644. & ἐν τῶ κλημάτων, in Phædone p. 62, id non tantum ratione arteficioſiſſimi corporis, ſed præcipue ipſius animæ reſpectu intelligendum eſt. Animos *noſtros deciſos eſſe ex aſtris & eodem redituros, ſi puri ex hac vita diſceſſerint*, ex ſententia Platonis refert *Cicero* lib. 1. Ac. Q. quæ eadem eſt *Timæi* lib. de anima mundi p 99. & ita cæleſtis originis. Etiam animæ tantum reſpectu homo dicitur inconſpicabile poſſidere, Phæd. p. 79. quæ ſola inviſibilis eſt lib. 7. de legibus p.898. & in Epinomide, p. 981 ſola mente ac cogitatione comprehendi. cui opponitur corpus ejus, ut conſpicabile. Propriè tamen, ubi dignitas hominis ſpectatur & interior natura, aliud quid illa eſt à corpore, Alcibiad. 1. p. 128. & p. 130, μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον συμβαίνειν ἢ ψυχήν. i. *nihil aliud eſſe hominem, quam animum*, cenſet Philoſophus. quamvis, ſi juxtà omnem ambitum ſpectetur, ipſum dicat conſtare animo & corpore in Phædone p. 79. Anima quoque *Iuſtitiæ, ſancti-*

ctita-

ctitatis & *sapientiæ* cum sola sit in homine capax, eo modo homo assimilari Deo dicitur, in Theæteto p. 176. & in Protagora p. 322 θείας μετέσχε μοίρας ἄνθρωπος & τ͂ Θεῷ συγγένειαν habere statuitur. & homini tantum data primò *Sapientia*, & Protag. p. 323. & *justitiæ* ille particeps, ibidem. In Timæo suo Philosophus p. 44. cum hominis secundum corpus & animum examinata ἐπεξεργασίᾳ singulorum membrorum exhibet præstantiam, inde artificis Dei summam sapientiam celebrat. & quomodo ipse homo Deum referat *justitiâ*, ostendit in Theæteto, p. 176. & περὶ τοῦτο, inquit, καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρός. i. *& in hoc vera hominis præstantia versatur*. Eamque deinde ex opposito describens ait: ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή. ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής &c. Hujus enim cognitio, sapientia & vera virtus est. Ignoratio contra & inscitia manifesta improbitas. pag. 143, & seq. docet *scientiæ* semina in animis hominum esse Dei beneficio: quæ industria & præceptis ad certas cognitionis & usus rationes revocantur. Ideo docilem natura esse hominem & facili ingenio, vult p. 144. Et ratione

tione scientiæ hominem esse omnium rerum mensuram, existimat Philosophus in Theæteto p. 170 & 178. ubi πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος. licet tn. non exactè. Nam, ut ille in priore loco, καὶ ἐν τούτοις ἅπασι, τί ἄλλο φήσομεν ἢ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἡγεῖσθαι σοφίαν καὶ ἀμαθίαν εἶναι παρὰ σφίσιν. i. *Illud ex omnibus statuere possumus ipsos homines naturali quodam sensu existimare sapientiam & imperitiam in se ipsis esse.* Quomodo operetur anima, traditur in Theæteto p 185. f. ubi, τὰ μὲν, inquit, αὐτὴ δι' αὐτῆς ἡ ψυχὴ τὰ κοινά μοι φαίνεται περὶ πάντων ἐπισκοπεῖν. i. *ipse quidem per se ipsum animus videtur de omnibus considerare.* Sed non semper. cum & per corporeas facultates aliquando agat; quæ in seq sic indicat: εἰ φαίνεταί σοι, τὰ μὲν αὐτὴ δι' αὐτῆς ἡ ψυχὴ ἐπισκοπεῖν, τὰ δὲ, διὰ τῶν τοῦ σώματος δυνάμεων. Et vult ibidem animam per seipsum considerare & intelligere rerum veritatem, simile & dissimile, idem & alterum, pulcrum & turpe, bonum & malum. Essentiam rerum considerare illi dicitur in se ipso ratiocinans, conferendo præterita & præsentia cum futuris. καὶ τούτων μὲν δοκεῖ, inquit, ἐν τοῖς μάλιστα πρὸς ἄλληλα σκοπεῖσθαι τὴν οὐσίαν,

οὐσίαι, ἀναλογιζομένη ἐν ἑαυτῇ τὰ γεγονότα καὶ τὰ παρόντα πρὸς τὰ μέλλοντα. additque ille, esse homini λόγον, quo differat à cæteris animantibus & operetur. In Timæo p. 30 vocatur λογισμός. Et illam animi operationem exprimit in Sophista p. 248 per γινώσκειν. i. *cognoscere.* & διανοεῖσθαι i. *cogitare.* Latiùs hæc exponuntur in Theæteto p. 189, & seq. τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται, διανοουμένη, οὐκ ἄλλό τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα καὶ ἀποκρινομένη καὶ φάσκουσα καὶ οὐ φάσκουσα. i. *Hoc mihi repræsento, cogitantem animam nihil aliud facere, quàm ut ipsa disserat cum se ipsa & interrogans seipsam & sibi ipsi respondens, affirmans & negans.* v. in Phædro p. 247. & illa operatio animi *cogitatio* dicitur, juxtà quæ dicuntur in Sophista p. 263. scilicet ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γενόμενος, τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη διάνοια. i. *Interior illa animi cum se ipsa allocutio, quæ fit sine expressa voce, illud ipsum à nobis cognominatum est* cogitatio: & paulò post p. 264 διάνοια dicitur αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος. Illa autem cogitatio fieri potest, antequam quicquam certi definiatur aut affirmando aut negando. In priore n.

loco

loco Theæteti post cogitationem (quæ ibi & dubitationem exprimit) illicò subjungit: ὅταν δὲ ὁρίσασα, εἴτε βραδύτερον, εἴτε ὀξύτερον ἐπαΐξασα, τὸ αὐτὸ ἤδη φῇ καὶ μὴ διστάζῃ, δόξαν ταύτην τίθεμεν αὐτῆς. i. *Postquam v. rem definierit & seu tardius seu citiùs prosilierit idque jam affirmet nec ambigat, hanc illius opinionem esse ponimus*; & in dicto Sophistæ loco addit. δόξα δὲ, διανοίας ἀποτελεύτησις. i. *Opinio v. est cogitationis conclusio.* Scilicet ubi rei perpensæ animæ assensus adhibetur. Per cogitationem priori modo intellectam notat inquisitionem veritatis, ad quam *dubitando* & vix alio actu mentis intercedente pervenimus, juxtà quæ in Menone p. 84. ubi, ἀπορεῖν δὲ, inquit, αὐτὸν ποιήσαντες. Et pòst. προὔργου γοῦν τι πεποιήκαμεν (ὡς ἔοικε) πρὸς τὸ ἐξευρεῖν ὅπῃ ἔχει. *Effecimus, ut dubitaret. Operæ pretium igitur fecimus, ut apparet, ad rem, quomodo se habeat, inveniendam.* rationem addit, cur sit dubitandum inquirenti: νῦν μὲν γὰρ, inquit, καὶ ζητήσειεν ἂν ἡδέως, οὐκ εἰδώς. i. *Nunc enim libenter rem investigarit, cum sciat se illam ignorare.* amplius hæc diducit: Οἴει οὖν ἂν αὐτὸν πρότερον ἐπεχειρῆσαι ζητεῖν ἢ μανθάνειν τοῦτο, ὃ ᾤετο εἰδέναι, οὐκ εἰδώς, πρὶν

εἰς ἀπορίαν κατέπεσεν, ἡγησάμενος μὴ εἰδέναι καὶ ἐπόθησε τὸ εἰδέναι: 1. *Num v. existimes, ipsum unquam dedisse operam, ut id vel inveniret vel disceret, quod cum ignoraret, se nosse existimabat, priusquam in hanc* dubitationem *incideret: qua & se rem ignorare arbitratus est & incepit sciendi desiderio teneri?* & dicens illam *dubitationem* sive cogitationem ei prodesse hactenus, deinceps ait: σκέψαι δὴ ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας, ὅτι καὶ ἀνευρήσει ζητῶν μετ᾽ ἐμοῦ οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἢ ἐρωτῶντος ἐμοῦ καὶ μὴ διδάσκοντος. 1 *Animadverto igitur ex hac* dubitatione, *illum mecum rem investigando comperturum, me quidem nihil aliud, quàm interrogante, non autem docente.* ubi *interrogare* & *docere* opponit, tantum vult interrogando nihil affirmari, quod fit, cum docendo 1. affirmando inculcamus. & illum morem Socratis magistri ejus continuum fuisse, suprà satis dictum. adde, quæ Theæteto p. 163 sic dicuntur: οὐκ ἀξιόνσι πρὸς ταῦτα ἀμφισβητῆσαι ἵνα καὶ αὐξάνῃ. 1. *neque tibi opus est amplius, ut te* dubitationibus *exerceam, ut crescas cognitione.* Et prætereà, cum διάνοια (cogitatio) brutis animantibus non conveniat ipso teste, etiam, inferens λόγον, ut legere

legere eſt in Theæteto, quo ſolo homo ab illis diſtat, ſola quoque ad animam ſive mentem humanam pertinebit, & quicquid in ea eſt, exprimet. Et διάνοια dat omnem actum mentis, cum & νῦς ſit mens, unde illa denominata. v. in *Phædone* p. 65. f. ubi voces διανοεῖσθαι & διάνοια. vid. lib. 6. de Rep. p. 510. f. *mens* & *cogitatio* junguntur in illo *Ciceronis* 4. Acad. Q. 142. ubi, *Plato omne judicium veritatis veritatemque ipſam adductam ab opinionibus & à ſenſibus* cogitationis *&* mentis *eſſe voluit*. Etiam διάνοια (cogitatio) ut ſuprà & λόγος (ſic in Theæteto p. 209.) γνῶναι, quod ſolius mentis eſt, κελεύει i. *cognitionem mandat*. Et γνῶναι. i. *cognoſcere* eſt ἐπιστήμην λαβεῖν. i. *ſcientiam parare*. & in Sophiſta l. c. ψυχὴ dicta eſt γινώσκειν. Animam per facultates corporeas quidem operari, docet Plato in Philebo p. 47. Sed ſæpe in doloris & voluptatis mixtione à corpore diſſidere, ibidem ille oſtendit. Quomodo v. illa corporis miniſterio utatur & per illud *ſentiat*, legere eſt in Phædone p. 79, ubi: ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ σώματι προσχρῆται, εἰς τὸ σκοπεῖν τι, ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθή-

σεως (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ σώματος, τὸ δι' αἰσθήσεως σκοπεῖν τι) τότε μὲν ἕλκεται ὑπὸ τοῦ σώματος εἰς τὰ οὐδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα. i. *animus, cum corporis ministerio utitur ad aliquid considerandum vel videndo vel audiendo vel per aliquem alium sensum (hoc enim est per corpus aliquid considerare id est per sensum) tunc v. trahitur à corpore ad ea quæ nunquam eodem modo se habent.* & tunc sic errare frequenter per sensus, docet in seq. καὶ αὐτὴ, inquit, πλανᾶται καὶ ταράττεται καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥσπερ μεθύουσα, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη. *& ipse errat & tumultuatur & tanquam ebrius vertigine percellitur, quippe quæ res hujusmodi contingat.* Pòst addit distinguendo animi internas actiones ab illis quæ per organa exercentur, illas vult tunc non errare. & cum seipsum animus contemplatur, contenditque ad purum illud & quod semper existit & immortale est & eodem modo se habet. Præterea quorundam affectuum in corpore se prodentium animam præcipuam causam facit Philosophus in Philebo p. 35. ita ut non tam corpus dicatur Ex. gr. esurire & sitire, quàm ipse animus. *sensus* quandoque falli exemplo somniantium & furiosorum, probat Socra-

Socrates in Theæteto p. 157. & seq. ubi inter alia hæc habet: λείπεται δὲ, ἐνυπνίων τε πέρι καὶ νόσων τῶν τε ἄλλων καὶ μανίας, ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται. 1. *Reliquum est enim, ut dicamus & de insomniis & morbis aliisque & furore & quæ corruptis profligatisque sensibus percipiuntur, vel auditu vel visu vel alio quopiam, quod* παραισθάνεσθαι *vocant.* & addit: ὡς παντὸς μᾶλλον ἡμῖν ψευδεῖς αἰσθήσεις ἐν αὐτοῖς γιγνομένας. 1. *cum omnino sensus illi sint falsi.* 1. *hallucinentur.* dicitque multum abesse, ut ea, quæ unicuique apparent, reverâ existant, ut contrà nihil, quorum apparet, existat. sic enim: καὶ πολλοῦ δεῖ τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ, ταῦτα καὶ εἶναι, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον οὐδὲν ὧν φαίνεται εἶναι. Ergo multum hic discriminis est inter *videri* scilicet sensibus & *esse*. & porrò verum dicere τὸν αἴσθησιν ἐπιστήμην τιθέμενον, 1. *eum, qui sensum esse scientiam ponit.* Hoc est, talem sensum, qui ratione & judicio mentis nititur. quibus cum insanientes & somniantes non rectè utuntur, ψευδῆ δοξάζουσι. 1. *falsa opinentur.* vid. plura in eodem Theæteto, p. 160. ubi quæ proximè dicta, probantur. & seq. absurdum esse ostendit illa, quæ sic homi-

nes opinantur, vera esse. Ubi & scientiam esse sensum communiter intellectum refutat Philosophus. In civilibus sensuum magnam esse efficaciam, arbitratur p.167. ubi, quod singulis hominibus & universæ civitati justum & rectum videatur, tam diu justum & rectum esse vult, quamdiu videbitur. sic enim Philos. ἐπεὶ οἷα γ' ἂν ἑκάστῃ πόλει δίκαια καὶ καλὰ δοκῇ ταῦτα καὶ εἶναι αὐτῇ, ἕως ἂν αὐτὰ νομίζῃ. In Phædone p.65. ostendit Philosophus multis modis à corporea mole animam impediri in rerum contemplatione. ait n. πότε οὖν (ἦδ' ὅς) ἡ ψυχὴ τῆς ἀληθείας ἅπτεται; ὅταν μὲν γὰρ μετὰ τοῦ σώματος ἐπιχειρῇ τι σκοπεῖν, δῆλον ὅτι τότε ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτοῦ. ἀληθῆ λέγεις. i. *quando igitur animus veritatem assequitur? cum enim molitur unà cum corpore aliquid perspicere, apparet tunc ab ipso corpore seduci atque circumveniri.* additque, quomodo animo ad verum eunti sensus inutiles sunt. λογίζεται δέ γέ που τότε κάλλιστα, ὅταν αὐτὴν τούτων μηδὲν παραλυπῇ, μήτε ἀκοὴ, μήτε ὄψις, μήτε ἀλγηδὼν μήτέ τις ἡδονή. i. *Tunc v. optimè ratiocinatur, cum ipsum scilicet animum nullus corporis sensus offenderit, seu auditus, seu visus, seu dolor, seu voluptas.* & apertius in

seq.

seq. ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιήσειε scilicet γνῶναι ἕκαστον, καθαρώτατα, ὅστις ὅτι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι, μήτε ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ. i. *Ille igitur, hoc scilicet cognoscere unumquodque puriſſimè præstiterit, qui ipsa ingenii acie ad res singulas pervaserit, neque visu in cogitando adhibito, neque alio quoquam sensu cum ratiocinatione attracto.* quæ amplius in seq. explicat identidem inculcans, Philosopho ad verum eruendum contendenti necessarium esse, mentem sive animum à corpore sejungere. ita enim ait in dicto Phædone p. 67. Ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, ἐὰν ὅτι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι μηδὲ κοινωνῶμεν (ὅ,τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη) μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως. i. *Ad scientiam propius accedimus, si quàm minimè cum corpore ipso versemur, consuetudinemque habuerimus (nisi quantum exegerit necessitas) neque illius natura inficiamur.* & hoc Philosopho injungit: τοιαῦτα οἶμαι ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἀλλήλοις λέγειν καὶ δοξάζειν πάντας τοὺς ὀρθῶς φιλομαθεῖς. i. *hæc vero necessarium arbitror inter se & dicere & sentire omnes eos, qui recto rerum cognoscen-*

cendarum ſtudio tenentur. Jam breviter videamus, quid ſit *ſenſus* in ſpecie. Philoſophus in Theæteto p. 156 enumerat ſenſus. ſc. ὄψεις, ἀκοὰς, ὀσφρήσεις, γεύσεις, θίξεις, ψύξεις, καὶ καύσεις, ἡδονὰς καὶ λύπας ἐπιθυμίας καὶ φόβους κεκλημένους. 1. *Viſus, auditus, olfactus, guſtus tactus, refrigerationes, calefactiones,* (Ficin. *tactus frigidorum & calidorum*) *voluptates & dolores, cupiditates & qui vocantur timores* &c. ubi vult, omne ſenſile ſuo ſenſui eſſe cognatum (ὁμόγονον.) ὄψεσι μὲν, inquit, παντοδαπαῖς χρώματα παντοδαπά. ἀκοαῖς δὲ ὡσαύτως φωναὶ καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι τὰ ἄλλα αἰσθητὰ συγγενῆ γιγνόμενα. 1. *omnibus viſus formis omnium colorum formæ: audituum item formis voces: & aliis ſenſibus alia item cognata ſenſilia.* ſuprà è Timæo audivimus, medium ignis genus ad oculorum humorem pervenire eique ſe miſcere minimè micans ad viſionem efficiendum, eamque ſic fieri per radiorum συναύγειαν, ibidem Philoſophus aſſerit. v. & *Apulejum,* in Apolog. In viſu Phil. lib. 6. de Rep. p. 507. tria concurrere dicit, ſcilicet oculi in videndo facultatem, calorem & tertium. 1. eſt lucem. & illius principem cauſam dicit eſſe ſolem,

lem, unde vim lux mutuetur. addit ille: οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ ἡ τοῦ ὁρᾷν αἴσθησις καὶ ἡ τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμις τῶν ἄλλων συζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ ἐζύγησαν, εἴπερ μὴ ἄτιμον τὸ φῶς. *i. Non exigua ideâ, sensus videndi & vis atque potentia rei quæ sub visum cadit jugo quodam conjugationum præstantissimo copulantur, nisi lux sit aliquod minimè contemnendum.* Quomodo colores fiant & videantur sive oculos ingrediantur, latè docet noster in Timæo suo p. 67. & seq. visum autem esse omnium sensuum præstantissimum, ibidem contendit. *Visibilis* autem speciem in duas particulas subdividit, quarum una imagines complectatur, cujus nomine intelligit umbras & simulacra earum rerum, quæ in aquis & in omnibus corporibus densis, levibus, pellucidis apparent, & altera comprehendat ea, quorum hæ similitudines quædam sunt. Ut animalia, plantæ & id genus aliæ res. Quid sit *auditus* & quemadmodum ille excitetur, explicat Plato in Timæo p. 67. ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην. Τὴν δ' ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν,

ἕδραν, ἀκοήν. i. *Omnino vocem ponamus pulſationem quandam ab aëre per aures, cerebrum & ſanguinem uſque ad animam ſe porrigentem. At motionem ex ea natam, à capite quidem ducentem initium & in ſedem hepatis deſinentem*, auditum ſc. *appellemus.* Etiam ipſe *Timæus* Locr. p. 100. dicit vocem ſive ictum in aere ad animum pervenire per aures, quarum meatus procedentes ad jecur uſque contingunt. & in his Spirituum motum vult eſſe *auditum.* Vocis autem diverſæ auditum ad ſermones & concentus percipiendos eſſe commodatum, tanquam, qui horum exordia & progreſſus det. *Guſtum* putat Timæus l. c. tactui ſimilem eſſe. nam συγκρίσει & διακρίσει καὶ τᾷ εἰς τὼς πόρως διαδύσει. i. *concretione & diſcretione & ſubtili quodam ad meatus ingreſſu*, fieri eum docet. additque requiri σχήματα. i. *figuras*, eorum corpuſculorum, quæ ἢ στρυφνὰ ἢ λεῖα. i. *aut acerba aut lenia* ſunt. De objectis guſtum excitantibus ſuprà memoratum. Vid. in Timæo Plat. p. 65. ubi addit, tendi à lingua venas ad cordis ſedem ſaporum nuncias. in quas, ſi quæ res ita inciderint; ut humidam carnis mollitiem penetrantes terreſtri ſua naturâ

modi-

modicè liquefactæ venas ipsas contrahant arefaciantque, sapores sentiuntur. *Olfactus* dicitur fieri sive odor percipi, βρεχομένων, ἢ σηπομένων ἢ τηκομένων, ἢ θυμιωμένων τινῶν. 1. *vel madescentibus vel putrescentibus vel liquatis vel suffumigatis quibusdam*, scilicet copusculis, venæ nec angustiores neque latiores, Φλέβες μήτε στενότεραι μήτε εὐρύτεραι αἰσθάνονται τῶν ὀσμῶν. 1. *sentiunt odores*: addit: δηλοῦται δὲ, ὁπόταν τινὸς ἀντιφραχθέντος περὶ τὴν ἀναπνοὴν ἄγῃ τις βίᾳ τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν. 1. *Percipiantur autem cum aliquid circa respirationem obstruitur & spiritum* *aliquis per vim in illum inducit*. Ex saporum autem perceptione duo dicit nomina manifesta fieri, τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν. 1. *suave & molestum*. Τὸ μὲν, addit, τραχῦνόντε καὶ βιαζόμενον τὸ κύτος ἅπαν ὅσον ἡμῶν μεταξὺ κορυφῆς τοῦτε ὀμφαλοῦ κεῖται: τὸ δὲ, ταυτὸ τοῦτο καταπραῦνον, καὶ πάλιν ᾗ πέφυκεν ἀγαπητῶς ἀποδιδόν. 1. *Hoc quidem exacerbat violatque omnem eam capacitatem quæ à summo capitis vertice ad umbilicum protenditur, illud v. eandem mulcet, & amico quodam ingressu naturalem ejus servat habitum*. v. Timæum Autogr. p. 100. Ubi *Tactus* ratione (ποτὶ ταὶ ἁφαὶ) ὁπόσα πάθεα τῶν σωμάτων ὀνυμαίνε-

ται, κλήζεται, τᾷ δὲ ῥοπᾷ ποτὶ τὰν χώραν, i. *quacunque affectiones corporis nominantur, appellationem sortiuntur, ipsa v. inclinatione ad locum.* Ratio: ἁ μὲν γὰρ ἁφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα· ξηρότατα, ὑγρότατα· λειότατα, τραχύτατα· εἴκοντα, ἀντίτυπα· μαλακά, σκληρά. i. *tactus enim vitales facultates dijudicat, caliditatem, frigiditatem: siccitatem, humiditatem: Lenitatem, asperitatem: cedentia, renitentia: mollia, dura.* Leve etiam & grave tactum dicit προκρίνειν. *proponere & præjudicare*; Rationem v. ὁρίζειν, i. *definire.* de reliquis, quæ his quinque sensibus adjunctæ sunt affectiones, infrà videbimus. nunc, traditâ animæ operatione, sensuumque illi servientium ministerio, ad pervidendum illius Statum eundum est.

Cap. XXII.

Animam *esse immortalem probat & à quibus eam hausisse dicatur. De* animorum *statu post mortem felici & infelici &* metempsychosi. *De* resurrectione *mortuorum & παλιγγενεσίᾳ, de culpa* animæ *primogenia. De ejus sede in corpore & distinctione à corpore. unde constituatur* animal. *ejus origo &* hominis *generatio. De* respiratione *animalis, & morbis ac morte. an* planta *animal. De* dæmonibus.

ANimam esse immortalem, præ cæteris contendit Plato, dicente *Cicerone*; Tusc. 49; *Plato pro immortalitate animæ tot rationes attulit, ut velle cæteris, sibi certè persuasisse, videatur. Laertius* in vita Plat. ἀθάνατον ἔλεγε τὴν ψυχήν. Ipse Philosophus idem probat in Phædro p. 245. ex eo, quod sit ἀεικίνητος. 1. *Semper moveatur:* Ita tamen ut à se moveatur. nam αὐτὸ κινοῦν οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτόν; οὔποτε λήγει κινούμενον, 1. *quod se ipsum movet, seipsum non deserens, nunquam desinit moveri.* Deinde ex eo, quod ex aliis non nascatur ἀγέννητος sit & illis det motus originem & principium. inde concludit: ἐπειδὴ δὲ ἀγέννητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. 1. *quod si nunquam oritur, nec occidere quidem unquam necesse est.* nam, ait ille, principium extinctum, neque

ipsum

ipſum ab alio renaſcetur neque à ſe aliud creabit. ſiquidem neceſſe eſt, à principio oriri omnia. & ita fit, ut motus principium ex eo ſit, quod ipſum à ſe movetur, id autem nec naſci poteſt, neque mori. unde iterum concludit: ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχύνεται; i. *Cum pateat igitur æternum id eſſe, quod ſe ipſum moveat. Ecquis eſt, qui propriam naturam hanc animis eſſe attributam neget?* Sciendum hic, Philoſophum non tantum per animam intelligere Deum: ſed & animam hominis, divinæ eſſe originis, ut in ſeq. docet, ubi & animi humani ἐντελέχειαν vocat οὐσίαν ὄντως οὖσαν: i. *eſſentiam per ſe conſtantem*, & διάνοιαν θεοῦ: & Divinæ illius rationis, quæ eſt in animo hominis, auguſtam mirabilemque naturam atque vim perſpicuis verbis oſtendit. Idem in Phædone p. 76. notat, ſc. illum per οὐσίαν ὄντως οὖσαν ſignificare vim & efficaciam & per διάνοιαν θεοῦ, conditionem ejus, i. quod θεῖα ſit dicenda. & ſic eum animo immortalitatem tribuere, ut tamen Deus ejus cauſa ſit cenſenda, unde Divinam & immortalem eſſentiam habeat, uti multis oſtendit *Plato* in eodem Ph. p. 100. mor-

tem

tem animam non recipere etiam moriente homine docet p. 105. ubi, quod vitæ causa ea sit in homine & contrarium ejus, scilicet mortem non recipere capax, ἀθάνατον & ἀνώλεθρον esse illam probat. Ut in se sit *indissolubilis*, licet separari à corpore possit, ex oppositione ad corpus mortale, differit Philos. in eodem p. 80. cum τ ψυχὴν τῷ θείῳ & τὸ σῶμα τῷ θνητῷ assimulari vult. & similis anima ibidem dicitur τῷ θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ. quidam contendunt animi immortalitatem didicisse Platonem ab Hebræis, quod Moses dixerit hominem factum esse ad imaginem Dei. quæ cum potissimum consistat in intelligendi vi, & immortalitate, ideo Deum referre hominem hoc respectu ex verbis Platonis in Alcibiade 1. p. 133. probant. & ex iis quæ in primo ad Boethum *Porphyrius* latius explicat applicatque. v. *Eusebium* lib. XI. præp. Evang. c. 14. ubi citato Platone lib. de anima similitudinem Dei in homine spectasse ἀφθαρσίαν & ἀθανασίαν contendit. quomodo homo dictus sit referre Deum ratione sapientiæ & justitiæ, vide cap. 2. Eodem spectat, quod voluc-

voluerit Phil. animos nostros, antequam nasceremur, extitisse. Sic & apud *Macrobium* lib. 1. in somn. Scip. c. 1. Quomodo Platonici animi immortalitem probent, videatur apud eundem lib. 2. in somn. Scip. c. 13. Plura qui velit de asserta à Platone animarum immortalitate, legat *Athenæum* lib. XI. deipnos. c. 249. *Lactant.* lib. 3. de fals. sapientia cap. 18. *Plutarch.* lib. 4 de pl. Phil. c. 7. & ipsum Philosophum in Phædone p. 73. in Gorgia p. 524. in Menone p. 81 & 86. X de Republ. p. 608. & in Timæo p. 42. & Epist. 7. p. 335. & in Axiocho p. 365. In Phædone imprimis illam de animorum immortalitate doctrinam se constanter tenere profitetur, ita ut mortem libens obeat meliorem aditurus vitam. quamvis existimet seq. pag. λόγῳ θείῳ τινὶ ad exploratam de animæ immortalitate fidem opus esse. De animorum statu post mortem etiam differit in eodem Phædone p. 80. & seq. cum jam dixerat, animum ut inconspicabile quidpiam post vitam in alium locum abire, ut generosum, purum & inconspicabilem apud ipsos inferos, reverâ ad bonum & providentem Deum. Siquidem purus animus discesse-

rit,

rit, nihil à corporis contagione ſecum trahens, qui nihil cum eo, cum homo viveret, ſpontè communicaſſet. & addit; Illum à corpore liberum in inconſpicabilem quendam feliciſſimumque locum proficiſci, ubi cum Deo, cui cognatus ſimiliſque eſt, conjungatur, ſic ille: Οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα, εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέρχεται. Τὸ θεῖόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνιμον; Οἷ ἀφικομένῃ ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι, πλάνης καὶ ἀγνοίας καὶ φόβων καὶ ἀγρίων ἐρώτων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν ἀνθρωπείων ἀπηλλαγμένῃ. I. *nonne ſic comparatus animus ad Divinum quoddam ſibi ſimile proficiſcitur? Divinum, inquam, & immortale & ſapiens? quò cum pervenerit, omnino felix evadit, ab errore, ignorantia, terroribus, feris amoribus aliiſque humanis liberatus malis.* & præcipuè *anima virtute ornata* dicitur in locum ſanctiorem migrare, lib. x. de legibus p 904. & p. 614. vult, præmia, quæ in hac vita juſtitiæ accedant, nihil eſſe, ſi cum iis comparentur quæ in ſecunda vita juſtitiam manent. Certam igitur cumulatamque felicitatem in vita immortali futuram: & contra cumulatam infelicitatem impios obvoluturam, ut perpetuæ cujuſdam miſeriæ cruciatus ſen-

ſentiant. & in hanc ſententiam adfert μῦθον ſive ἀπόλογον, ex Ægyptiorum vel Phænicum doctrina, quâ & juſtorum & injuſtorum in altera vita ſtatus & conditio graphicè repræſentantur. Ergo & juſtorum ſpem de meliore ſtatu poſt hanc vitam præfert. quam ſententiam eum mutuatum eſſe è ſcripturis Hebraicis, vult *Clemens* lib. 1. ϛρωμ. p. 315. ſic ille: ἄρ' οὖν δοκεῖ σοὶ πίστεως ἐκ τῆς Ἑβραϊκῶν γραφῶν τ μετὰ θάνατον ἐλπίδα τ δικαίου σαφηνίζειν. Animos impuros corporiſque contagione pollutos poſt fata ad craſſa, terrena & conſpicabilia loca proficiſci, Plato in Phædone docet. Sic quoque *Theodoretus* ex eo, lib. XI. de curat. Græc. Aff. exiſtimans hæc illum habere ab Hebræis. additque Plato, quod περὶ μνήματα τε καὶ τάφους κυλινδουμένη ἕλκεται εἰς τ ὁρατὸν τόπον φόβῳ τ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου. i. *quod trahatur ſcilicet anima impura ad conſpicabilem locum inconſpicabilis illius & inferni metu & oberret circa monumenta & ſepulcra.* quod impurorum animorum triſtiſſimus ſit exitus, tradit Philoſ. in Phædone p. 83. & eorum pœnas poſt illum pag. 113. In univerſum *Cicero* 2. de legibus p. 69. de Plat. ſic loquitur: *Plato eadem*

eadem dicit de immortalitate animorum & reliqua post mortem tranquillitate bonorum & pænis malorum. varium & multiplicem animorum statum, cum ex hac vita migrant & rursus in alteram hanc remigrant, docet in Phædro p. 248. quæ doctrina ejus nititur μετεμψυχώσει, quam ille à Pythagora mutuatus est: dicente *Cicerone* 1. Tusc. 39. *Plato de animorum æternitate non solum sensisse idem quod Pythagoras, sed rationem etiam attulisse* fertur. Hanc doctrinam Plato proponit lib. x. de Rep. p. 620. qua ibi etiam novam animabus formam accedere per illam migrationem affirmat. & de anima mundi p. 104. v. *Arnobium* lib. 2. contra gentes p. 54. *Hieronymum* tom. 1. Apolog. adversus Ruf. c. x. *Theodoret*. lib 5. de curat. Gr. Aff. Et ideo *Laertius* in vita ejus, juxtà Platonem dicit continua illa atque iterata transmigratione τὴν ψυχὴν πολλὰ μεταμφιεννυμένην σώματα. i. *animam multis superindui corporibus*. v. & *Athenæum* lib. xv. deipnos. c. vii. Plato asseverat, animas tamdiu vagari, donec alia corpora temporum statis vicibus induerint. Ea autem corpora sic induere dicebantur illæ, quæ prioris vitæ rationibus convenirent. v. in

Phædon. p. 81. ubi vult eos, qui gulositates, contumelias, lascivias cogitarunt nec ab illis rebus caverint, in asinorum genera migrare similiumque ferarum formis indui, verisimile esse. item eos, qui injustitias, tyrannides, rapacitates in pretio & honore habuerunt, in luporum, accipitrum milvorumque genera commutari: Timæus L. in libro de anima mundi circa finem, ignavorum animas dicit migrare in corpora muliebria corporibus tributis ad ignominiam homicidarum, in ferarum corpora ad pœnam & supplicium: libidinosorum in suum vel aprorum formas: levium & temerariorum hominum in species volatilium animantium, quæ in aere solent versari: otiosorum imperitorum, & stolidorum in aquatilium speciem. Et sic dicit migrationum illarum circulum fieri, quo decem annorum millibus in idem non revertantur. v. quoque Plat. in Phædro p. 248. In hac doctrina vult semper contendendum esse ad cœlestia, per quæ felicitas obtineatur. sic ille lib. x. de Rep. p. 621. Ἐμοὶ πειθώμεθα νομίζοντες ἀθάνατον τὴν ψυχὴν καὶ δυνατὴν πάντα μὲν κακὰ ἀνέχεσθαι. πάντα δὲ ἀγαθὰ τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἑξόμεθα. 1. *Sermonibus hisce parea-*

pareamus immortalem esse animam statuentes & hujuscemodi, ut & mala omnia & bona possit sustinere, viam illam, quæ nos ad Superiora & cælestia loca diduxerit, assiduò sequemur. & in *Phædone* p. 107. Ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα scilicet ψυχὴ, οὐδεμία ἂν εἴη αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ κακῶν, οὐδὲ σωτηρία, πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι. 1. *Cum anima appareat esse immortalis, nulla profectò alia est ipsi malorum fuga, nullaque alia salus quàm ut & optimus & sapientissimus existat.* & ibidem illam dicit esse vitæ intemperiem, ut bonis viris malè, & malis bene sit. & ideo necessum esse, ut extet alia vita, in qua rectiori judicio hæ iniquitates componantur, & unicuique pro merito vel merces vel supplicium contingat, quæ animare nos ad bene vivendum vult. De mortuorum *resurrectione* etiam Platonem locutum ferunt. In Politico p. 270. & seq. plura de ea narrantur. Sed pauca tantum inde excerpam: primò dicit, τὸ ζῆν πάλιν ἐπίκτητον κεκτημένον καὶ λαμβάνοντα ἀθανασίαν ἐπισκευαστὴν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ: 1. *Vitam hauriri extrinsecus & immortalitatem ab opifice suo adscititiam precariò nos accipere.* Eamque rem mirabilium causam esse

vult in seq. scilicet universitatem hanc ita, ut nunc, volvi aliquando in contrarium. & quæritur quo pacto? Respondetur: Mutationem hanc existimari debere omnium cœlestium alternationum maximam extremamque fore: & tempore illarum deletis animalibus & multo hominum genere eventuros mirabiles casus, quando cœlum contra quam nunc reflectetur. Et in seq. describitur variorum animalium & hominum παλιγγενεσία, ubi inter alia in hanc rem sic loquitur: τὸ δὲ γηγενὲς εἶναι ποτὲ γένος λεχθὲν, τοῦτ' νῦν τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸ χρόνον ἐκ τῆς γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον: 1. *quando autem quandoque genus dicitur ortum ex terra fuisse, ea tempestate id ex terra redivivum emergit.* & hanc sententiam *Eusebius* lib. XI. de præp. ev. c. 18. putat derivatam ab Hebræis. Et confitetur ibidem hospes Platonis se aliunde hæc didicisse, scilicet à primis majorum; qui post primam revolutionem orti sunt. amplius: ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δὲ ἐν γῇ, πάλιν ἐκεῖ ξυνισταμένους εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως. 1. *Ex mortuis scilicet, sed in terra reconditis illos iterum restitutos & in novam vitam restauratos quosdam sequi rotationem generatione in contrariam revoluta,* & postea

ſteà pag. 272. ἐκ γῆς γὰρ ἀνεβιώσκοντο πάντων. 1. *omnes ex terra redivivi naſcebantur.* &c. plura de reſtitutione rerum, poſtquam πάντων τούτων χρόνος ἐτελειώθη, futurâ in ſequentibus Plato perſequitur. vid. & *Auguſtinum* lib. x. de civit. Dei c. 18. & hæc καταστροφὴ tunc dabit partim felicitatem, partim perpetuas miſerias & cruciatus. Quomodo autem homines prius felicitate exciderint ſua culpa, oſtendit Plato in Politico p. 271. & ſeq. *animæ* in corpore ſedem alii aliam faciunt. ſed Philoſophus hic in capite eum figit, dicente *Tullio* 1. Tuſc. 20. *Plato principatum animæ.* 1. *rationem in capite ſicut in arce poſuit.* in cerebro, ut teſtantur *Hieronymus* in Danielis c. 2. & *Theodoretus* de cur. Gr. aff. lib. 5. In homine ut differt anima à corpore, oſtendit Philoſophus in Epinomide p. 983. ubi ſic: διαφέρειν δὲ ψυχὴν σώματος. ἔμφρον δὲ μὲν που, τὸ δὲ ἄφρον θήσομεν. ἄρχον δὲ, τὸ δὲ ἀρχόμενον καὶ τὸ μὲν αἴτιον ἁπάντων τὸ δὲ ἀναίτιον πάσης πάθης. 1. *animum ita differre à corpore, quod ille mente ſit præditus, hoc v. careat: ille dominetur, hoc ſubjiciatur. hoc nullam ullius affectionis cauſam præbeat, ille omnium ſit cauſa.* Anima autem juncta corpori facit *animal.*

quod quid sit, ostendit *Plato* in Epinomide p. 981. ubi, φέρε δὴ, inquit, ζῶόν γ' ἀληθέστατα λέγεσθαι κατὰ φύσιν, φῶμεν τοῦτό γε, ὅταν μία ξυνελθοῦσα σύστασις ψυχῆς καὶ σώματος ἀποτέκῃ μίαν μορφήν. ζῶον μὲν δὴ τὸ τοιοῦτον καλεῖται δικαιότατα. i. *Age igitur hoc animal verissimè dici secundum naturam affirmamus, cum una animi & corporis constitutio ita in unum convenit atque coalescit & veram parit formam. Hujuscemodi ergo quippiam optimè appellatur animal.* Animalium originem arcessit à Deo, in dicta Epinomide p. 983. & seqq. & in Timæo suo p. 38. & seq. item in libro de anima m. p. 99. ubi sic ei animalium & hominis creatio tribuitur, ut corporum creandorum potestas etiam opificis ministræ naturæ convenire dicatur. v. & Laërtium in vita ejus. Homines & cætera animalia quanquam ei dicant facta è quatuor elementis, præcipuè tamen ea constare è terra contendit. De generibus animalium ibidem plura vide. & in Timæo p. 40. & de terrestrium divisione, in Politico p. 264. & seqq. v. & *Plutarchum* lib. 5. de pl. Philos. c. 20. ubi animas omnium, etiam quæ bruta dicuntur, animalium rationis esse compo-

tes,

tes, non tamen ea agere secundum rationem putat: Idque fieri ob incommodum corporum temperamentum & quia loquela destituuntur. *Fœtum* in utero etiam esse *animal*, referente *Plutarcho* lib. v, de pl. Ph. cap. xv. censuit Plato, quod & moveatur in eo & alatur. Juxtà quem apud eundem dicto libro c. 3. *Semen* à medulla dorsi derivata res esse dicitur. & vis ejus incorporea velut mens movens, corporea autem materia, quæ profunditur. Pleniùs in Timæo p. 91. ubi: τὴν τοῦ ποτοῦ διέξοδον, ᾗ διὰ τοῦ πνεύμονος τὸ πόμα ὑπὸ τοὺς νεφροὺς εἰς τὴν κύστιν ἐλθὸν καὶ τῷ πνεύματι τὸ θλιφθὲν ξυνεκπέμπει, δεχόμενοι ξυνέτρησαν εἰς τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸν αὐχένα καὶ διὰ τῆς ῥάχεως μυελὸν ξυμπεπηγότα. ὃν δὴ σπέρμα εἴπομεν. 1. *Ipsum potus meatum, quo per pulmones sub renes in vesicam defluens & Spiritui mixtus elisusque depromitur Dii in fistulæ modum in compactam medullam à capite per cervicem & spinam derivarunt, quod semen appellamus.* in seq. de generatione hominis agit, circa quam desipuisse Philosophus videtur, dum ineptissimum Ægyptiorum figmentum profert περὶ τῆς μεταφύσεως. 1. *De naturarum commutatione*. De animalis *respiratione* latè

tractat Philosophus in Timæo p. 79. sed Autographus p. 101. & seq. breviter de ea in hunc modum: ἁ δ' ἀναπνοὰ γίνεται, μηδενὸς μὲν κενεῶ ἐν τᾷ φύσει ἐόντος, ἐπιρρέοντος δὲ καὶ ἑλκομένω τῶ ἀέρος ἀντὶ τῶ ἀπορρέοντος διὰ τῶν ἀοράτων στομίων, δι' ὧν καὶ ἁ νοτὶς ἐπιφαίνεται, τινὸς δὲ καὶ ὑπὸ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀπαναλουμένω ἀνάγκα ὧν ἀντικαταχθῆμεν τὸ ἴσον τῷ ἀναλωθέντι. i. *respiratio autem fit cum nihil vacui in natura sit: aer autem per oscula, quæ videri non possunt & attrahitur & influit in ejus vicem, qui affluxit. Ex quibus etiam meatibus sudor provenit, cum aliquid etiam à naturali calore absumatur. necesse est vicissim introduci æqualem motum ejus, qui absumptus est.* εἰ δὲ μὴ (addit) κενώσιας εἶμεν i. *quod nisi fieret, vacuum aliquid daretur.* Sed hæc sententia de respiratione refellitur ab *Aristotele* lib. de respiratione c. 5. de *morborum* in animalibus causis Philosophus agit multis in Timæo p. 82. & 84. & Autograph. p. 102 & seq. ponitque principem causam, τᾶς πράτων δυναμίων ἀσυμμετρίας. i. *primarum facultatum intemperiem atque perturbationem.* sc. si simplices facultates vel redundant vel defecerint, caliditas, frigiditas, humiditas aut sicci-

ficcitas. Poft has dicit fanguinis fieri mutationes & alterationes ex corruptione carnis tabidæ. &c. vide plura l. cit. *Mors vitæ contraria* (θάνατος τῇ ζωῇ ἐναντίον) dicitur Philofopho in eodem Phædone p. 105. & in Gorgia p. 524. ὁ θάνατος τυγχάνει ὢν οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. i. *mors nihil aliud eft quam duarum rerum diffolutio animi & corporis, quæ fit ab invicem.* quod potiffimum referri ad hominem videtur. in Phædone p. 64. ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγή. i. *Solutio & feparatio animi à corpore* vocatur. v. & p. 107. & Plutarch. lib. 5. de pl. Phil. c. 24. caufamq; ejus unde acceffat, ibidem vid. Adde hic, quod Philofophus etiam Plantas animalium numero cenfeat, uti teftatur *Plutarchus* lib. 5. de pl. Phil. c. 26. 10. argumento, quod & nutent & ramos habeant directos, qui inflexi, fi remittantur, fuum repetant locum atque rectitudinem. *Dæmonas* dari, affirmat Plato in fuo Timæo p. 40. eofque hactenus pro Diis habuit, ut legibus obtemperaret, quarum rigorem in exemplo Socratis didicerat. v. *Laertium* in vita ejus: reverâ autem Deos effe negat vel neceffariis vel probabilibus

argumentis constare. neque eos esse immortales, in eodem lib. Tim. affirmat. Quomodo autem Dæmones animalium genera sortiti sunt, tradit in Politico, p. 271. ubi καὶ δὴ καὶ, inquit, τὰ ζῶα κατὰ γένη καὶ ἀγέλας οἷοι νομεῖς θεῖοι διειλήφεσαν δαίμονες, αὐτάρκης εἰς πάντα ἕκαστος ἑκάστοις ὤν, οἷς αὐτὸς ἔνεμεν. 1. *Animalium quoque genera gregatim distincta Dæmones quidam tanquam Divini pastores sortiti sunt, quorum quisque muneri suo obeundo cum satis valeret, singuli singulis, sicut ille voluit, præficiebantur, quibus præerat ipse.* Illos Dæmones quoque cultu afficiendos, 1. sacrificiorum, vult lib. 4. de legibus p. 717. *Divinationem* etiam Philosophus introduxit, quæ sit Divinus mentis instinctus secundum animi Divinitatem. Huc etiam divinationem ex insomniis retulit, plurimasque divinandi rationes probavit, ceu tradit *Plutarchus* lib. 5. de pl. ph. c. 1. & ipse in Timæo suo p. 71. latius hæc exponit, ubi inter alia, & in quadam jecoris parte divinandi vim hærere, & Deum illius artem dementiæ tribuisse illamque à fatidica & furiosa natura dependere, affirmat. In convivio pag. 202. & seq. docet, *Dæmonum* naturam inter Deum & mortale

tale

tale intermediam esse, illosque interpretum & portitorum quasi munere fungi, ut res humanas ad Deos & Divinas ad homines transmittant: horum quidem preces & sacrificia, illorum verò præcepta & sacrificiorum remunerationes & præmia. item Dæmonum naturæ ductu & auspiciis artem divinatricem progredi omnemque sacrificiorum procurationem, quantum vel in sacrificiis vel expiationibus vel incantationibus versatur. & sic intermediis Dæmonibus commercium omne & colloquium inter Deos hominesque vel vigilantes vel dormientes fieri, autumat. & qui artis divinandi peritus est, cum à Dæmonum natura Dæmonium appellari vult. ita enim ille: ὁ μὲν περὶ ταῦτα scil. μαντείαν καὶ γοήτειαν σοφὸς δαιμόνιος ἀνήρ. Atque hæc de illis. restant nunc præcipua, quæ morum disciplinam spectant, Philosophi placita.

CAP.

Cap. XXIII.

Ut moralem *Philosophiæ partem constituit Plato. qui finis ejus*, *quod* summum *homini* bonum *&* felicitas *summa. quæ ad eam via. de animi affectionibus & appetitibus. de actionibus* voluntariis *&* involuntariis. *de* gaudio, voluptate, dolore, timore *&* spe. *de* virtute *ejusque definitionibus*, *& quæ ei contraria.* pietas *erga Deum & parentes. ubi* religio. & fortitudo *quæ?*

Moralem Philosophiæ partem sive benè vivendi, ut instituit Plato (qui animi & virtutis Magister dicitur *Cic.* 3. de Orat. 137) & quatenus, videre est apud dictum Ciceronem lib 1. Ac. Q. qui ait, *illam petiisse eum à naturâ eique parendum esse, neque ulla alia in re nisi in natura quærendum esse illud summum bonum, quò omnia referuntur.* addit: *constituebant sc. Platonici extremum esse rerum expetendarum & finem bonorum adeptum esse omnia è natura & animo & corpore & vita.* quæ autem in specie singula & corporis & animi bona summum bonum constituant, in seq. tradit. licet apud *Laertium* in vita ejus, virtutem cum adjumentis suis velit sufficere ad beatitudinem. Ipse Philosophus in Alcibiade 1. p. 124. docet, vivere bene & feliciter finem esse Ethices, cujus ta-

tamen vitæ inftituendæ fundamentum Deus fit. & quidem ad τὸ θεῖον λαμπρὸν totam vitam noftram præcipit revocari debere & ita eam ex virtute inftitui, ut θεοφιλῶς vivamus. & fic quoque conftituit virtutes Ethicas & finem hujus doctrinæ, ut optimi ad res gerendas fimus. Vulgi fummum bonum (quod tamen non eft bonum) ut habet *Plato* lib. 2. de legibus p. 661. tradit 1, effe fanum; 2 pulcritudinem: 3 robur: 4 divitias, & hujufmodi plurima. v. Laertium in ejus vita. & fic ex opinione vulgari ait, τὸ τέλος ἁπάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ πάντα ταῦτα κεκλημένον, ἀθάνατον εἶναι γενόμενον, ὅτι τάχιστα. Sed oftendit ille, quod fi quis expers fit juftitiæ cæterarumq; virtutum, illa bona nihil ei prodeffe ad felicitatem, licet felicitatis cupiditas omnibus hominibus fit infita, juxtâ eundem in convivio p. 204. Summum bonum non effe gaudium, voluptatem & oblectationem, monftrat in Philebo p. 11. Sed potius effe fapere, intelligere, meminiffe & quæ his funt affinia. vid. *Ariftotelem* lib. x. de moribus cap. 2. nec in voluptate fenfuum & per fe nec in fapientia ineffe felicitatem; fed in illarum mixtione, vi & beneficio tertii cujufdam fcili-

ſcilicet boni ἰδέας, quod αὐταρκῆ, αὐτοαγαθὸν & τέλειον vocat. 1 *Deum*. Sapientiam tamen vult reſpectu voluptatis excellere, in bonorum genere, quæ ad tertium illud ſummum bonum propius accedat. voluptates tantum hic bonas honeſtaſque intelligit, quas tamen in genere ſummi boni rejicit lib. 6. de Rep. p. 505. item prudentiam in Philebo p. 20. item eruditionem & ſcientiam l. cit. de Rep. & in Euthydemo p. 279. & 292. Τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα quid ſit, oſtendit libro de Rep. cit. nec quicquam ſine illo ſummo bono prodeſſe. pag. 506. vult, illius ſummam eſſe majeſtatem & difficilem ſcientiam. & p. 508. boni ideam eſſe ſcientiæ & veritatis cauſam, quæ per mentem & intelligentiam cognoſcitur. dicitque ſummum bonum ſcientia & veritate eſſe pulcrius. p. 510. ἀγαθὸν ſive Deum vocat πρῶτον καὶ κύριον αἴτιον & ſeq. pag. οὐ παντὸς ἀρχήν. In Philebo p. 13. veram & præ omnibus maximam felicitatem collocat in Deo, qui infinitus per omnes res efficaciter permeans: etiam, ut dictum, rerum principium ibidem dicitur, & præcipuè cum unus ille deprædicetur, ut infinitus, ſimpliciſſimus, æternus. v. & ſeq. pag. plura.

ſcili-

scilicet τὸ ἓν ἄπειρον, καὶ μὴ τῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων. & pòst: μήτε γένεσιν μήτε ὄλεθρον προσδεχόμενον. & quod sit ἀεὶ, καὶ πάλαι καὶ νῦν. item οὔτε μὴ παύσεταί ποτε οὔτε ἤρξατο νῦν. Deo similem fieri, beatum esse, Plato censuit, juxtà *Theodoretum* lib. 1. de curat. Gr. Aff. & lib. xi. & lib. 6. *Laertio* teste in vita ejus dicitur τέλος μὲν εἶναι τὴν ἐξομοίωσιν τῷ θεῷ. i. *finem esse, Deo similem fieri.* quod cum obtineri non possit in hac vita, ut ipse fatetur in Epinomide p. 973. est tamen καλὴ ἐλπὶς τελευτήσαντα τυχεῖν ἁπάντων, ὧν ἕνεκα τις προθυμοῖτ' ἂν ζῶντε ὡς κάλλιστ' ἂν ζῆν κατὰ δύναμιν καὶ τελευτήσας τελευτῆς τοιαύτης τυχεῖν. i. *Præclara spes, futurum, ut postquam ex hac vita discesserimus, ea omnia abundè consequamur, quorum gratia, dum viveremus vitam optimè instituere summo studio cupiebamus, in eamque rem omni contentione incumbamus, ut vita functi felicem hujusmodi finem adipisceremur.* quæ sit via, quæ media ad felicitatem ducentia, docet *Timæus* Autograph. p. 104. inter quæ hoc numerat scilicet τοῖς θείοις ἐνδιατρίβειν σὺν αὐταρκείᾳ τε ποτ' ἀνθρωπείᾳ καὶ συνεργίᾳ ἐπὶ τὸν σύμμετρον βίω χρόνον. i. *In rerum Divinarum cognitione versari, ut animum*

mum gerat quis sua sorte contentum humanosque casus sub se positos habeat & in hoc animi æquitate quasi secundo flumine ad moderatam temperatamque vitam aspiret. & illum, qui sic agit, dicit esse εὐδαίμονα. &, ὅτῳ μὲν ὁ δαίμων μοίρας τὰς δ' ἔλαχε, δι' ἀλαθεστάτην δόξαν ἄγεται ἐπὶ τὸ εὐδαιμονέστατον βίον. 1. *Et is, cui Deus has sortes attribuerit per verissimam opinionem ad felicissimam vitam deducitur.* De animæ affectionibus & πάθεσι, quid censuerit Plato, nunc inquirendum. Animo humano intelligentiam sic tribuit Phil. ut eam necessario ei convenire dicat in Timæo p. 30. ubi νοῦν δ' αὖ, inquit, χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῷ διὰ δὴ λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστάς. 1. *Intelligentiam v. sine animo inesse nullo modo posse. Ex illius ratiocinationis formula intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore.* hominis tres *appetitus* describuntur apud *Plat.* lib. 6. de legibus, p. 782 & seq. ubi: ὁρῶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριττῆς χρείας καὶ ἐπιθυμίας ἠρτημένα, δι' ὧν ἀρετήν τε αὐτοῖς ἀγομένοις ὀρθῶς καὶ τοὐναντίον ἀποβαίνει κακῶς ἀχθεῖσι. 1. *video omnia hominibus ex triplici necessitate & cupiditate pendere, quarum appetitus, si rectè*

dican-

dicantur, virtus. sin contrà malè, contrarium, id est, vitium innascitur: deinde recenset, quæ illa sint, scilicet ἐδωδὴ καὶ πόσις, quæ sic innatæ dicuntur, ut naturalis sit appetitus: & ita animal & proinde homo suarum cupiditatum voluptatumque æstro percellitur, ut ad eas explendas animi impetu feratur: omnemque det operam, ut à dolore & molestia se liberet. in Philebo. p. 34. dicuntur πείνη καὶ δίψος. 1. *esuritio & sitis.* Tertium appetituum genus in seq. l. cit. de legibus sic describitur: τρίτη δὲ ἡμῖν καὶ μεγίστη χρεία καὶ ἔρως ὀξύτατος, ὕστατος μὲν ὁρμᾶται, διαπυρωτάτους δὲ τοὺς ἀνθρώπους μανίαις ἀπεργάζεται πάντως ὁ περὶ τὸ τοῦ γένους σπορὰν, ὕβρει πλείστη καόμενος. 1. *Tertium & maximum necessitatis genus & vehementissima quædam cupiditas ultima impellitur, sed ardentissimis vecordiæ & petulantiæ facibus perurit & exagitat appetitus ille, qui est circa generis propagationem.* tribus vinculis scilicet φόβῳ καὶ νόμῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ constringendos esse hos appetitus ibidem vult Philosophus, ad quorum vinculorum subsidium etiam advocari debere existimat & Musas & Deos certaminum præsides πρὸς τὸ σβεννύναι τὴν αὔξην τε καὶ

ἐπιῤῥοήν. i. *ut illorum morborum & incrementum & influxum extinguant.* ſæpe cupiditatem citra rationem ad voluptates nos trahere, & imperare, confitetur Philoſophus in Phædro p. 238. quod imperium ὕβριν ſive procacitatem vocat, & ſi fiat circà cibos appetendos γαστριμαργίαν. i. *ingluviem* appellat. & alias ſpecies aliis peculiaribus nominibus inſigniri vult. Sed animam noſtram eſſe liberam dominamque ſuorum, quibus ſæpe perturbatur, affectuum neque ulla neceſſitate aut violentia cogi ad peccandum, è Platone oſtendit *Theodoretus* lib. 5. de cur. Gr. Aff. de actionibus autem *voluntariis* & *involuntariis* Plato lib. 9. de legibus p. 874. agit. ubi ille ſic: αἱ βίαιοι πράξεις ἀκούσιοί τε καὶ ἑκούσιοι. & pòſt, τὰ μὲν ἑκούσια ſcil. τραύματα, τὰ δὲ θυμῷ, τὰ δὲ φόβῳ, τὰ δὲ ὁπόσα ἐκ προνοίας ἑκούσια συμβαίνει γιγνόμενα. i. *alia autem non ſponte & compoſitò, alia per iram, alia metu, alia ſponte & conſultò fiunt.* & præcipuè hæc latius explicat p. 860. & ſeq. quæ applicat materiæ de criminibus, ita ut quædam dicat fieri præter voluntatem, quædam certa & deſtinata voluntate. ſic duo ἀκούσιον & ἑκούσιον ibi diſtinguens eorum medium eſſe dicit

quod sit per iram, quodque distingui vult ab eo, quod per odium fit, 1. destinata malitia compositisque consiliis. & concludit: διωρεῖς ἐν αὐτοῖς ἀκούσιά τε καὶ ἑκούσια ἀδικήματα. 1. *discrimen igitur statues inter voluntarias & involuntarias injurias.* damna tamen quæ præter voluntatem illata sunt nec numero, neque magnitudine per se dicit minora esse illis, quæ certa voluntate fiunt. βλάβαι γὰρ, inquit, ἀκούσιοι τῶν πάντων οὔτ' ἀριθμοῖς οὔτε μεγέθεσιν ἐλάττους εἰσὶ τῶν ἑκουσίων. Injuria tamen ex involuntario profecta tanta non est, ut in seq. εἴπῃς τινὰ τὶ πημαίνει μὴ βουλόμενος, ἀλλ' ἄκων, ἀδικεῖν μὲν ἄκοντα. 1. *Si quis alium non lædit volens, sed nolens, illum quidem injuria afficere, sed invitum.* quod proprie injuriam non esse censendum his indicat: οὐδὲ ἀδικίαν τὸ παράπαν θήσω τὴν τοιαύτην βλάβην. Præterea Philosophus pag. 863. animo inesse vult partem iracundiæ deditam, contentiosam atque pugnacem & proinde rationis esse expertem & multa impetu, nî ratione ducatur, pervertentem. de quo suprà dictum. Tertiam delinquendi causam ignorantiam facit. Τρίτον μὴν ἄγνοιαν, inquit, λέγων ἄν τις τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν, οὐκ ἂν ψεύδοιτο. quam sim-

ſimplicem facit & duplicem. Illam levium peccatorum cauſam eſſe cenſet: Hanc vocat, quando non tantum ignorantia aliquis laborat, ſed etiam ſapientiæ opinione inflatus, quæ omnino ignoret, ſe noſſe prorſus, arbitretur. eamque, ſi vires nacta fuerit, ingentium malorum cauſam eſſe dicit: ſin autem imbecillitate urgeatur, peccata inde orta mollioribus legibus ſubjecta eſſe ſtatuit. Ignorantiam maximam & nullo modo excuſabilem deſcribit *Plato* lib. 3. de legibus, p. 689. ubi: ὅταν τῷ τὶ δόξον καλὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι φιλῇ τοῦτο, ἀλλὰ μισῇ. Τὸ δὲ πονηρὸν καὶ ἄδικον δοκοῦν εἶναι φιλῇ τε καὶ ἀσπάζηται. i. *Cum quis id quod honeſtum eſt & bonum exiſtimat, non amat, ſed odio proſequitur: illud v. quod malum & injuſtum eſſe moverit, amat atque amplectitur.* & poſt eam ἀμαθίαν ἐσχάτην καὶ μεγίστην appellat. Jam paucis videamus de gaudio, voluptate, dolore, timore & ſpe. Gaudium eſſe vult Philoſophus in Gorgia p. 489. ſcil. quando τοῖς χαίρουσι πάρεισι τὰ ἀγαθὰ, αἱ ἡδοναὶ, εἴπερ χαίρουσι. i. *bona adſunt gaudentibus ſcilicet voluptates, quatenus gaudent. Voluptatem* & *dolorem* eodem genere contineri, videre eſt in Philebo p. 31. ubi:

ἐν τῷ μοι γένει φαίνεσθον ἅμα λύπη τε καὶ ἡδονὴ γίγνεσθαι κατὰ φύσιν. ubi illam appellat harmoniam, eique jungit ὑγείαν. & λυομένης ἁρμονίας λύσιν φύσεως καὶ γένεσιν ἀλγηδόνων γίγνεσθαι, i. *dum solvitur harmonia simul naturæ solutionem & dolorum generationem fieri* dicit, sed ἡδονὴν γίγνεσθαι ἁρμοττομένης τε καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης. i. *Voluptatem generari cum se harmonia coaptat & in suam naturam venit.* Sed hæc ad corporeos affectus pertinent. Voluptas animi describitur in Philebo pag. 33. ubi, καὶ μὴν τόγε, inquit, ἕτερον εἶδος τῶν ἡδονῶν, ὃ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἔφαμεν εἶναι διὰ μνήμης πᾶν ἐστι γεγονός. i. *atqui altera voluptatum species, quam ad animam diximus pertinere, tota è memoria nata est illaque constat.* Et in seq. fatetur, animi voluptatem vix explicari posse citrà corporis consortium. Memoria autem ut hic agat, ita indicat pag. 35; τὴν ἄρα, inquit, ἐπάγουσαν ἐπὶ τὰ ἐπιθυμούμενα ἀποδείξας μνήμην λόγος ψυχῆς ξύμπασαν τήν τε ὁρμὴν καὶ ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζώου παντὸς ἀπέφηνεν. i. *Cum igitur hic sermo evicerit, memoriam ad eas res, quæ concupiscuntur, rapere atque impellere: animæ omnem impetum & cupiditatem & in quovis animali principatum*

patum sane statuit. Quomodo autem dolorem & voluptatem animus concipiat, è seq. discere licet: ἀλγεῖ μὲν τὸ πάθος ἀλγεῖ, μέμνηται δὲ τῶν ἡδέων γενομένων, παύσοιτ' ἂν τοῦ ἀλγηδόνος, πεπλήρωται δὲ μήπω. 1. *Dolet scilicet, quia patitur, meminit a præteritatum voluptatum, cum cessat quidem in eo dolor, sed nondum repletus.* quærit tamen, an tunc doleat, an gaudeat homo? respondet duplicem in eo esse dolorem, κατὰ μὲν τὸ σῶμα ἐν τῷ παθήματι, κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν, προσδοκίας τινὶ πόθῳ. 1. *quod ad corpus quidem attinet, ipsius affectionis sensu, ad animum vel expectationis quodam desiderio.* *Timor* quoque est, ut dolor, voluptatibus contrarius, juxtà Philosophum lib. 1. de legibus p. 647. ubi duo Timorum genera recenset. Φοβούμεθα, inquit, μέν που τὰ κακὰ προσδοκῶντες γενήσεσθαι. &: Φοβούμεθα δέ γε πολλάκις δόξαν, ἡγούμενοι δοξάζεσθαι κακοὶ πράττοντες ἢ λέγοντές τι τῶν μὴ καλῶν. ὃν δὴ καὶ καλοῦμεν τὸν φόβον ἡμεῖς γε (οἶμαι δὲ καὶ πάντες) αἰσχύνην. 1. *Timemus scilicet mala, quæ futura expectamus, & metuimus sæpe de nostra existimatione, ne habeamur mali, cum aliquid aut dicimus aut facimus non satis honestè. quem timorem nos quidem timorem, pervulgatus autem usus*

pudo-

pudorem nominat. quanquam timor latius pateat, quam pudor, ut notat in Eutyphrone p. 12. sic ut sit ibi etiam timor, ubi & pudor. Quæ timor dimittit bona, *Spes* restituit, & ideo illa voluptas esse dicitur à Philos. in Philebo p. 40. ubi: λόγοι μὲν εἰσὶ ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν. & καλὸν τὸ ἆθλον, ἡ ἐλπὶς μεγάλη. 1. *rationes (orationes) sunt in unoquoque ex nobis, quas spes nuncupamus & egregium est præmium, magna spes.* & jucunda est piè viventi, lib 1. de Rep. p. 331. Jam de *virtute* agendum, præter quam nihil Philosopho bonum est, teste *Cicerone* 5. Tusc. 4. 34. *quia apud Platonem, inquit, sæpe hæc oratio usurpata est, ut nihil præter virtutem diceretur bonum.* morum omnem rationem, quatenus à Platonicis habita est, idem lib. 1. Ac. Q. describit in hunc modum: *morum autem putabant studia esse & quasi consuetudinem: quàm partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. in quibus erat Philosophia ipsa. In qua quod inchoatum est neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur. quod absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum quas in animis ponunt, una res optima.* virtutis varias defi-

nitiones recitat Philoſophus in Menone. *primam* p. 73. ſcilicet viri, adminiſtrare Rempl. & mulieris, familiam, ſed utrique juſtitiam atque temperantiam neceſſariam facit. *Secundam* è Sophiſtarum figmentis hauſtam, ſcilicet hominibus imperare poſſe, proponit in ſeq. & refutat. *tertiam* pag. 77. ſcilicet χαίρειν καλοῖσι καὶ δύνασθαι καὶ ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν, δυνατὸν εἶναι ποείζεσθαι. i. *præclaris rebus gaudere & potentia inſtructum eſſe & præclara optantem, illorum conſequendorum habere facultatem*: ubi ſub nomine τῶν καλῶν, vult etiam contineri res bonas. aliter in Gorgia p. 506. ἀρετὴ ἑκάστου dicitur τάξει τεταγμένον καὶ κεκοσμεῖον. i. *quod ordine & ornatu quodam conſtitutum eſt*, ubi & animum ἀπὸ τοῦ κόσμου, κόσμιον, i. *modeſtum ordine & ornatu*: & κόσμιαν, σώφρονα, i. *temperantem*, appellat. In Phædone p. 69. Platoni vera *virtus* eſt ſapientia: & ſapientia veritas: & veritas expurgatio, καθαρμός. Quærit tamen in Menone p. 87. an virtus ſit ſcientia, quod ibidem ſuis rationibus negat. Et contrà affirmat, illam definiri debere prudentiam, quâ res omnes nobis utiles bonæque ſint. Ex prudentia autem omnes conatus ſucceſ-
ſum

sum habere, docet in Menone p. 88. ubi, οὐκ οὖν, inquit, συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα, ἡγουμένης μὲν φρονήσεως, εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφροσύνης δ᾽ εἰς τοὐναντίον. i. *Nonne & summatim rem uno verbo complectar, omnes animi conatus atque molitiones omnesque enixus consilii firmitate certi & constantes, tum demum felicem successum consequuntur, cum dux praeiverit prudentia, sin minus, imprudentiae impetu abreptae, infelicem.* addit: ὠφέλιμον γε οὖσαν τὴν ἀρετῆς, φρόνησιν δεῖ τιν᾽ εἶναι. i. *cum utilis sit virtus, necesse est prudentiam quandam existere.* Et pag. 98. & passim dicitur φρόνησις. i. *prudentia.* & lib. 3. de legibus p. 688. Donum etiam Dei esse eam, disertè in eodem Menone pag. 99. sic docet: εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη, οὔτε φύσει, οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνηται. i. *quod si nos in tota hac disputatione rectè rem investigavimus, eamque discendo sumus persecuti, omnino virtus neque natura neque disciplinae ullis institutis atque doctrinae extiterit: sed Divinae cujusdam sortis numine absque humanae mentis prudentia & industria iis accidit, quibus*

accidit. quod virtus doceri non poſſit, conatur probare Philoſophus in eodem Menone p 98. At cognitionem virtutis ingenitam eſſe, contendit in Protagora p. 323. & poſteà ſibi contrarius virtutum illarum, quas ibi tradit, cognitionem vult minimè in nobis eſſe naturalem, cum & induſtria ipſi & labore comparari virtutes dicantur & pœnæ conſtitui iis, qui contrà eas deliquerint. Legum finem etiam Philoſophus refert ad virtutem, lib. 3. de legib. p. 688. ubi ait; τὰ νόμιμα τιθέναι πρὸς μίαν ἀρετήν. atque ideo quæ virtute carent, inſtituta turpia & mala eſſe: ἀρετῆς λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακὰ εἶναι. quo autem promoveantur homines virtutem colentes, docet Plato lib. x. de Republ. p. 904. ubi ὁπόταν μὲν, inquit, ψυχὴ ἀρετῇ θείᾳ προσμίξασα γίγνηται διαφερόντως, τοιαύτη διαφέροντα καὶ μετέβαλε τόπον ἅγιον ὅλον, μετακομισθεῖσα εἰς ἀμείνω τινὰ τόπον ἕτερον. 1. *Anima cum Divinæ virtuti adhæſit fortius, ex qua arctiori conſuetudine ſingularem quendam habitum induxit & ſimilis ei, cui adhærebat, facta eſt: in locum & ſanctiorem & meliorem commigrat.* Ex adverſo, cum contrario modo affecta eſt, in contrarium locum

locum proficisci vult & contrariam ibi vitam vivere; atque ideo tradente *Laertio* in vita ejus, putat virtutem sufficere ad bene beatèque vivendum, licet corporis & fortunæ bonis tanquam instrumentis egeat. vide *Ciceron.* lib. 1. Ac. Q. Vt virtuti, ita & honesto turpia non sunt permixta & hactenus hæc utrique esse contraria, vult Philos. in Protagora p. 346. ubi: πάντα τοι καλὰ, τοῖσιτ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται: & in Alcibiade p. 116. καλὸν εὐπραγία definitur; & pòst: τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν. i. *honestum & bonum*, idem esse dicit. honestum & utile ut conveniunt, vide lib. 5. de Rep: p. 457. ubi; ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον, καλόν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. apud *Laertium* notio honesti à laudabili & rationabili, utilique & decoro & congruo non discernitur. Perfectæ virtutis quatuor species recensent, scilicet ἀνδρείαν, σωφροσύνην, φρόνησιν, δικαιοσύνην. i. *fortitudinem, temperantiam, prudentiam sive sapientiam & justitiam.* Laertius l. c. & ipse Philosophus lib. XII. de Legibus p. 964. & seq. p. Illarum omnium unum dicit esse genus, scilicet ἀρετήν. totidem & easdem species quoque enumerat in Menone p. 73. & seq. ubi & dictis μεγαλοπρέπειαν. i. *magnificen-*

centiam addit. & p. 79. idem Philos. in Amatoribus p. 137. & seq. duas maximas & præstantissimas virtutes scilicet justitiam & prudentiam seu temperantiam vult facere ad vitam benè instituendam. utriusque vires & effecta ibidem recenset. illius, ut præmia & supplicia ex æquo constituantur, hujus, ut nos ipsos noscamus sobrieque contineamus in officio. ubi notandum, quod σωφροσύνης nomen & prudentiam & temperantiam complectatur. Præ reliquis tamen Philosophus lib. 4. de legibus p. 715. & seq. extollit *Pietatem* erga Deum & parentes. *Et Religionem* veram esse Reipublicæ fundamentum, ibidem probat hospes Atheniensis hunc in modum: ἄνδρες τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτούς, ὁ μὲν δὴ Θεὸς (ὥσπερ καὶ παλαιὸς λόγος) ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. Τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων θείου νόμου τιμωρός. ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων, ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς κεκοσμημένος. Sic illos alloquitur: *Deus, ô viri, (quemadmodum & antiquus sermo testatur) omnium rerum & principium & medium & finem in se habens rectam viam peragit, explicans vim suam atque*

poten-

potentiam per hanc universi naturam perque omnes illius partes circumquaque permanans. hunc sequitur justitia eorum, qui à Divina lege deficiunt ultrix & vindex cui quidem justitiæ is modesto & composito animo adhæret. qui felix est futurus, ejus dictum atque auspicium constanter persequitur. Quemadmodum severissimè puniantur, qui non parent justitiæ Dei vindicativæ, docet in seq. & ideo oportere quemlibet, Deum ut omnium rerum mensuram spectare, quique ipsi gratus sit futurus, deberé, quantum fieri potest, ut ipse talis evadat, elaborare & totam se ad illius similitudinem conformare. Et hac ratione ille, qui sapiens est & temperans, Deo erit amicus. & nec sapiens neque temperans Deo dissimilis & injustus. Universam autem vitam ad pietatem refert p. 717, ubi, τοῖς δὲ ὁσίοις, inquit, ἐγκαιρότατος πόνος ἅπασι. σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῖν οὗτος, οὗ δεῖ στοχάζεσθαι. 1. *Piorum labor omnium opportunissimus est (scilicet in obsequio erga Deos) hic igitur est universæ nostræ vitæ princeps & primarius finis & hæc meta, ad quam debemus collimare.* Docetque, si quis post cœlestes Deos & civitatis præsides terrestribus Diis paria & secunda & sinistra tribuat

τῶ

τοῦ τῆς εὐσεβείας σκόπου τυγχάνειν. i. *pietatis metam attingere*. Deinceps, quo ordine & in reliquos honor conferendus, docet. Scilicet post Deos dæmonibus virum sapientem sacrificare & post hos heroibus. Etiam statuas patriis Diis & lege & ritu consecrari:& denique parentibus superstitibus honores, prima & maxima debita omnium & Antiquissima & augustissima debitorum persolvere. In quibus autem ille honor & officia consistant, porrò declarat: nimirum, singulos apud se statuere debere, quod omnia, quæ penes se habent, eorum planè sint à quibus in hanc lucem dati sunt & educati & proinde arctissimo debito teneri ad omnia obsequia illis pro viribus exhibenda. Primum quidem illis debere bona & facultates, quibus ad vitam tolerandam utantur: Secundum, corporis bona: Postremò, ea, quæ ad animum pertinent. Hæc ab ipsis ita persolvenda tanquam mutuò data, ut cum aliquo fœnere rependantur. & ut pro antiquis parentum suorum curis & doloribus, quos ipsis juvenibus mutuò impenderint, iisdem in senectute reddant, tum cum illis maximè indigent. Et in universa vita consentaneum esse, liberos

cum

cum reverentia parentes suos affari ac salutare, ut & in ipsis verbis animi benevolentia perspiciatur. *Fortitudinem* esse speciem virtutis, docet Plato in Lachete p. 198. Vulgus juxtà illum in eodem p. 190. definit ἀνδρείαν. i. *fortitudinem* τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις μάθησιν. i. *armorum tractandorum disciplinam*. alii eam, quâ quis ἐν τῇ τάξει μένει ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους καὶ μὴ φεύγοι. i. *intra ordinem suum stat ut propulset hostes nec fugiat*. & p. 192. definitur δύναμις, ἡ αὐτὴ ἐν ἡδονῇ καὶ λύπῃ καὶ ἐν ἅπασιν οἷς δὴ νῦν ἐλέγομεν αὐτὴν εἶναι. i. *facultas, quæ eadem versatur in voluptate & dolore & in omnibus iis, in quibus eam inesse diximus*. & sic, si uno verbo exprimatur, est καρτερία τις τῆς ψυχῆς. i. *tolerantia quædam animi*, & talis, quæ inter res præclarissimas censeatur, & quæ sit, ἡ μετὰ φρονήσεως καλὴ καὶ ἀγαθή. i. *cum prudentia conjuncta ac proinde honesta & laudabilis*. ibidem plura vide de ejus objectis & causis. ab illa non multum discrepat, quæ def. in eodem Lachete p. 194. τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων ἐπιστήμη dicitur. Sumptâ voce ἐπιστήμης laxiùs. atque ita fortitudinem arbitratur quandam esse sapientiam ejus, qui & bonus & peritus

tus sit. vide & p. 196 & 198. Unde intelligi potest, quomodo definiverit Plato fortitudinem, quam in civitate locum habere voluit, id est veram, uti amplius videre est lib. 4. de Rep. p. 429. ubi quoque fortitudinem esse vult conservationem (σωτηρίαν) quæ ex opinione educationis beneficio ex lege nascente extiterit de rebus formidolosis. In omnibus autem eam conservationem esse dicit, quæ rata semper ubique servetur, sive quis voluptatibus afficiatur, sive cupiditatibus aut timoribus, ne ideo ab instituto quis dimoveatur. & lib. 1. de legibus p. 633. fortitudinem ait non tantum in dolorum & timorum constanti perpessione, sed etiam in voluptatum contemptu versari. & sic fortitudinem animi in rebus adversis dicit esse felicitatem, in Menexeno p. 247. Et hactenus eam maximè æstimari suo pretio, in Alcibiade p. 115.

CAP. XXIV.

Temperantia *sive* modestia *quæ? quæ ei opposita? quæ* procacitas. amor, *ejusque objectum. de* prudentia. *de* justitia *&* justo: *de illius observantia & opposito. de* peccatis. *de* amicitia *&* amico.

SEquitur post hactenus dictas virtutes *tolerantia* animi, quæ cum obedientia *temperantiæ* terminus est. uti vult Timæus Locrus de anima mundi p. 104. σωφροσύνη. i. *temperantia sive modestia* Platoni in Charmide p. 159. videtur esse τὸ κοσμίως πάντα πράττειν καὶ ἡσυχῇ ἔν τε ταῖς ὁδοῖς βαδίζειν καὶ διαλέγεσθαι καὶ τἄλλα πάντα ὡσαύτως ποιεῖν. i. *omnia moderatè & decorè agere: quietè videlicet per viam incedere & colloqui & alia omnia eodem modo agere.* ampliùs: δοκεῖ μοὶ συλλήβδην ἡσυχιότης τις εἶναι. & pòst: φασὶ τοὺς ἡσυχίους σώφρονας εἶναι. i. *mihi videtur temperantia esse quieta & sedata tarditas. & homines quietos & paratos esse temperantes.* aliter in eodem p. 160. δοκεῖ τοίνυν μοὶ, ἔφη, αἰσχύνεσθαι ποιεῖν ἡ σωφροσύνη καὶ αἰσχυντηλὸν τὸν ἄνθρωπον καὶ εἶναι ὅπερ αἰδὼς ἡ σωφροσύνη. i. *videtur, inquit, mihi temperantia ad verecundiam homines componere & verecundum hominem reddere. & proinde ipsa nihil aliud esse,*

quam verecundia sive pudor. ubi etiam colligit temperantiam & pulcram & bonam esse. sed hanc definitionem, ut imperfectam ibi reprehendit Philosophus. cum pudor non sit bonus tantùm, sed etiam malus, modestia autem semper sit bona. etiam describitur p. 161. per τὰ ἑαυτȣ̃ πράττειν. i. *res suas agere.* quam defin. etiam ut obscuram reprobat. cum multa sint munera vitæ humanæ, quæ non jubent res suas, sed aliorum & publici agere. p. 174. ἔγωγε αὐτὸ τȣ̃το φημὶ εἶναι σωφροσύνην, τὸ γινώσκειν ἑαυτόν. i. *illud equidem ago, temperantiam esse, seipsum cognoscere.* & pòst: τὸ γὰρ γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ σωφρόνει, ἐστὶ μὲν ταὐτόν. i. *nam illa, nosce te ipsum & modestè te gere, idem plane sunt.* sed etiam hanc defin. Socrates ut obscuram & involutam carpit, ubi artem sive facultatem dicit cum suo subjecto confundi, & distingui debere, quæ sit sui ipsius cognitio & quatenus conveniat temperantiæ, quæque inde in nos utilitas redundet. etiam aliam, *quæ sit sui ipsius & aliarum scientiarum, scientiam,* pag. 166. propositam rejicit. item aliam pag. 169. agnoscit autem copiosam esse & latè se diffundentem temperantiæ usum, sine qua

vita

vita noſtra nullo modo conſiſtere poſſit: nec eſſe θεωρίαν ſolam, ſed præcipuè conſiſtere ἐν τῇ πρᾶξει & iis, quæ ſunt in noſtra poteſtate, rebus, quibus prudenter utendum eſt. quæ modeſtia & vitæ & rei privatæ ac publicæ fundamentum eſt: quæ vir temperans cum judicio & certa rerum humanarum cognitione ſtatuit, quid facto ubique opus, & ita, uti decet, atque opportunum eſt, univerſam vitam moderetur. v. & pag. 171. & 174. ideo lib. 4. de Rep. p. 430. συμφωνίᾳ τινὶ καὶ ἁρμονίᾳ προσέοικε. i. *Symphoniæ & concentui conſentit.* & eam ſymphoniam hic intelligit, quæ eſt διὰ πασῶν. qui concentus per univerſam noſtram vitam diffunditur & omnium virtutum concordiam repræſentat. & ſic σωφροσύνης nomine τὸ κρεῖττον καὶ τὸ ἧττον, cum illud dominatur, hoc obtemperat. unde natum illud, ἑαυτοῦ κρεῖττον, quo temperans & ἑαυτοῦ ἥττων intemperans ſignificatur. notandum, quod hic Phil. κρείττονος appellatione intelligat rationem: ἥττονος, ἀλόγους ὁρμάς. i. *appetitus*, qui rationem ſæpe huc & illuc rapiunt. & hanc temperantiam in civitate ſua locari, vult Plato cit. l. 1. quatenus κόσμος τίς ἐστι καὶ

 ἡδονῶν

ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια. i. *ornatus quidam est nonnullarum voluptatum & cupiditatum abstinentia.* & ita dicitur κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. i. *voluptatibus & cupiditatibus dominari*, in convivio p. 196. ergo temperantiæ cum dissoluta voluptate nullum est commercium, uti tradit. 3. de Rep. p. 402. neque cum petulantia, p. 403. neque ea tyranni animo inest, 4. de legibus p. 710. Discrimen autem temperantis & dissolutæ vitæ exhibet in Gorgia p. 491. ut dicat illam *summam* homini *felicitatem*, hanc infelicitatem adferre: neque quicquam miserius contingere posse, cum frena cupiditatibus laxant libidinique indulgent homines. In Phædro Philosophus p. 279. duas ponit in nobis species, quæ imperandi potestatem habent, quarum una voluptatum cupiditas insita, altera opinio est, quæ optimum expetit, ἐπίκτητος δόξα ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. hæ in nobis aliquando consentire, aliquando dissentire dicuntur, modo hac, modò alterâ pervincente: quando prævalet illa opinio & ad optimum ducit, vivendi ratio & inde profecta temperantia, uti suprà notatum, vocatur. quando v. cupiditas ἀλόγως trahit

hit ad voluptates & imperium obtinet, *procacitas* dicitur. & ita ratio ad opinionem & *amor*, de quo jam in seq., ad irrationalem cupiditatem pertinet, juxtà Philos. in eodem p. 238. ἡ ἄνευ λόγε δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὁρμώσης κρατήσασα ἐπιθυμία, πρὸς ἡδονὴν ἀχθεῖσα κάλλες καὶ ὑπὸ αὖ τῶν ἑαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σωμάτων κάλλος, ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα νικήσασα ἀγωγὴ ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβοῦσα, ἔρως ἐκλήθη. 1. *Nam ea cupiditas quæ absque ratione opinionem superat ad recta tendentem & ad formæ voluptatem rapit & à sibi cognatis cupiditatibus ad corporum formam firmiter corroborata ductus illius sui vi & impetu victoriam reportat ab illo ipso robore appellationem nacta* (*id est* ἀ ῥώμη) ἔρως *nuncupata est*. defin. autem *amorem* in convivio p. 178. ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. 1. *in rebus turpibus pudorem: in rebus v. honestis vehemens & constans studium*. pag. 183. Amor per se neque honestus neque turpis dicitur. ἀλλ' καλῶς μὲν πραττόμενον, καλὸν εἶναι, αἰσχρῶς δ' αἰσχρόν. 1. *sed si rectè & honestè fiat rectum honestumque esse, si turpiter & indecorè, turpe & indecorum.* amoris honesti de-

 scriptio-

ſcriptionem dat lib. 3. de Rep. p. 402. & ſeq. qui dicitur ineſſe animo pulcris moribus compoſito & verſari circa eam formam, quæ congruentem rationem ejusque effigiem proferat. i. quod pulcrum & moderatum eſt. & objectum amoris pag. 204, τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἁβρὸν καὶ τέλειον καὶ μακαριστόν. i. *amabile reverâ eſt pulcrum, & delicatum & perfectum & ad felicitatem ducens.* quomodo autem τὸ κάλλος. i. *pulcritudinem*, in tria diſtinxit Plato, videre eſt apud *Laertium* in vita ejus. Summi *pulcri*, quod rerum amatoriarum ἀρχιτεκτονικὸν finem eſſe Philoſophus ſtatuit, deſcriptionem exhibet in convivio p. 211. illiusque notione Deum indigitari, univerſæ noſtræ vitæ principem finem, rectè attendentibus clarum eſt. definit a. illud αὐτὸ καθ' αὐτὸ μετ' αὐτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν. i. *ipſum ex ſe ipſo ſecum uniforme & ſimpliciſſimum exiſtens.* additque alia omnia illius ſummi pulcri participatione quadam & precaria vi pulcra modo quodam dici: ea tamen lege & conditione, ut cum alia pulcra & fiant & pereant, "nihil illi ſummo pulcro vel accedat vel decedat, nullaque affectio ſive qualitas in ipſum cadat. Et

eſſe

esse βιωτὸν ἀνθρώπῳ θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν. *i. vitale homini illud summum pulcrum contemplanti.* καὶ ἰδεῖν αὐτὸ τὸ καλὸν εἰλικρινεῖ, καθαρὸν, ἄμικτον, καὶ τὸ θεῖον. *i. videre illud pulcrum, sincerum, purum, simplex, impermixtum & illud Divinum*, quod vocat τοῦ καλοῦ μάθημα. De *prudentia* pauca præter dicta addam. Eam esse universam virtutem sive præstantissimam ejus partem, censet Philosophus in Menone p. 88. & seq. quis autem sit prudens dicendus, videre est in Alcibiade II. p. 145. ubi: φρόνιμόν γε αὐτὸν φήσομεν καὶ ἀποχρῶντα ξύμβουλον καὶ αὐτὸν αὐτῷ καὶ τῇ πόλει. *i. prudentem sc. & gravem & locupletem, illum consilii authorem dicemus, qui sibi & Reipubl. recte vivere possit.* sed *prudens* in Rep. administranda est melior, ut habet in Gorgia p. 491. & in Menone p. 97. Φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν. *i. prudentia dicitur summam authoritatem obtinere ducendi ad recte agendum.* Jam de *justitia*. eam & pudorem ad homines adduxisse Mercurium, ut essent civitatum ornamenta & vincula sanctæque inter cives auspices & conciliatrices, quæ illos firmo nexu conjungerent, tradit Plato in Protagora suo p. 322. justi-

tiam commentum esse humanum ad vim potentiorum ab inferiorum capitibus depellendam, quidam ap. Phil. existimant, ὡς οἱ ἐπιτηδεύοντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν, ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι. i. *quod ii, qui justitiam colunt, id faciant inviti, cum non possint inferre injuriam.* v. lib. 2. de Rep. p. 362. & quod conjuncta sit cum emolumentis, quasi mercenaria, ut bene ideo agamus, ut bene sit nobis. sed illam inanem & caducam vocat p. 365. Omnem virtutum comitatum ad justitiam referri & esse Reip. fundamentum, vult lib. 4. de Rep. p. 432. & in Alcibiade p. 127. Definit Simonides justitiam ap. *Plat* lib. 1. de Rep. p. 331. in hunc modum: τοῦτο δ' αὐτὸ τὴν δικαιοσύνην, πότερα τὴν ἀλήθειαν αὐτὸ φήσομεν εἶναι ἁπλῶς οὕτω, καὶ τὸ ἀποδιδόναι ἄν τις τι παρά του λάβῃ. i. *illud autem esse simpliciter & universim justitiam sc. veritatem dicendo etiam reddere unicuique, quod suum est.* & pòst: τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, δίκαιόν ἐστι. i. *justum est, reddere unicuique, quod debetur.* ubi notandum voce ὀφειλομένου non significari simpliciter id quod debetur, sed τὸ προσῆκον. addit enim: διενοεῖτο μὲν γὰρ, ὡς φαίνεται, ὅτι τοῦτο εἴη δίκαιον, τὸ προσῆκον

ἑκάστῳ

ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, τοῦτο δὲ ὠνόμασεν ὀφειλόμενον. i. *fortaße enim ratiocinabatur, hoc esse justum, reddere cuique, quod consentaneum est.* i. τὸ προσῆκον hoc, vocabat debitum, τὸ ὀφειλόμενον. quid autem sit intelligendum per τ' ἕκαστον, hoc in seq. declarat: δικαιοσύνη, ἡ τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχθροῖς ὠφελείας τε καὶ βλάβας ἀποδικοῦσα. i. *justitia* dicitur, *quæ amicis & inimicis utilitates & damna reddit.* illam autem definitionem quæ p. 338. traditur sc. εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλό τι ἢ τὸ κρείττονος ξυμφέρον. i. *justum nihil aliud eße, quam id, quod meliori conducit*, ibidem Philosophus confutat, cum ξυμφέρον tantum dicatur pertinere ad Magistratum. Apud *Laertium* lib. 3. de vit. Plat. justitiæ tria genera recensentur. quorum aliud circa Deos, alterum circa homines, tertium circa defunctos versari dicitur. de primo & tertio suprà memoratum. quoad secundum dicuntur οἱ δάνεια ἀποδιδόντες καὶ παρακαταθήκας δικαιοπραγεῖν περὶ ἀνθρώπους. i. *qui mutua depositaque reddunt, justi erga homines esse.* & hæc justitia præcipuè spectat etiam homines quatenus in civitate sunt. quam civilem apellat. De qua *Plato* lib. 6. de legibus. ubi: ἔστι γὰρ δὴ τὸ

καὶ πολιτικὸν ἡμῖν ἀεὶ τοῦτ' αὐτὸ τὸ δίκαιον, οὗ καὶ νῦν ἡμᾶς, ὀρεγομένους δεῖ, καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἰσότητα, ὦ Κλεινία, ἀποβλέποντας τὴν νῦν φυομένην κατοικίζειν πόλιν. i. *illa quidem certò civilis est justitia, quam & nos modò expetere debemus & ad hanc collimare, Clinia, in hac recens nascente civitate constituenda.* & pòst, eundem scopum in legibus ferendis esse proponendum, etiam ei, qui in alia civitate formanda laborat. ait enim: ἀλλ' οὐ πρὸς ὀλίγους τυράννους ἢ πρὸς ἕνα ἢ καὶ κράτος δήμου τὶ, πρὸς δὲ τὸ δίκαιον ἀεί. i. *non v. ad paucos quosdam tyrannos vel ad unum tantum vel ad popularem quandam potestatem; sed ad unicam justitiam oculos intendere debet.* quæ ideo definitur τὸ κατὰ φύσιν ἴσον ἀνίσοις ἑκάστοις δοθέν. i. *æqualis ipsius secundum naturam inæqualibus undique facta attributio.* addit rationem: τὸ γὰρ ἐπιεικὲς καὶ συγγνώμον τοῦ τελέου καὶ ἀκριβοῦς παρὰ δίκην τὴν ὀρθὴν ἐστὶ παρατεθραυσμένον, ὅταν γίγνηται. i. *Commoda enim oportunaque æqualitas & cum perfecta illa & absoluta consentiens, tum præter rectum judicium fit, violatur & frangitur:* ita tamen vult hanc æqualitatem in civitate servari, non ut omnia omnibus peræquè, sed suum cuique congruenter

gruenter & ordinatè reddatur pro ratione personarum & dignitatum. & sic optimam constitui Reipubl. formam, mediam inter Monarchiam & popularem. Æqualitatem autem dictam distinguit in τὴν μέτρῳ ἴσην καὶ σταθμῷ καὶ ἀριθμῷ. i. *quæ mensura, pondere & numero est æqualis*, & eam, ἥ, ὅσον ἂν ἀπαρκέσῃ πόλεσι ἢ καὶ ἰδιώταις, πάντ' ἀγαθὰ ἀπεργάζεται. & quæ τῷ μὲν μείζονι πλείω, τῷ δὲ ἐλάττονι σμικρότερα νέμει. i. *quæ, in quantum civitatibus aut etiam privatis sufficit, omnia bona & salutaria efficit, & quæ majori plura, minori pauciora tribuit*, μέτρια διδοῦσα πρὸς τὴν αὐτῶν φύσιν ἑκατέρῳ i. *utraque utriusque tribuens ex moderata eorum natura.* Majores tamen minoresque virtutibus æstimandos censet, hisce: καὶ δὴ καὶ τιμὰς μείζοσι μὲν πρὸς ἀρετὴν, ἀεὶ μείζους, τοῖς δὲ τοὐναντίον ἔχουσιν ἀρετῆς τε καὶ παιδείας τὸ πρέπον ἑκατέροις ἀπονέμει κατὰ λόγον. i. *Atqui & majores honores virtute majoribus hominibus, minoribus autem virtute & disciplina minores.* ad distributionem autem illorum providentiam Divinam advocari debere existimat, & ἀγαθὴν τύχην τοῦ ἀπορθοῦν αὐτοὺς τὸν κλῆρον πρὸς τὸ δικαιότατον. i. *ut sortem ad id quod est justissimum dirigant*

gant atque moderentur. & ideo in Gorgia p. 488. & seq. δίκαιον dicitur τὸ ἴσον ἔχειν. i. *aequali jure vivere.* de usu justitiae in omni vitae genere, vid. lib. 1. de Rep. p. 332. & seq. & in universum per hanc justitiam justi fiunt, qui eam exercent, τῇ δικαιοσύνῃ δίκαιοι εἰσὶν οἱ δίκαιοι, ap. Phil. in Hipp. majore p. 287. Et δίκαιοι καὶ ἀγαθοὶ junctim dicuntur μὴ ἀδικεῖν. i. *justi & boni homines neminem laedere* lib. 1. de Republ. pag. 334. Colendae autem justitiae finis proponitur lib. x. de Rep. p. 621. in hunc modum: Δικαιοσύνην μετὰ Φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς Φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιέτει πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν. i. *justitiam cum sapientia omni studio & ratione colemus, ut & nobis ipsis & Diis simus amici, quamdiu & in hac vita versamur & postquam virtutis praemia reportaverimus tanquam victores & veris victoriae insignibus illustres & hic & in longa illa mille annorum profectione felices tandem aliquando simus.* confer lib. de leg. 10. p. 906. & lib. 10. de Rep. p. 363. pauca sub-

fubnectam de *amicitia.* proficifcitur ea ab æqualitate, quæ eft inter eum, qui amat & qui amatur, ut eft in Lyfide p. 212. & fimilitudine animorum & morum p. 214. & eam in virtute confiftere, ibidem vult. eam quoque natam effe è vitæ neceffitate, ut communi vinculo focietas humana contineretur, probat *Socrates* p. 217. fed apud *Laërtium* in vita Plat. diftinguitur in tres fpecies, fc. φυσικὴν, ἑταιρικὴν & ξενικήν. 1. *naturalem*, *focialem* & *hofpitalem*. prima eft, qua parentes in liberos affecti funt cognatique fe mutuo diligunt, cujus expreffio quoque eft in cæteris animantibus. Secundam fine ullo confanguinitatis vinculo fola confuetudo conciliat. tertia eft, qua ex commendatione vel literis hofpitibus conjungimur. addunt nonnulli quarto loco *amatoriam*. Præ omnibus *Plato* in Lyfide p. 217. *Deum* vocat ἀληθῶς φίλον; inter homines autem εἴδωλα ἄττα illius φίλου effe vult. vel in Deo effe αὐτόφιλον; in hominibus φίλα effe κατὰ συμβεβηκός. Etiam amicitiam in bonis viris effe ἀχώριστον: in malis χωριστὸν & fæpe ἄστοργον καὶ ἄσπονδον. docet præterea p. 218. fi homines perfectè boni effent, nullum *amicitia*

citiæ usum in vita humana fore. Improbos autem dicit amicitiæ esse incapaces. & sic vult in bonorum & malorum permixtione amicitiam ad eos unà continendos dominari. Et ad summum amicum sc. Deum, ut ad finem, omnia φίλα esse referenda. sic ille p. 220; τὸ ἄρα φίλον ἡμῖν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐτελεύτα πάντα τὰ ἄλλα ἕνεκα ἑτέρου φίλου ἔφαμεν εἶναι ἐκεῖνα. οὐδὲν δὲ τούτοις ἔοικεν. ταῦτα μὲν γὰρ φίλου ἕνεκα, φίλα κέκληται. *illud igitur amicum, ad quod velut finem cætera omnia referuntur, (quemadmodum diximus suprà, amica illa alterius cujusdam amici causa esse) cum illis nullam habet similitudinem. hæc enim amici causa appellantur amica*; addit: τὸ δὲ τῷ ὄντι φίλον πᾶν τοὐναντίον τούτου φαίνεται πεφυκός. i. *illud autem reverâ amicum contrariâ est naturâ.* & p. 221, quamvis communis sit natura omnibus hominibus, in quibusdam tamen majorem esse ad amicitias & faciendas & tenendas propensionem, ostendit. ut amicorum omnia debent esse communia, docet Philosophus lib. 4. de Rep. p. 424. ubi, δεῖ πάντα μάλιστα κοινὰ τὰ τῶν φίλων ποιεῖσθαι. & in Phædro. p. 279. κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. v. suprà. Virtutibus his hactenus

intel-

intellectis, contraria vitia per se nota erunt, quibus tradendis ob brevitatis studium non inhærebo. Addam tamen aliquid de peccato. ἁμαρτίαν. i. *peccatum* vocat Plato ἀδικίαν. i. *injustiam* lib. 10. de Rep. p. 906. causam conjicit in ignorantiam, lib. 9. de leg. p. 863. Distinctio peccatorum *mortalium* & *venialium* petitur è Platonis Phædone p. 113. quæ eadem citantur à *Theodoreto* lib. xi. de cur. Gr. Aff. p. 97. In quo loco etiam pænitentiæ tres partes notantur quibusdam. I. τὸ μεταμέλον. i. *contritio.* II. ἐξομολόγησις. i. *confessio* expressa vocibus ἱκετεύειν καὶ δεῖσθαι. III. πειθώ. i. *satisfactio.* & illas à judicibus ut pænas constitutas dicit. ubi αὐτὴ γὰρ, inquit, ἡ δίκη ὑπὸ τῶν δικαστῶν αὐτοῖς ἐτάχθη. Atque hæc de Platonis placitis hoc compendio exhibitis. transibo nunc ad alterum Philosophorum parentem, Aristotelem, cujus lineamentis ac Philosophematis porrò insistendum.

LIBER

PARTIS PRIMÆ LIBER QUARTUS

De Aristotelis Philosophia &c.

CAP. I.

Aristotelis *genus, ætas, patria, præceptores, discipuli, peregrinatio, & mors: ejus secta, eloquentia, & eruditio Philosophica.*

ARistoteles Nicomachi & Phæstiadis filius fuit, teste *Laertio* in ejus vita. ferturque per parentem à Machaone & Æsculapio originem traxisse: ut distinguatur ab illis septem ejusdem nominis, ibidem memoratis. filium habuit, ex Herpylide concubina, Nicomachum. Natus dicitur authoritate Apollodori in Chronicis anno primo 92 olympiadis. *Gellius* lib. 17, cap. 21: *eo ipso anno, qui erat post reciperatam (postquam Galli eam occupaverant) urbem septimus Aristotelem Philosophum natum esse, memoriæ mandatum est.* Stagirites fuit juxtà *Laërtium* l. 1. & *Plutarchum* in lib. de exilio, cap. 18. *Ammian. Marcell.* lib. 17. & *Dionem* Chrysostomum orat. 2. & 42. ubi

sic

ſic Latinè de eo: qui, cum Stagirita eſſet (ſtagira enim vicus erat agri Olynthiaci) *captaque Olyntho, verſaretur apud Alexandrum & Philippum, impetravit vicum reædificari: unamque eum dicebant hanc nactum eſſe felicitatem, ut Patriæ eſſet conditor.* vide quoque Laërtium in vita ejus. Platonis diſcipulum fuiſſe, ſuprà in Platone oſtenſum. ideo *Cicero* 4. de fin. eum *Platonis alumnum* dixit: & *Diſcipulum*, *Auguſtinus* lib. 1. de civit. Dei, c. 12. & *Laërtius*, γνησιώτατον ȣ̓ Πλάτωνος μαθητῶν. 1. *inter Platonis diſcipulos maximè excellentem*. v. & *Ælianum* lib. 4. v. hiſt. c. 9. *Clementi* lib. 2, ϛρωμ. p. 301. dicitur παρὰ Πλάτωνι φιλοσοφήσας. quem ille, teſte Laërtio, memoratur decimo ſeptimo anno ætatis audire cæpiſſe. ait enim τῷ Πλάτωνι ἑπτακαίδεκα ἔτη συνέϛη. Et *Euſebius* in Chronicis, ad annum mundi 4837, affirmat decimo octavo anno ipſum jam fuiſſe ejus auditorem, qui erat Olympiadis 103 annus ſecundus. Intereà notandum, quod, cum Seneca refert, illum è Socratis moribus, quàm verbis ejus, plùs traxiſſe, non ſit extendendum ad Socratis tempora, quibus hic vixiſſet; Sed ad ejus doctrinam jam receptam in diſcipu-

 lis,

lis. Viginti annos apud Platonem commoratum hunc Philoſophum, vult *Laërtius*, ubi ait; διατρίψαι παρ' αὐτὸν ſcil. Πλάτωνα εἴκοσι ἔτη, & tunc veniſſe Mitylenem Principe Eubulo, ſcil. quarto anno centeſimæ octavæ olympiadis, eaque tempeſtate, Platone defuncto, ſub Theophilo profectum ad Hermiam. apud quem exacto triennio ſub Pythodoro ad Philippum contendiſſet, Alexandro ejus filio jam decimum quartum ætatis annum agente. Secundo vero anno centeſimæ undecimæ olympiadis Athenas fertur veniſſe & in Lycæo 13. annos docuiſſe; ac demum perrexiſſe Chalcidem tertio anno centeſimæ quartæ-decimæ olympiadis, cum eſſet annorum fermæ 63. aliis, venit ad Philippum Olympiadis CIX. anno ſecundo ac deinde annos XXI vixit. Nec ita longè poſt mortem Alexandri Macedonis, id eſt juxtà *Euſebium* in Chronicis, Olymp. 114. anno primo vita functus. vide *Laërtium* in ejus vita. quo teſte morbo periiſſe, aut aconitum bibendo, dicitur. qui idem affirmat, illum in Macedonia apud Philippum vixiſſe atque ab eo Alexandrum filium erudiendum accepiſſe: & ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι.

ὑπῆρθαι. i. *ei navasse operam & eum sibi devinxisse.* vide *Cic.* 3. de orat. 139. & *Quintilian.* lib 1. c. 2. instit. orat. & *Gell.* lib. 20. cap. 5. *Senecam* lib. 2. de ira, c. 17. *Dionem Chrysost.* orat. 49. 11. *Ælianum* lib. 3. var. hist. c. 17. ut *Cic.* 13. ad Att. 28. & *Hieronymum* ep. 7. c. 3. ubi, ut & apud *Fabium*, dicitur non erubuisse etiam elementa atque initia literarum discipulo tradere. Theophrasti quoque præceptor fuit, teste *Seneca* lib. 6. nat. quæst. c. 13. reversus à Philippo Legatus Atheniensium Scholam Academicam regente Xenocrate, elegit in Lyceo Peripatum, ubi illum refert Laërtius περὶ ἄλειμμα τὸ ἀνακάμπτοντα τοῖς μαθηταῖς φιλοσοφεῖν, ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. i. *usque ad unctionem deambulando cum discipulis Philosophari solitum, atque inde Peripateticum appellatum esse.* vide & *Augustinum* lib. 8. de civ. Dei. Alii sic eum affirmant vocitatum, quod ex ægritudine convalescenti ac deambulanti Alexandro assistens, quædam disserere soleret. ubi verò jam plures esse cœperant, qui eum audiebant, sedens docebat, dicens: αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν. i. *silere me, turpe, & Xenocratem loqui.* nec

tantùm illo insignitum nomine ab illo studendi modo, sed etiam *Peripateticam instituisse sectam* (quæ *magna* vocatur *Lactantio* lib. 5. de ira, cap. 10.) testantur *Augustinus* l. 1. & *Clemens* Alexandrinus lib. 1. στρωμ. pag. 301. ita ut ejus discipuli *Peripatetici* dicti sint, ut est apud *Laërtium* in proœmio & *Cicer.* 1. Acad. q. ubi: *qui erant cum Aristotele, peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo.* & ideo sic Aristoteles *Peripateticorum Princeps* appellatus est, apud eundem, 5. de finibus, 7. Quemadmodum autem ille à Præceptore suo Platone deflexerit, licet præcipua suorum dogmatum inde hausisset, uti vult *Clemens* lib. 5. στρωμ. p. 623. sic refert *Ælianus* lib. 4. var. hist. c. 9. ἐκεῖνος τὰ μέγιστα εἰς φιλοσοφίαν παρὰ Πλάτωνος λαβὼν σπέρματα καὶ ἐφόδια, εἶτα ἀποπλησθεὶς τῶν ἀρίστων καὶ ἀφηνιάσας αὐτωκοδόμησεν αὐτῷ διατριβὴν καὶ ἀντιπαρεξήγαγεν ἐν τῷ περιπάτῳ ἑταίρους ἔχων καὶ ὁμιλητὰς καὶ ἐγλίχετο ἀντίπαλος εἶναι Πλάτωνι: I. *is, cum maxima Philosophiæ semina & adminicula à Platone accepisset, suffartus optimis quibusque, recalcitratus scholam contra Platonem aperuit & in Peripato cùm suis familiaribus*

& discipulis adversus eum pugnavit, & Platonis adversarius esse cupiebat. de dissidio Aristotelis cum Platone, pluribus agit idem historicus lib. 3. var. hist. c. 19. ubi inter alia, quibus se Platoni non adprobavit, memoratur, quod, cum Plato jam octogesimum annum ageret & propter ætatem memoria destitueretur, ἐπιθέμενος αὐτῷ καὶ ἐπιβουλεύων καὶ φιλοτόμως πάνυ τὰς ἐρωτήσεις ποιούμενος καὶ τρόπον τινὰ καὶ ἐλεγτικῶς ἀδικῶν ἅμα καὶ ἀγνωμονῶν ἦν δῆλος. i. *Intendens in eum scil. Platonem & adoriens ex insidiis, magnaque cum ambitione quæstiones nectens & quodammodo eum redarguens injurium simul & ingratum sese præbebat.* quomodo ille à Platone πῶλος. i. pullus, argumento summæ ingratitudinis, sit nuncupatus, videre est apud eundem lib. 4. c. 9. de ejus in Platonem adversario studio, vide etiam ap. *Ioan. Chrysostomum* tom. 4. 30. d. plura vid. apud *Ælianum* lib 3. var. hist. c. 9. & *Athenæum* lib. 15. deipnosoph. c. 16. & *Hierononym.* in Eccles. c. x. qui *versutias* ei tribuit. maximè prægravant Arist. *Philo Iudæus* lib. de mundo & *Lactantius* lib. de ira, quorum ille sic: Ἀριστοτέλης μήποτ' εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ἐπιστάμενος. i.

Aristoteles nunquam pie & sancte doctus. & hic: *Aristoteles Deum nec coluit nec curavit.* Etiam discipuli utriusque, uti refert *Hierocles* lib. de providentia, eo usque contentionis processerunt, ut & scripta Præceptorum suorum depravarent, quo magis eos inter se pugnantes exhiberent. Ad docendi modum pertinet, quod πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητάς. i. *ad propositam quæstionem discipulos exercebat.* vide *Laertium* in vita ejus. & *Cic.* orat. 46. *Aristoteles in thesi adolescentes exercuit.* & simul jungebat artem Rhetoricam, si credendum *Laertio*, dicenti: ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπασκῶν: i. *simul & Oratoriam docens:* & *Ciceroni*, qui 2. de Divinat. 4. ait: *Aristoteles & Theophrastus cum Philosophia etiam dicendi præcepta conjunxerunt.* & 1. Tusc. 4. 7. *Aristoteles cum motus esset Isocratis Rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia jungere.* & hactenus æmulatus Isocratem *totam pene formam disciplinæ suæ commutasset*, ut idem ait 3. de orat. 139. cui etiam sic philosophatus dicitur, ut *usus sit consuetudine de omnibus rebus in contrarias partes disserendi*, 1. Tusc. q. 9. *Et ab Aristotele*

tele de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio est instituta, juxtà ea, quæ leguntur, 5. de finibus, 10. quo nomine ipsè fatetur etiam se dialecticam invenisse, lib. 2. de Soph. Elenchis c. 34. Commentationum artiumque, quas discipulis tradebat, duas habuisse species dicitur Gellio lib. 20, cap. 5. quarum alia erant, quæ nominabat ἐξωτερικά; alia, quæ ἀκροατικά. ἐξωτερικά, inquit ille, *dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant.* ἀκροατικά *autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes disceptationesque dialecticas pertinebant. Quando autem & quibus tradiderit* ἀκροατικήν *philosophus, sic tradit: Huic disciplinæ, quam dixi* ἀκροατικὴν, *tempus exercendæ dabat in Lycio matutinum: nec ad eum quenquam temerè admittebat; nisi quorum ante ingenium & eruditionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset.* item ἐξωτερικά: *Illas vero* ἐξωτερικὰς *auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat: easque vulgo juvenibus sine delectu præbebat: atque eum* δειλινὸν περίπατον *appellabat, illum alterum*

ſuprà ἑωθικὸν; *utroque enim tempore ambulans differebat.* naturam & ingenium Philoſophi laudans Cicero 1. Ac. 4. 18. *illum* ait *ingenii abundantia præſtitiſſe:* &, ceu *ingenio longe præſtantem omnibus* commendat 1. Tuſc. 4. 12. &, ut *virum ſummo ingenio*, 1. Tuſc. 4. 7. & *ſubtilitate excellentem*, 2. Divin. 4. &, quo nihil *acutius*, 4. Acad. 143. cui accedit, quod ſic legitur Orat. 172. *quis omnium acutior? quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Ariſtotele?* Et 2. de orat. 160. *Ariſtoteles acie mentis omnium rerum vim naturasque viderat.* ut ita *ingenio ſingulari & pene Divino* præditus celebratur 1. Divinat. ab aliis, ut *Æliano*, lib. 5. var. hiſt. c. 9. non tantum dicitur ἀμείνων πεφυκὼς πολλῶν. 1. *cum natura eſſet præſtantiore:* ſed etiam *Auguſtino* lib. 8. de civ. Dei c. 12. probatur ceu *vir excellentis ingenii:* Et *Arnobio*, lib. 3. contra gentes, ut *vir ingenio præpotens*, laudatur. Cui bono quoque acceſſit diſcendi cura ardorque: unde *Ciceroni* 1. Tuſc. 4. 12. *præſtans diligentia* vocatur: & *præſtantiſſimo ſtudio*, 1. Acad. 4. 17. φιλοπονώτατος καὶ εὑρετικώτατος. & *Æliano* lib. 5. hiſt. var. c. 9. ἕξιν περιεβάλετο, ἣν με-

ἣν μετὰ ταῦτα ἐκτήσατο. i. *habitum sibi comparavit, quem deinde in opus produxit.* unde doctrina & eruditio profluxit, quæ *præstantissima* in eo dicitur fuisse, eidem *Ciceroni*, 1. Acad. 4. 17. ut & *scientiæ copia*, 1. Tusc. 7. & absolutè *copia*, 2. Divin 4. qua excellebat. cui suppar eusdem illud, orat. 172. *quis omnium doctior Aristotele?* & ceu in *doctrina præcipuus* celebratur *Arnobio* lib. 3. contra gent. & πολυμαθέστατος vocatur à Democrito, apud *Athenæum* Deipnosoph. 15, c. 16. *omnis rei humanæ peritissimus*, apud *Gellium* lib. 19. c. 5. & *nihil ignorasse*, apud *Macrobium*, lib. 2. in somn. Scip. c. 15. & *bonarum artium antistes*, apud *Senecam* lib. de brev. vitæ, cap. 14. & *summus in omni doctrina vir*, apud *Plinium* lib. 8. c. 16. Græci, referente *Augustino* lib. 8. civit. c. 12, εὐδαίμονα vocabant Aristotelem, quod multos facile superans doctrina, ideo omnes fama anteiret. quod σοφώτατος sit dictus, testatur *Plutarchus* de garrulitate c. 3. & σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν καὶ εἶναι δοκῶν, *Æliano*, lib. 14. var. hist. c. 1. & *summus Philosophus*, *Quintiliano*, lib. 1. cap. 2. instit. *Philosophorum doctissimus*, *Lactantio* lib. 5, de iust. c. 3. in *Philoso-*

phia prope singularis, *Ciceroni* 4. Acad. 132. in qua *clarus & inclytus* fuit juxtà *Gellium* lib. 19. c. 2. v. & in princ. top. Cic. & speciatim, *Peripateticorum Princeps* nuncupatur, eidem, 5. de finibus, 7. & *secta magna Princeps*, *Lactantio* lib. 1. de ira, cap. 10. Et *utriusque partis dialecticæ Princeps*. top. c. 6. confer. 2. de orat. 152. *Dialecticorum Princeps*, *Hieronymo* in Comment. in Epist. ad Titum. cap. 3. Etiam, *Physices magister insignis*, Clementi Alex. in στρωμ. qui Tullio, 5. de fin. 10. etiam fertur *persecutus animantium omnium ortus*, *victus*, *figuras*: Et 2. de orat. 160, *omnium rerum vim naturasque vidisse, & scripsisse de motu astrorum*. *Hesychio Illustrio* in vita ejus, ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογώτατος παρὰ πάντας ἐγένετο ὥστε καὶ τῶν ἐλαχίστων αἰτίας ἀποδιδόναι. 1. *Causarum naturalium acerrimus ventilator præ aliis omnibus fuit*, *ita ut minimis quoque rebus causas assignaverit*. v. & *Laertium* in vita ejus. Etiam laudatur, ceu summus Politicus, ut ex ejus scriptis Politicis patet. diciturque *Ciceroni*, 3. de Legibus, 14. *illustrasse omnem civilem in disputando locum*. *Lactantio* lib. 5, de justitia c. 14. vocatur *Patronus justitiæ*. & apud

apud *Dionem Chrisostomum.* orat. 2. fin. multa Alexandrum docuisse de principatu & regno, sive Homerum enarrans sive alio modo. In *Rhetoricis*, uti suprà ex parte memoratum, non minor fuit. quippe *qui plurima præcepta disserendi tradidit*, uti testatur *Cicero*, orat. 14. Et abunde libri ejus Rhetorici testantur, quantus ille in iis vir fuerit. v. *Cic.* 1. de orat. 160. & nomine tenus: *Aristoteles Rhetoricæ plurima ornamenta & adjumenta subministravit*, idem, 1. de invent. 7. &, 2. de invent. 11. *artem Rhetoricam plurimum juvit.* &, *motus Isocratis gloria*, dicere *etiam cœpit adolescentes docere.* 1. Tusc. 4. 7. quem & ipse *orationis ornatu lacessivit*, orat. 62. *flumen orationis aureum fundens*, 4. Acad. 4. 119. maximè, *cum dicendi copia & suavitate incredibili polleret.* (quæ & in *dicendo incredibilis fuit*, top. 3. cujus respectu *nihil illo politius*, 4. Acad. 4. 143.) quem, ut eo contenderet summò studio & ingenii vi, *non deterruit à scribendo Platonis amplitudo*, orat. 5. qui scientia artis Rhethoricæ superasse Platonem, *Vir Eloquentissimus & peritus flectendi animos*, Plutarcho statuitur, quamvis, uti antè dictum, ipsa Eloquen-

quentiæ vi inferior fuerit Platone, ut existimant *Fulgentius* in præf. Myth. & *Augustinus* lib. 8. de civ. c. 12. summum in scribendo judicium ei constitisse, non diffitetur *Tullius*, ubi eo *neminem in scribendo nervosiorem*, ad Brutum 121, memorat. & quem ipse maximè *admirabatur*, 2. de orat. 152. ut ideo *optimus Author* ei sit dictus, orat. 194. Tribuit ei *Tertullianus* lib. de anima c. 6. §. 3. *minutiloquium*, quod aliàs ipsi Arist lib. 1. met. pro ἀκειβολογίᾳ seu λεπτολογίᾳ. 1. *acumine & subtilitate differendi* usurpatur. *Gregor*. *Nazianz*. orat. 1. de Theol., mihi versus, sic de ea: *abjice mihi Aristotelis minutiloquium*, *sagacitatem & artificium* &c. ubi binæ causæ proferuntur, cur minutiloquium Aristoteli sit tribuendum; una propter tenuem subtilemque sagacitatem argumentandi; altera, quia Divina parum attendens, nec assurgens, humilibus & terrenis hæsit. quod intelligitur ex illis Attici apud *Euseb*. lib. 15. præp. Ev. quæ sic Latinè: *Aristoteles tenuis & humilis subtilitas*, *qua res terrenas quidem pervadere*, *&*, *quod verum in iis*, *pervidere possit*. *& solidæ illius veritatis clarum & sincerum lumen non ei fuit inspicere.*

Sido-

Sidonius Apollinaris: explicat, ut Plato; implicat, ut Ariſtoteles. Idem *Nazianzen.* in orat. de moderat. indiſp. conqueritur *de Ariſtotelis artium pravo artificio. Tenorem* eidem adſcribit *Tert.* lib. de anima, cap. 3. §. 1. quem nonnulli exponunt de eo, quod primus metantes Academicorum diſputationes compreſſerit iisque ſententiam interpoſuerit. alii tenorem illi aſſignant, ob æqualitatem in ſcribendo, quam ubique perpetuo eandem ſervat. alii ob methodum ordinemque procedendi, quem nemo Philoſophorum obſervaverit melius aut docuerit. de ἀκρίβεία ejus in exprimendis, ad minima uſque, cauſis rerum naturalium, in vid. *Heſychium* Illuſtrium, ſuprà citato loco. quod & *Criticus* fuerit Ariſtoteles, teſtatur *Dion. Chryſoſtomus*, orat. 55. ubi ſic Latinè: *Quin & ipſe Ariſtoteles, à quo ajunt artem Criticam atque Grammaticam ſumſiſſe exordium, in multis dialogis de hoc Poëta ſc. Homero diſputat, admirans eum plurimùm & honorans.* ferturque ille Homericas ambignitates edidiſſe, v. *Danielem Heinſium* in proleg. ad Ariſtarchum ſuum. neque *Poëſeos* imperitus fuit: quippe, qui & artis Poëticæ binos libros ſcripſit,

ſcripſit, teſte *Laertio* in ejus vita: & de poëtis. neque *Theologiæ* expers. Qui etiam teſte *Macrobio* lib. 1. Saturn. c. 18. *Theologumena ſcripſit.* Et extant 14. libri Ariſtoteli inſcripti de Theologia ſive Philoſophia myſtica ſecundùm Ægyptios, qui ex Græcis Arabicè, & inde Latinè verſi, non eſſe ejus, rectè judicantur. Sed de his atque talibus pòſt. De a. Theologia naturali tractantes tres libri ejus metaphyſici poſtremi, probant id, quod de peritia ejus rerum Divinarum non negant authores. *Mathematicarum* artium hunc Philoſophum ſcientem faciunt, cum paſſim exemplis Mathematicis ſic uſus legitur, ut rectè ea applicuerit, nominatim in Organo, uti ſolent Mathematum Profeſſores, ſua demonſtrat, ab iisque ſubinde vocabula mutuatur. obtinuitque ille mos, etiam illius ætate, non tantum ante Philoſophiam: ſed & ante organon, diſcere Matheſin, quæ facilior animòs ad Philoſophiam præparabat. & inde eſt; quod hic Philoſophus in analyticis exempla Mathematica ſæpius adhibeat: quibus nulla alia ad demonſtrandum magis idonea invenire potuit, ob certitudinem, quam habent.

con-

consule ea, quæ 6. Eth. c. 8. Et 5. Ethic. satis ostendit, quantum lucis affundant explicandæ justitiæ, quæ in commutatione & distributione sita est, doctrina de proportione Arithmetica & Geometrica. item, quid juvet Matheseos cognitio tractantem de amicitia, lib. 8. Eth eodem respiciunt septimus nat. ausc. liber & octavus Politicorum. plura de iis aliàs. Refert *Laertius* in vita ejus, eum quoque scripsisse librum, quem vocavit μαθηματικὸν & alterum περὶ Μονάδος. & vulgò tribuitur ei ceu authori Liber περὶ ἀτόμων γραμμῶν. i. *de Lineis insecabilibus*. unde & constat, *Geometriæ* eum quoque fuisse arbitrum, ferturque & de *Musica* scripsisse, apud *Laërtium* in ejus vita. *Opticam* etiam scientiam ei assignant. cum producit *Vossius* lib. de scientiis Mathematicis, c. 26. Vincentium Bellovacensem, qui Optica Aristotelis vidisset; in quibus philosophus novam de *Cono Visivo* attulisse sententiam dicitur, quem non, ut alii, vel rotundum putabat vel quadratum; sed inter ea medium, i. sexagonum. scil. ut duo sint anguli ex parte superficiei superâ: duo ex parte ejus inferâ: singuli ex dextro & sinistro latere.
Etiam

Etiam Ἀςρολογικὸν Aristoteles dicitur reliquisse, teste *Laërtio* in ejus vita, & scriptum de *tempestatum signis*. Quàm *Mechanicarum* artium peritus fuerit, innuunt, quæ de rebus Mechanicis scripsit, judicio quorundam. quæ, licet præclarè causas Mechanicas exhibeant, consistunt tamen intra generalia. vide & *Laertium* in vita ejus. quæ scripserit Aristoteles, jam docendum esset, neglectis, quæ periere, de quibus v. *Laert.* sed, cum passim extent ejus opera multorumque manibus premantur, & ego sperem plura in philosophia Critica, quam meditor, ejusmodi & talium argumentorum genera me pertractaturum, compendio hic studens, illis recensendis inpræsentiarum supersedebo. Interim sciendum, quod præcipua suorum dogmatum à Platone hauserit Arist. juxtà *Gellium* lib. 3. c. 17. dicaturque libros Speusippi Phil. post mortem ejus emisse talentis Atticis tribus; ut, aut inde proficeret aut pro suis eos venditaret: Et, ut colligeret, conscriberet, invulgaretque historiam animalium, talentis octingentis ab Alexandro donatus, teste *Athenæo* lib. 9. Deipnos. c. 13. Audiamus *Plinium*, qui sic lib. 8. cap. 16. *Alexandro*

M. Rege

M. Rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni Doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu parere jussa, omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusdam vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant, ne quid usquam gentium ignoraretur, ab eo: quos percunctando, quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. quin & à Philippo ei nummos suppeditatos, refert *Ælianus.* lib. 4. v. hist. c. 19. Philippus Ἀριστοτέλει χορηγήσας πλοῦτον ἀνενδεῆ αἴτιος γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ τῆς γνώσεως, τῆς κατὰ τὰ ζῶα. καὶ τὴν ἱστορίαν αὐτῶν ὁ τοῦ Νικομάχου διὰ τὴν τοῦ Φιλίππου περιουσίαν ἐκαρπώσατο. i. *Aristoteli copiosè pecunias suppeditans, causa fuit, tum alius magnæ eruditionis & doctrinæ, tum etiam ejus scientiæ, quæ versatur in contemplatione animalium. Et horum historiam Nicomachi filius propter abundantiam divitiarum Philippi Lucratus est.*

Cap. II.

De Prima Philosophia Aristotelis.

Vt homines Philosophari *incipiant & ad* scientiam & sapientiam *perveniant, quæ illæ?* Philosophiæ *divisio quæ? quæ ejus partes?*

QUemadmodum admirando primum homines cæperint Philosophari, & adhuc Philosophentur, docet Aristoteles lib. 1. metaphys. c. 2 ubi, διὰ τὸ θαυμάζειν, inquit, οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν. ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. 1. *Propter admirationem & nunc & primò cæperant homines Philosophari: à Principio quidem admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant; Deinde paulatim ulterius procedentes, etiam de majoribus dubitando.* admirationem autem esse primum, quod ordine Philosophanti ab exordio obversetur, ibidem in seq. persequitur. dubitationemque, illi & vicinam & mistam & sæpenumero eandem cum illa, contendenti ad τὴν σοφίαν καὶ ἐπιστήμην primum esse necessariam, ostendit ac demonstrat lib. 3. met. c. 1. & nos ex illo in speciminibus nostris plurimis paginis tradidimus.

Qui

Qui autem sic quærit scientiam sapientiamque, uti dictum, Philosophus incipit esse. cujus aliàs vult esse περὶ πάντων δύνασθαι θεωρεῖν. i. *de omnibus posse speculari.* ùt veritatem inquirat πρὸς τὸ ἐπισκέψασθαι, τὸ ἀληθές. lib. 4. met. c. 2. cui affinia hæc, πρὸς φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον. i. *quod ad Philosophiam attinet, secundum veritatem de iis, quæ inquirenda, tractandum est.* quo pacto Philosophia lib. de mundo c. 1. μόνη διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν σπουδάζει γνῶναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν. i. *sola ipsa sublime se tollens ad contemplandas rerum naturas magno illis studio contendit existentem in iis veritatem pernoscere.* quam ubi assecutus fuerit, dici potest πάντα ἐπίστασθαι, scilicet ὁ μάλιστα ἔχων, ut ille lib. 1. met. c. 1. & 2. τὴν καθόλου ἐπιστήμην, i. *qui maxime universalem scientiam habet*, sapiens. οὗτος γὰρ, inquit, οἶδέ πως πάντα τὰ ὑποκείμενα. i. *sic enim quodammodo omnia subjecta scit*; & non tantum ea, sed etiam τῶν οὐσιῶν καὶ ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας. i. *essentiarum sive substantiarum principia & causas.* ceu docet lib. 4. met. c. 2. dicitur enim σοφία i *sapientia* ἐπιστήμη εἶναι περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς. i. *scientia esse, quæ versatur circa causas &*

principia, libro cit cap. 2. maximè generalia & universalia, quæ, cum hominibus, tanquam à sensibus remotissima, difficilia sunt, scire tantum sapientis esse vult. certiorem autem illam esse scientiam, cum ἐπιστημῶν αἱ μάλιστα πρώτων εἰσίν. i. *Scientiarum illæ certiores sunt, quæ maximè primorum sunt.* quæ etiam maximè ἐπιστητὰ, i. *scibilia* ibidem vocat. atque adeo illa, ut ἀρχικωτάτη καὶ ἡγεμονικωτάτη τῶν ἐπιστημῶν. i. *scientiarum principalissima & honorabilissima*, jure meritoque σοφία. i. *sapientia* nuncupatur. Studium igitur illius est Philosophia; quamvis eam lib. 2. met. c. 1. vocet ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας. i. *scientiam veritatis*: ejusque partes quandam τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. i. *Philosophicas scientias* lib. 1. top. cap. 2. quarum finis est veritas, ut practicarum, opus, ut loco Met. proximo distinguit. unde Philosophiæ divisio fit in Theoreticam & practicam. lib. 6. met. c. 1. ἅπασαν διάνοιαν facit ἢ πρακτικὴν, ἢ ποιητικὴν ἢ θεωρητικήν. i. *aut activam aut factivam aut contemplativam.* & secundum illas philosophiæ partes distingunt. διχοτομίας tamen authorem existimat Aristotelem *Laertius* in vita ejus lib. 5. ita ut ad practicam referat Ethicam & Politicam:

ticam: ad Theoreticam Physicam & Logicem; quam tamen pòst vocat ὄργανον περιεκριβωμένον. 1. *instrumentum exactissimum*: cujus usum tamen ad duplicem scopum retulisse Arist. ille tradit. scil. Oratoriam & Dialecticam ad verisimile seu probabile: ad verum autem analyticam & Philosophiam. nihil omisso eorum, quæ vel ad inventionem vel ad judicium vel ad usum pertinerent. tractationem de ente quatenus ens est. 1. Metaphysicam, & Theologiam Physicam & Mathematicam ad theoreticam phil. refert lib 6. met. c. 1. v. & lib. 13. m. & c. 7. sed διαλεκτικὴ ipsi dicitur pertinere ad τ̃ ποιητικὴν, lib. 1. top. c. 1, 2, & 3. ubi, ejus esse, docet, τὰ ἐκ τ̃ ἐνδεχομένων ποιεῖν ἃ προαιρούμεθα. 1. *ex possibilibus efficere, quæ eligimus.* & illam, ἐξεταστικὴν πρὸς τὰς ἁπασῶν ἀρχὰς ὁδὸν ἔχουσαν. 1. *indagatricem, ad omnia scientiarum sive methodorum, viam continentem.* & cum Metaphysica Dialecticam, circa idem versari genus; sed ab illa differre τρόπῳ τ̃ δυνάμεως. estque ipsi διαλεκτικὴ, πειραστικὴ, περὶ ὧν ἡ Φιλοσοφία γνωριστικὴ. 1. *tentativa, de quibus philosophia* (metaphysica) est *cognitiva.* lib. 4. met. c. 1. Mathematicus uti distinguitur à physico &

primo philoſopho, docet Ariſt. lib. 2. nat. auſc. c. 2. & lib. 13. met. cap. 4. priore l. dicit naturalia corpora habere planities, ſoliditates, longitudines & puncta: περὶ ἅ, inquit, σκοπεῖ μαθηματικὸς & cum Phyſicus quoque de luna & ſole tractet atque de eorum figura, Mathematicum de eadem etiam agere affirmat: non tamen quà horum unumquodque eſt terminus corporis naturalis, neque illorum accidentia contemplari. ideoque abſtrahit διὸ καὶ χωρίζει ſcilicet per intellectum. addit enim χωριστὰ γὰρ νοήσει κινήσεώς ἐστι. 1. *ſunt enim res per intellectum ſeparabiles.* quippe nullum eſt periculum erroris. καὶ οὐδεὶ, inquit, διαφέρω, οὐδὲ γίνεται ψεῦδος χωριζομένων. 1. *nec intereſt per falſum committitur ab eo, qui ſeparat.* dicitque, hoc manifeſtum eſſe, utrorumque definitiones proferenti, ſcilicet tam rerum ipſarum, quàm accidentium. uti de pari & impari, recto & inflexo numero, ſine figura &c. quæ ſine motu ſunt: contrà, de carne, oſſe, & homine. & hoc ait, declarare eas Mathematicas, quæ ſunt magis naturales. ut perſpectiva, & Muſica & Aſtrologia. non ſic in Geometria, quæ dicitur quidem lineam ſpectare, quæ eſt naturalis, non tamen

tamen quà naturalis. Perſpectivam v. Mathematicam conſiderare lineam; non tamen, quà eſt Mathematica, ſed quà eſt naturalis. utrum entia Mathematica ſint ſubſtantiæ rerum, nec ne, diſputat Phil. lib. 3. met. cap. 5. item, an entia Math. ſint à ſenſibilibus ſeparata. & : an ab iis quid diverſum exprimant, lib. XI. met. c. 2. quoad *certitudinem*, ſapientiam ſive Metaphyſicam primas tenere vult, juxtà ea, quæ leguntur lib. I. met. c. 2. cum circa prima principia, omnium certiſſima, verſetur illa. Et nominatim Arithmeticam Geometriâ certiorem facit. αἱ γὰρ, inquit ibid., ἐξ ἐλαττόνων ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λεγομένων. οἷον, Ἀριθμητικὴ γεωμετρίας. I. *quæ conſtant ex paucioribus, certiores iis ſunt, quæ ex additione dicuntur. ut, Arithmetica quàm Geometria*. maximè, ſi non demonſtret diſciplina ἐξ ἄλλου γένους, ſed ex ſuo. uti non licet Arithmeticæ probare Problema Geometicum. quando diviſa ſunt ſcientiarum genera, ut Arithmeticæ & Geometriæ. in quibus, οὐκ ἔστι, inquit, τὴν ἀριθμητικὴν ἀπόδειξιν ἐφαρμόσαι ἐπὶ τὰ τοῖς μεγέθεσι συμβεβηκότα, εἰ μὴ τὰ μεγέθη ἀριθμοί εἰσι. I. *non licet Arithmeticam*

demonstrationem accommodare ad ea, quæ magnitudinibus accidant, nisi magnitudines sint numeri. & vice versâ. atque ita contendit, nulli scientiæ licere alterius scientiæ problema demonstrare, nisi sit subordinata. οἷον, inquit, τὰ Ὀπτικὰ πρὸς Γεωμετρίαν, καὶ τὰ Ἁρμονικὰ πρὸς Ἀριθμητικήν. i. *quomodo Optica probl. ad Geometriam & Harmonica ad Arithmeticam referantur.* & cap. 2. Geometriæ subalternat Mechanicam. Principia Geometrica distinguit Philosophus cap. 10. in propria & communia. ubi & axiomatum, postulatorum, definitionum & hypotheseωn mentionem facit. & axioma distinguit ab hypothesi & postulato & hypothesin à postulato & definitionem ab hypothesi: & Geometram dicit ea sumere in solis magnitudinibus & Arithmeticum in solis numeris. licet asserat, illius non esse disceptionem de principiis, lib. 1. analyt. c. 12. quà talis. Et propria Principia Arithmeticum dicit sumere; & unitates esse: Geometram puncta & lineas. quæ v. sunt horum affectiones per se, quid earum quæque significet, accipiunt: ut Arithmetica, quid par, impar, vel quadratum, vel cubus. Geometria, quid irra-

irrationale, aut quid inflecti, aut quid concurrere. quod autem sit, demonstrant per principia commmunia, ut, si ab æqualibus æqualia auferas, reliqua sunt æqualia, & per ea, quæ demonstrata fuerunt. sic etiam fieri vult in Astrologia. Quomodo *Mathematicæ* disciplinæ inter se affectæ sint, ex parte docet Philosophus lib. 1. post. anal. c. 13. sc. εἶναι θάτερα ὑπὸ θάτερον alterum sub altero, sive subordinatæ sint, ut Optica sub Geometria: Mechanica sub Stereometria: Musica sub Arithmetica · & Phænomena sub Astrologia. v. & lib. 3. met. c. 2. Synonymiam etiam in iis scientiis notat. ut Astrologia dicitur & Mathematica & Nautica: Musica vocatur tàm Mathematica, quàm eà quæ spectatur secundum auditum. Et Confert quoque modum considerandi objecta Mathematicorum cum aliis: ubi: ἐνταῦθα τὸ μὲν ὅτι τῶν αἰσθητῶν εἰδέναι, τὸ δὲ διότι, τῶν μαθηματικῶν. 1. *hic enim scire quod sit, proprium est eorum, qui sensus rationem habent: scire autem cur sit, Mathematicorum.* de his autem statuit: οὗτοι γὰρ ἔχουσι τῶν αἰτίων τὰς ἀποδείξεις καὶ πολλάκις οὐκ ἴσασι τὸ ὅτι. 1. *si namque, habent causarum demonstrationes, ac sæpe*

ignorant, quod res ſunt. quas demonſtrat tn. in cunctis Philoſophiæ partibus, non requirit, uti legere eſt lib. 2. met. c. 3. præterea, in priore loco ſcientias Mathematicas circa formas (περὶ εἴδη) verſari dicit: negatque res Mathematicas eſſe in ſubjecto. quamvis res Geometricæ in quopiam ſubjecto eſſe dicantur, non tamen quà Geometricæ. v. etiam lib. XI. met. c. 2. *Opticam* l. c. confert cum Phyſica ratione ſubjecti. Ut enim Optice ad Geometriam affecta eſt, ſic ad Opticam alia ſcientia, veluti, quæ tractat de iride: ratio: τὸ μὲν γὰρ ὅτι, Φυσικοῦ εἰδέναι. τὸ δὲ διότι Ὀπτικοῦ ἢ ἁπλῶς ἢ κατὰ τὸ μάθημα. I. *Scire enim quod ſit, eſt Phyſici: cur ſit, Optici, aut ſimpliciter, aut ratione ſcientiæ Mathematicæ.* v. & lib. 3. met. c. 2. Interrogationes Geometricæ ut conferuntur cum dialecticis. v. lib. I. Analyt. poſt. c. 12.

CAP. III.

Metaphyſica *quæ? ejus objectum, & modus conſiderandi illud.* entis *varia acceptio; & diviſio. ubi & breviter de ſubſtantia.*

ARiſtoteli *Metaphyſicus* aliquando vocitatur abſolutè φιλόσοφος, lib. 13. met.

met. c. 3. & lib. 4. met. c. 3. & in abstracto *Metaphysica*, Φιλοσοφία, ibidem, & lib. 4. c. 2. & lib. 1. cap. 3. Φιλοσοφία πρώτη lib. 4. met. c. 2. lib. 6. in cap. 1. lib. 13. cap 4. & πρώτη ἐπιστήμη, lib. 6. met. c. 1. lib. 13. met. c. 4. cujus respectu Physica dicitur δευτέρα Φιλοσοφία. i. *secunda Philosophia*, lib. 7. met. c. XI. *sapientiam* ut facit, vide lib. 1. met. c. 2. & cæteras scientias ejus δούλας. i. *ancillas*, lib. 3. met. c. 2. & sic sapientia prima, ut ejus respectu Physica dicatur *sapientia*, sed non prima, lib. 4. met. c. 3. *scientia universalis, Physica & Mathematica prior*, lib 13. cap. 7. & ideo, καθόλου πασῶν κοινή. i. *universaliter omnibus communis*, lib. 6. met. c. 1. Ergo *Metaphysica est scientia (vel sapientia) quæ tractat ens, quatenus ens est, & quæ ei per se insunt*. objectum τὸ ὂν ᾗ ὄν. sic ille lib. 4. met. c. 1. ἔστιν ἐπιστήμη τὶς ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα. quod probat, cap. 2. & sic deinceps concludit: δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς ἐπιστήμης θεωρῆσαι ᾗ ὄντα. i. *patet utique unius esse scientiæ entia, prout entia, speculari*. & post: ὅλως μὲν οὖν μιᾶς ἐπιστήμης τὸ ὂν ᾗ ὂν θεωρῆσαι καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ᾗ ὂν δῆλον. i. *quod*

1. *quod igitur unius scientiæ est ens, prout ens est, & quæ ei prout enti insunt, speculari, manifestum est.* v. & lib. 6. met. c. 1. & lib. 13. c. 3. & sub eo contineri principia Mathematicarum rerum, lib. 13. cap. 4. & substantiam separatam. lib. 13. met. c. 7. & nullam aliam scientiam ens ea latitudine spectare, lib. 4. met. c. 1. docet. cum cæteræ tantum μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμνόμεναι θεωροῦσι περὶ τοῦτο τὸ συμβεβηκός. 1. *aliquam partem abscindentes, quod ei accidit, speculantur*, ut Mathematicæ scientiæ. & hanc considerationem Metaphysices vult pertinere ad Philosophiam contemplativam, lib. 6. met. c. 1. *Ens* multipliciter dici, docet lib. 4. met. c. 2. sed, ut ille, πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. 1. *omne ad unum principium.* quatenus non enti opponitur, summa latitudine exprimitur. ait enim τὰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐσία, ὄντα λέγεται, τὰ δ᾽ ὅτι πάθη οὐσίας, τὰ δ᾽ ὅτι ὁδὸς εἰς οὐσίαν, ἢ φθοραὶ ἢ στερήσεις ἢ ποιότητες, ἢ ποιητικὰ ἢ γεννητικὰ οὐσίας ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων ἢ τούτων τινὸς ἀποφάσεις ἢ οὐσίας. 1. *quædam enim quoniam substantiæ entia dicuntur: quædam, quoniam passiones substantiæ: quædam, quoniam viæ ad substantiam, aut corruptiones*

aut

aut privationes aut qualitates aut effectiva aut generativa substantiæ sive eorum, quæ ad substantiam dicuntur aut ad aliquorum ex his negationes aut substantias. & sic: διὸ καὶ τὸ μὴ ὂν εἶναι μὴ ὂν φαμέν. 1. *quare & ipsum non ens, esse non ens dicimus.* Paulò strictius lib. 7. met. c. 1. τὸ ὂν σημαίνει, τὸ μὲν τί ἐστι, καὶ τὸδέ τι. τὸ δὲ, ποιὸν ἢ ποσὸν ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν οὕτω κατηγορουμένων. 1. *Ens significat aliud quidem, quod est & quod quid: aliud vero quod quale aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur.* priori loco & modo ens expressum objectum primæ philosophiæ dat. præcipuum autem, quod in ente est, & naturam ejus exhaurit, substantia est, &, ideo lib. 7. met. l. c. φανερὸν, ὅτι τούτων πρῶτον ὂν τὸ τί ἐστιν, ὥσπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν. 1. *patet, primum horum ens esse ipsum quod est, quodque substantiam significat.* Et lib 9. met. c. 1. disertè *substantia* vocatur πρώτως ὄν. 1. *primum ens.* loco cit. lib. 7. dicitur, πάντων ἡ οὐσία πρῶτον καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ χρόνῳ καὶ φύσει. 1. *omnium primum est substantia & ratione & cognitione & tempore & natura.* de cæteris a. sic lib. 7. met. l. c. τὰ δ' ἄλλα λέγεται ὄντα, τῷ τοῦ οὕτως ὄντος

1. *quod igitur unius scientiæ est ens, prout ens est, & quæ ei prout enti insunt, speculari, manifestum est.* v. & lib. 6. met. c. 1. & lib. 13. c. 3. & sub eo contineri principia Mathematicarum rerum, lib. 13. cap. 4. & substantiam separatam. lib. 13. met. c. 7. & nullam aliam scientiam ens ea latitudine spectare, lib. 4. met. c. 1. docet. cum cæteræ tantum μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμνόμεναι θεωροῦσι περὶ τοῦτο τὸ συμβεβηκός. 1. *aliquam partem abscindentes, quod ei accidit, speculantur,* ut Mathematicæ scientiæ. & hanc considerationem Metaphysices vult pertinere ad Philosophiam contemplativam, lib. 6. met. c. 1. *Ens* multipliciter dici, docet lib. 4. met. c. 2. sed, ut ille, πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. 1. *omne ad unum principium.* quatenus non enti opponitur, summa latitudine exprimitur. ait enim τὰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐσία, ὄντα λέγεται, τὰ δ᾽ ὅτι πάθη οὐσίας, τὰ δ᾽ ὅτι ὁδὸς εἰς οὐσίαν, ἢ φθοραὶ ἢ στερήσεις ἢ ποιότητες, ἢ ποιητικὰ ἢ γεννητικὰ οὐσίας ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων ἢ τούτων τινὸς ἀποφάσεις ἢ οὐσίας. 1. *quædam enim quoniam substantiæ entia dicuntur: quædam, quoniam passiones substantiæ: quædam, quoniam via ad substantiam, aut corruptiones*

aut

aut privationes aut qualitates aut effectiva aut generativa ſubſtantiæ ſive eorum, quæ ad ſubſtantiam dicuntur aut ad aliquorum ex his negationes aut ſubſtantias. & ſic: διὸ καὶ τὸ μὴ ὂν εἶναι μὴ ὂν φαμέν. 1. *quare & ipſum non ens, eſſe non ens dicimus.* Paulò ſtrictius lib. 7. met. c. 1. τὸ ὂν σημαίνει, τὸ μὲν τί ἐστι, καὶ τὸ δέτι. τὸ δὲ, ποιὸν ἢ ποσὸν ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν οὕτω κατηγορουμένων. 1. *Ens ſignificat aliud quidem, quod eſt & quod quid: aliud vero quod quale aut quantum, aut ſingula aliorum, quæ ita prædicantur.* priori loco & modo ens expreſſum objectum primæ philoſophiæ dat. præcipuum autem, quod in ente eſt, & naturam ejus exhaurit, ſubſtantia eſt, &, ideo lib. 7. met. l. c. φανερὸν, ὅτι τούτων πρῶτον ὂν τὸ τί ἐστιν, ὥσπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν. 1. *patet, primum horum ens eſſe ipſum quod eſt, quodque ſubſtantiam ſignificat.* Et lib 9. met. c. 1. diſertè *ſubſtantia* vocatur πρώτως ὄν. 1. *primum ens.* loco cit. lib. 7. dicitur, πάντων ἡ οὐσία πρῶτον καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ χρόνῳ καὶ φύσει. 1. *omnium primum eſt ſubſtantia & ratione & cognitione & tempore & natura.* de cæteris a. ſic lib. 7. met. l. c. τὰ δ' ἄλλα λέγεται ὄντα, τῷ τοῦ οὕτως ὄντος

τὰ μὲν ποσότητας εἶναι, τὰ δὲ ποιότητας, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον. 1. *cætera vero entia dicuntur, eò quod entis propriè dicti quædam sunt quantitates; quædam qualitates: quædam passiones; quædam aliquid aliud tale.* & hæc sc. subst. ipsis dicitur ὑποκείμενον ὡρισμένον. 1. *subjectum determinatum.* unde patet, quod *ens* non æqualiter dicatur de substantia & cæteris ei accidentibus. uti nominatim legere est lib. 7. met. c. 4. ubi etiam: τὸ τί ἐστιν ὑπάρχει πᾶσιν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ τῷ μὲν πρώτως, τοῖς δ' ἑπομένως. 1. *ipsum est inest quidem omnibus non tamen similiter: huic verò primò, illis verò consequenter.* Et sic ens distingui poterit in ens *simpliciter* & *secundum quid.* nam ejusdem libri cap. 1. sic legitur: ὥστε τὸ πρώτως ὂν καὶ οὔ τι ὄν, ἀλλ' ὂν ἁπλῶς ἡ οὐσία ἂν εἴη. 1. *quod est primò ens & non aliquod ens (ut cætera) sed simpliciter ens, substantia.* reliqua entia sunt entia per substantiam & eorum esse, est inesse, uti, exprimitur in seq. ἀνάγκη γὰρ ἐν τῷ ἑκάστων λόγῳ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἐνυπάρχειν. 1. *necesse est enim in cujusque ratione inesse rationem substantiæ.* vid. lib. 14. met. c. 1. lib. 13. c. 5. & eorum, quæ *sunt*, distinctio-

ftinctionem, cat. 2. de ente per fe & per accidens pòft videbitur, nunc breviter de fubftantia & eo, quod eft aliquid.

Cap. IV.

Οὐσία, fubftantia, & τὸ τί ἦν εἶναι, ut intelligenda apud Philofophum.

"Οὐσία aliquando Ariftoteli notat *effentiam*, ut lib. 2. de anima. c. 1. §. 15. & lib. 8. met. c. 3. f. fæpiffimè, *fubftantiam*. Illa quot modis dicatur, legitur lib. 7. met. c. 3. quatuor in his nota: καὶ γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ γένος ἡ οὐσία δοκεῖ εἶναι ἑκάστῳ καὶ τέταρτον τούτων τὸ ὑποκείμενον. i. *maximè autem quid erat effe & univerfale & genus fubftantia cujusque effe videtur, & quartum eorum, fubjectum.* intellige prædicationis. ὑποκείμενον autem vocat, καθ' οὗ τὰ ἄλλα λέγεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτὸ μηκέτι κατ' ἄλλου. i. *fubjectum eft, de quo cætera dicuntur, illud vero non amplius de alio.* & pòft vocat ὑποκείμενον πρῶτον, compofitumque effe dicit ἐκ τῆς ὕλης καὶ μορφῆς. i. *ex materia & forma.* quarum materiam ὕλην vocat μόνην οὐσίαν, & formam σχῆμα τῆς ἰδέας. de illis in phyficis. fubjectum autem

tem illud vocat πρώτην ὀσίαν. i. *primam substantiam*, categ. 5. quò & ἄπειρον ὀσίαν refert lib. 13. c. x. & ἀΐδιον, lib. 14. c. 6. metaphys. & νȣ̃ν. c. 9. quamvis sic non componatur. τὸ τὶ ἦ εἶναι, multipliciter Philosophus sumit. aliquando, notat *definitionem*, ut lib. 7. met. 5. c. 4. cujus λόγος dicitur vero ὁρισμὸς. & substantiis convenire τὸ τὶ ἦν εἶναι. i. *quod quid erat esse*, post dubitationes ibidem concludit. & alibi, uti in log. videbatur. aliquando rerum *formam*, ut in Physicis ostendetur. & l. c. τὸ τὶ ἦν εἶναι ἑκάστῳ, dicitur ipsi ὁ καθ' αὐτὸ. i. *quod secundum se dicitur*. an autem τὸ τὶ ἦν εἶναι, i. *quidditas* & ἕκαστον. i. *unumquodque*, idem sint, disputat lib. 7. met. c. 6. in substantiis idem esse existimat, non vero in accidentibus. *Quidditatem* (τὸ τὶ ἦν εἶναι) esse principium & causam eorum omnium, quæ de re dicuntur, eamque esse substantiam quandam formalem, sola ratione separabilem, cap. 17, ostendit suo modo. ubi addit: δεῖ γὰρ τὸ (ὂν) τι καὶ τὸ εἶναι ὑπάρχειν δῆλα ὄντα. i. *oportet enim ipsum quod & ipsum esse, existere manifesta entia*. Universale non esse substantiam, neque genus, ibidem & affirmat

mat & suis argumentis probat, cum substantia ei sit ὑποκείμενον. neque substantiam sensibilem, quæ ei singularis est, vel definitio vel demonstratio exhibeat. nunc de uno, vero & bono, ut entis affectionibus immediatis.

CAP. V.

De uno, *entis attributo, quid ex Philosopho definitur & docetur. item, de ejus oppositis.*

ENs & *unum* idem esse, & colligit & docet Aristoteles, etiam his verbis, lib. 4. met. c. 2. ἔστι δὴ τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ταὐτὸν καὶ μία φύσις τῷ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις, ὥσπερ ἀρχὴ καὶ αἴτιον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἑνὶ λόγῳ δηλούμενα. i. *Est itaque ens & unum idem ac naturâ unâ, propterea quod se invicem sequuntur. quemadmodum principium & causa; sed non quod una ratione significantur.* exemplum: ταὐτὸ γὰρ εἷς ἄνθρωπος καὶ ὢν ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος. i. *idem enim unus homo & ens homo ac homo.* καὶ οὐχ ἕτερόν τι δηλοῖ κατὰ τὴν λέξιν ἐπαναδιπλούμενον τὸ, ἔστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος καὶ εἷς ἄνθρωπος. i. *& non significat diversum aliquod secundum dictionem respectivam, id est, homo & homo & unus homo.* v. & lib. 5. met. c. 26. item ex eo, quod non separentur ens & unum in ge-

 nera-

neratione & corruptione, colligit l. c. quæ ſequuntur: ὅτι ἡ πρόσθεσις ἐν τούτοις ταὐτὸ δηλοῖ· καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν παρὰ τὸ ὄν. ἔτι δ' ἑκάστη οὐσία, ἕν ἐστιν οὐ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ ὅπερ ὄν τι. i. *quod additio in his idem ſignificat: & quod unum nihil aliud eſt, præter ens: item, cujuſque ſubſtantia, unum eſt; non ſecundum accidens. ſimiliter & ipſum ens, quodvis.* & ſic ens & unum æqualiter dici, probat lib. x. met. c. 2. ubi: λέγεται δ' ἰσαχῶς τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν. vide & lib. 3. met. c. 4. & reprocari illa, docet lib. 13. met. c. 3. Cæterùm, videamus, quot ſignificatis Philoſopho exprimatur *unum.* lib. 5. met. c. 6. ſcilicet vel ſecundùm accidens vel ſecundùm ſe. priore modo, ut Coriſcus & Muſicum & Coriſcus Muſicus: & Muſicum & juſtum, ac Muſicus juſtus. cum utrumque uni ſubſtantiæ accidat. *per ſe* autem unum primum dicitur ratione *continuitatis*, ut faſcis, vinculo: & ligna, viſco. ſic & linea, licet curva ſit, modò continua ſit, una eſt. item crus & brachium. De his autem dicit, quod ſint μᾶλλον ἓν τὰ φύσει συνεχῆ ἢ τέχνῃ. i. *potius unum ſint naturâ, quam arte, continua.* Prætereà unitatem continuitatis ſpectat in motu. ſcilicet ἡ

κίνησις

κίνησις μία καθ' αὑτὸ καὶ μὴ οἷόν τε ἄλλως. *i. cujus unus per ſe motus & non poteſt aliter eſſe*; etiam ratione temporis, de quo ibidem vide. Etiam unum ea dicuntur, ὧν ἀδιαίρετον τὸ εἶδος κατὰ τὴν αἴσθησιν. *i. quorum ſpecies indifferens eſt ſecundum ſenſum.* ut vinum unum & aqua una, &c. ubi ſpecies non mutatur. Etiam unum philoſopho dicuntur, ὧν τὸ γένος ἐν διαφέρον ταῖς ἀντικειμέναις διαφοραῖς. *i. quorum unum eſt genus differens oppoſitis differentiis*, ut homo, equus &c. ſunt animalia, idem de ultimis generis ſpeciebus intelligit. Præterea *unum* vocat, ὅσων ὁ λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι λέγων ἀδιαίρετος πρὸς ἄλλον τὸν δηλοῦντα, τὸ τί εἶναι τὸ πρᾶγμα. *i. quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens, indiviſibilis ad aliam eſt, quod erat eſſe rei ſignificantem.* quamvis omnis ratio per ſeipſam ſit diviſibilis. ſic, ὧν ἡ νόησις ἀδιαίρετος, ἡ νοοῦσα τὸ τί ἦν εἶναι καὶ μὴ δύναται χωρίσαι, μήτε χρόνῳ μήτε τόπῳ μήτε λόγῳ, μάλιστα ταῦτα ἕν. *i. quarumcunque intellectio, quæ quod quid erat eſſe, intelligit, indiviſibilis eſt, neque ſeparare poteſt, nec tempore nec loco nec ratione, hæc maximè unum ſunt.* & horum quæcunque, ſubſtantias eſſe, dicit. & univerſaliter, quæ nullam in ſe habent diviſio-

ſionem, unum eſſe, vult. ut homo, eſt unus homo: & animal, unum animal. &, quæ aut unum agunt, aut patiuntur aut habent, aut ad aliquid unum ſunt, quæ in ſeq. latiùs explicat. ubi & unum eſſe dicit ἀρχὴν τοῦ γνωριστοῦ, ᾧ πρώτῳ γνωρίζομεν. *principium ſcibilis, quo primò cognoſcimus.* ratione quanti illud, ἀδιαίρετον, τὸ πάντῃ ἄθετον. i. *indiviſibile poſitione.* i. μόνας, unitas. nam lib XI met. c. 7. ἡ μόνας στιγμὴ ἄθετός ἐστι. i. *unitas ſine poſitione eſt.* v. & lib. XII. met. c. 2. l. c. lib. 5. breviter complectitur, quæ numero, genere, ſpecie, aut analogia unum ſunt, ſub finem capitis. ſcil. *numero:* ὧν ἡ ὕλη μία. i. *quorum materia una eſt. Specie;* ὧν λόγος εἷς. i. *quorum una ratio. genere:* ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας. i. *quorum eadem eſt prædicationis figura. analogia:* ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο. i. *quæcunque ſe habent ut aliud ad aliud.* Oppoſita *uni* ſint multa. quot modis autem illa oppoſitio fiat, oſtendit Ariſtoteles lib. x. met. c. 3. primò, ut ἀδιαίρετον & διαίρετον. i. *indiviſibile & diviſibile.* diciturque ex contrario ipſum unum, & ſignificatur ex diviſibili, indiviſibile, διὰ τὸ μᾶλλον αἰσθητὸν τὸ πλῆ-

θος

θος εἶναι καὶ τὸ διαιρετόν. i. *eo quod magis multitudo & divisibile & sensibile est.* & quomodo se numerus habeat ratione unitatum, vide lib. XI. met. c. 6. secundò, l. c. ἔτι τοῦ, inquit, μὲν εἶδος τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον καὶ ἴσον. τοῦ δὲ πλήθους, τὸ ἕτερον καὶ ἀνόμοιον καὶ ἄνισον. i. *unius est idem, simile & æquale: multitudinis vero diversum, dissimile & inæquale.* quæ deinceps latiùs persequitur. vid. & cap. 6. & lib. X. c. I. met.

CAP. VI.

De vero & falso. quid doceat Philosophus, ostenditur.

ENs in verum & falsum distinguit Philosophus lib. 9. met. c. X. ubi: τὸ κυριώτατον ὂν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐστὶ τὸ συγκεῖσθαι ἢ διαιρεῖσθαι. i. *maximè proprie ens aut verum aut falsum est in rebus compositione vel divisione.* verum & falsum pronunciari componendo & dividendo, in logicis apertius videbitur. Et tenendum interim hîc, quod ἀληθὲς, ut inquit lib. 6. met. c. 3, τὴν κατάφασιν ἐπὶ τῶν συγκειμένων ἔχει, τὴν δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῶν διῃρημένων, τὸ δὲ ψεῦδος, τούτου τοῦ μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν. i. *verum enim affirmationem in composito habet, ne-*

gationem vero in diviso. falsum hujus partitionis contradictionem. Et sic verum & falsum negat esse in rebus: sed ponit in mente, ibid. οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν ἐν διανοίᾳ. i. *non enim est falsum & verum in rebus, sed in mente.* de compositione & Divisione idem: ἐπεὶ δὲ ἡ συμπλοκή ἐστιν καὶ ἡ διαίρεσις ἐν διανοίᾳ, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πράγμασι &c. *cum autem compositio in mente, non in rebus sit* &c. lib. 9. met. cit. veritatis fundamentum ponit in re. ubi: οὐ γὰρ διὰ τὸ ἡμᾶς οἴεσθαι ἀληθῶς σε λευκὸν εἶναι, εἶ σὺ λευκός. ἀλλὰ διὰ τὸ σε λευκὸν εἶναι, ἡμεῖς οἱ φάντες τοῦτο ἀληθεύομεν. i. *non enim quod nos te verè putamus, album esse, tu albus es: sed propterea, quod tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus.* quomodo autem verum & falsum obtineant in necessariò compositis & divisis, & contingentibus, ibidem pluribus docet philosophus. lib. 5. met. c. 7. τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ἔστιν, ὅτι ἀληθές, τὸ δὲ μὴ εἶναι, ὅτι οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ ψεῦδος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως. i. *ipsum esse & ipsum est significat, quod verum est: ipsum vero non esse, quod non est verum, sed falsum. similiter*

tam

tam in affirmatione, quàm in negatione. prius rerum & falsum vocat τὸ ἄνευ πράξεως. 1. *quod est sine actione*, dicitque ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι γένει τῷ ἀγαθῷ καὶ κακῷ. 1. *in eodem genere esse cum bono & malo.* differre tamen, ut absoluta. vide plura lib. 4. met. c. 7. & respectiva, lib. 3. de anima. c. 8. f. quomodo verum ac falsum percipimus phantasia, explicat lib. eodem c. 4. ubi addit: οὐδὲ λέγομεν ὅταν ἐνεργῶμεν ἀκριβῶς περὶ τὸ αἰσθητὸν, ὅτι φαίνεται ἡμῖν τοῦτο ἄνθρωπος. ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν μὴ ἐναργῶς αἰσθανόμεθα, τό ἢ ἀληθὴς καὶ ψευδής. 1. *cum exquisitè operamur circa sensile, non dicimus nobis videri hoc, esse hominem: sed potius, quando non evidenter sentimus. tuncque sensus est aut verus aut falsus.* Ergo verum & falsum vel est apparenter, vel absolutè tale. illam veritatem distinguit à veritate ratione utentis cap. 3. ejusdem libri, his verbis: ἡ μὲν αἴσθησις τῶν ἰδίων, ἀεὶ ἀληθὴς καὶ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ζώοις, διανοεῖσθαι δ' ἐνδέχεται καὶ ψευδῶς καὶ οὐδενὶ ὑπάρχει ᾧ μὴ καὶ λόγος. 1. *quia sensus propriorum objectorum semper est verus, & omnibus inest animalibus: ratiocinari vero contingit etiam falsò nec ulli inest, cui non insit etiam ratio.*

veritatem principiorum, quæ hic absoluta esse debet, dicit esse talem, περὶ ἣν διαψευσθῆναι ἀδύνατον. i. *circa quam decipi non possimus.* diciturque esse βεβαιοτάτη. i. *firmissima*, lib. 4. met. c. 3. v. & cap. 4. Veritas a. apparens rerum c. 5. dicitur, ἐνίοις ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐλθεῖν. i. *quibusdam ex sensibilibus advenire.* quod dici debeant, αὐτῷ ἑκάστῳ πρὸς ἑαυτὸν ταὐτὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀεὶ δοκεῖν. i. *nostrum cuique non eadem ad seipsum semper secundum sensum apparere.* v. plura in seq. cap. 6. ubi multis disputat, an omne apparens, verum sit. circa quæ autem & quatenus decipiamur, lege lib. 9. met. c. x. decipi a. vult omnes, περὶ ἃ μὴ γνωρίζουσι. i. *circa ea, quæ non intelligunt.* lib. 4. met. c. 3. Et quot modis falsum dicatur, v. lib. 5. c. 29.

Cap. VII.

Bonum *generaliter & specialiter consideratum quid sit Metaphysicis.*

ARistoteles lib. i. mag. mor. c. i. generaliter τὸ ἀγαθὸν κοινὸν ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν. i. *commune bonum omnibus inesse*, affirmat. i. est, quod lib. i. de moribus. cap. 4. τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι. i. *bonum*

bonum totidem modis dicitur, quot ens. & in omnibus categoriis, ibidem. id per se expetendum, loco priori affirmat: λέγει δὲ ὁ ὅρ☉ν, ὅτι τοιόνδ' ἀγαθὸν καθόλε, ὃ ἐὰν ᾖ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ αἱρετόν. Et vult diversum esse ab eo, quod dicitur ἰδέα ἀγαθε. lib. XI. met. cap. 4. & 5. *specialiter* refutans ideas Platonicas, & cap. 6. & 7. numeros Pythagoricos, item lib. XII, cap. 3. affirmat cap. 5. bonum & pulcrum primo Principio convenire, quod modò appellat τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον, modò τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλόν. aitque, Poëtas quosdam & Sapientes ac Philosophos τὸ γεννῆσαι πρῶτον ἄριστον. i. *primum generans optimum*, ponere. eorum a. qui immobiles substantias (τὰς ἀκινήτες ἐσίας) dicunt, quosdam ait, αὐτὸ τὸ ἓν, τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. i. *unum ipsum bonum esse*, & substantias maximè *unum*. quomodo autem bonum conveniat, sic indicat: θαυμαστὸν δ' ἐν τῷ πρώτῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ αὐταρκεστάτῳ τετ' αὐτὸ πρῶτον, ἐχ' ὡς ἀγαθὸν ὑπάρχει τὸ αὔταρκες καὶ ἡ σωτηρία. i. *mirabile autem est si primo & perpetuo & ipsi sufficientissimo hoc ipsum primum & per se sufficientia & salus non sit tanquam bonum.* imo propter illa ei bonum con-

veritatem principiorum, quæ hic absoluta esse debet, dicit esse talem, περὶ ἣν διαψευσθῆναι ἀδύνατον. i. *circa quam decipi non possimus.* diciturque esse βεβαιοτάτη. i. *firmissima*, lib. 4. met. c. 3. v. & cap. 4. Veritas a. apparens rerum c. 5. dicitur, ἐνίοις ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐλθεῖν. i. *quibusdam ex sensibilibus advenire.* quod dici debeant, αὐτῷ ἑκάστῳ πρὸς ἑ ταὐτὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀεὶ δοκεῖν. i. *nostrum cuique non eadem ad seipsum semper secundum sensum apparere.* v. plura in seq. cap. 6. ubi multis disputat, an omne apparens, verum sit. circa quæ autem & quatenus decipiamur, lege lib. 9. met. c. x. decipi a. vult omnes, περὶ ἃ μὴ γνωρίζουσι. i. *circa ea, quæ non intelligunt.* lib. 4. met. c. 3. Et quot modis falsum dicatur, v. lib. 5. c. 29.

Cap. VII.

Bonum *generaliter & specialiter consideratum quid sit Metaphysicis.*

ARistoteles lib. 1. mag. mor. c. 1. generaliter τὸ ἀγαθὸν κοινὸν ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν. i. *commune bonum omnibus inesse*, affirmat. i. est, quod lib. 1. de moribus. cap. 4. τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι. i. *bonum*

bonum totidem modis dicitur, quot ens. & in omnibus categoriis, ibidem. id per se expetendum, loco priori affirmat: λέγει δὲ ὁ ὅρ☉, ὅτι τοιόνδ' ἀγαθὸν καθόλȣ, ὃ ἐὰν ᾗ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ αἱρετὸν. Et vult diversum esse ab eo, quod dicitur ἰδέα ἀγαθȣ̃. lib. XI. met. cap. 4. & 5. *specialiter* refutans ideas Platonicas, & cap. 6. & 7. numeros Pythagoricos, item lib. XII, cap. 3. affirmat cap. 5. bonum & pulcrum primo Principio convenire, quod modò appellat τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄρισον, modò τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλόν. aitque, Poëtas quosdam & Sapientes ac Philosophos τὸ γεννῆσαι πρῶτον ἄρισον. 1. *primum generans optimum*, ponere. eorum a. qui immobiles substantias (τὰς ἀκινήτȣς ἐσίας) dicunt, quosdam ait, αὐτὸ τὸ ἓν, τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. 1. *unum ipsum bonum esse*, & substantias maximè *unum.* quomodo autem bonum conveniat, sic indicat: θαυμαςὸν δ' ἐν τῷ πρώτῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ αὐταρκεςάτῳ τȣ̃τ' αὐτὸ πρῶτον, ἐχ' ὡς ἀγαθὸν ὑπάρχει τὸ αὐταρκες καὶ ἡ σωτηρία. 1. *mirabile autem est si primo & perpetuo & ipsi sufficientissimo hoc ipsum primum & per se sufficientia & salus non sit tanquam bonum.* imo propter illa ei bonum con-

venire vult, ubi ait: ἀλλὰ μὴν ἐ δι᾽ ἄλλο ἄφθαρτον ἢ διότι εὖ ἔχει ἐδ᾽ αὐταρκές. i, *Enimvero propter nihil aliud incorruptibile & sibi sufficiens, nisi quoniam bene se habet*. & ideo colligit, hoc bonum esse τὴν ἀρχήν. i. *principium*, illudque esse unum. errasse autem Pythagoreos, suo more ostendit, quod è numeris illud bonum componant. & cap. 5, quod *bonum* Principiis non attribuant. & cap. 6, bonitatem non debere ad numeros referri tanquam ad causas. De *bono* Ethico vid. lib. 1. magn. mor. c. 2. & quot modis illud consideretur. bonum aliud est honestum, aliud utile, aliud delectabile, uti docetur lib. 2. mor. c 3. Item, aliud, quod in unoquoque est optimum & suapte naturâ expetendum; aliud, cujus participationis alia sunt bona, lib. 1. magn. moral. c. 1. Et hoc vocat ἰδέαν ἀγαθȣ. bono metaphysicè considerando sive transcendentali, nullum est oppositum malum. ergo de eo hic nihil. nunc de ordine, numero, & perfectione, quæ post unum, verum, & bonum enti ejusque speciebus conveniunt.

CAP.

CAP. VIII.

De ordine *rerum*, numero & perfectione: *quid primo Philoſopho conſiderandum.*

ORdinem Ariſtoteles lib. 3. de cælo, cap. 2. ad ſenſibilium naturam potiùs pertinere, ait his verbis: ἡ γὰρ τάξις ἡ οἰκείη τῶν αἰσθητῶν φύσις ἐστίν. & manifeſtius eum ad cæleſtia corpora pertinere, docet lib. 1. de partibus animalium, c. 1. ubi: τὸ γοῦν τεταγμένον καὶ ὡρισμένον πολὺ μᾶλλον φαίνεται ἐν τοῖς οὐρανίοις ἢ περὶ ἡμᾶς. 1. *ordo enim & ratus certusque ſtatus longè magis in rebus cæleſtibus patet, quàm in nobis.* v. lib. 14. met. c. x. ille eſt ordo eſſendi. cognoſcendi autem ordinem in Logicis dabimus. numerus ut differat ab unitate, inquirit Philoſophus lib. x1. met. c. 8. & 9. & c. 6. exprimit modos, quibus dicitur numerus conſtare ex unitatibus. ubi & alios ſeparatos à nobis aut non ſeparatos, ſed in ipſis ſenſibilibus exiſtentes, ab aliis Philoſophis exhibitos, conſiderat. & ut quidam numerum Mathematicum ſtatuant primum entium & à ſenſibilibus ſeparatum. item: quod Pythagorici cælum ex numeris conſtruant, præter id, quod non ex monadicis. *numeros*

meros autem separabiles esse, pernegat cap. xi. atque ita omnes numeros rebus innexos esse, suis rationibus probat. item, quod alius velit, primum numerum ipsum specierum unum esse: alii, ipsum Mathematicum eundem esse. In numeris quemadmodum unitates sint combinabiles & comparabiles, docet Phil. lib. xi. met. c. 7. Numero subjungimus *perfectionem*. Perfectum quot modis dicatur, videre est ap. Aristotelem lib. v. met. c. xvi. scil. primò, οὗ μὴ ἐστὶν ἔξω τι λαβεῖν, μηδὲ ἓν μόριον. i. *extra quod non est accipere unam particulam.* & exemplo temporis id explicat in seq. Deinde perfectum dicitur τὸ κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ οὗ εὖ μὴ ἔχον ὑπερβολὴν πρὸς τι γένος. i. *quod secundum virtutem & quod est ejus, quod bene, non habens excessum ad genus.* sic Musicus dicitur perfectus & tibicen, cum secundum propriæ virtutis speciem in nullo deficiunt. & sic in malis, calumniator perfectus & fur. lib. 3. nat. ausc. c. 9. οὗ δὲ μηδὲν ἔξω, τοῦτ' ἐστὶ τέλειον καὶ ὅλον. i. *cum autem nihil extra est, id est perfectum & totum.* quæ duo non differre, his docet: τὸ ὅλον δὲ καὶ τέλειον, ἢ τὸ αὐτὸ πάμπαν, ἢ σύνεγγυς τῇ φύσει ἐστί.

i. *To-*

1. *Totum vero & perfectum aut omnino idem sunt aut natura inter se affinia.* Et generaliter, virtus ut perfectionem addat, videri potest lib. 6. nat. ausc. c. 4. Ὅταν λάβῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετὴν, τότε λέγει τέλειον ἕκαστον. τότε γὰρ ἔστι μάλιστα τὸ κατὰ φύσιν. 1. *Cum enim unumquodque propriam suam virtutem acceperit, tunc dicitur perfectum. Tunc enim maxi[illegible] id quod est secundum naturam, adest: perfectum unumquodque tunc dicitur.* Denique perfectum dicitur, ᾧ ὑπάρχει τὸ τέλος σπουδαῖον. 1. *cui finis appetitur & acquiritur.* ratio: κατὰ γὰρ τὸ ἔχειν τέλος, τέλειον. 1. *Etenim secundum quod habet finem, perfectum est.* Et ex adverso, τέλειον δ' οὐθὲν μὴ ἔχον τέλος. 1. *perfectum nihil est, quod non habet finem.* quia τὸ τέλος. 1. *finis* ipsi πέρας. 1. *terminus.* uti docet lib. 3. nat. ausc. c. 9. f. adde, quod lib. 1. de moribus c. 5. legitur: ἁπλῶς δὲ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. 1. *simpliciter perfectum dicitur, quod secundum se semper appetibile est, & nunquam propter aliud.* nunc de potentia & actu.

CAP.

CAP. IX.

Potentiæ & actus *diversæ considerationes Metaphys. instituuntur, ratione entis.*

Δύναμις. I. *Potentia*, quot modis dicatur, docet Philosophus lib. 5. met. c. XII. & lib. 9. c. 1. & lib. 13. cap. 9. priore loco vult, primò exprimere ἀρχὴν κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἐν ἑτέρῳ ᾗ ᾗ ἕτερον. 1. *principium mutationis & transmutationis in altero, quatenus alterum est.* ut, potentia ædificativa in ædificato. licet secundo loco potentiam & actum latius patere velit, iis, quæ dicuntur κατὰ κίνησιν. Et distinguit illam pot. in eam quæ *in altero* est, & eam, quæ *ab altero* est priore loco. Et expressiùs secundo. ubi illam & activam & passivam, sic divisam, esse arbitratur. priorem vel rationalem vel irrationalem esse, ostendit pluribus lib. 9. met. c. 2. quæ autem fit per motum, qualis sit, ibidem cap. 1. ejusdem libri vide. & sine motu. lib. 4. met. c. 6 *activa*, quæ cum motu fit, est physica, quæ pertractatur lib. 8. nat. ausc. *Passiva*, lib. 5. met. c. 17. & 19. & lib. 9. c. 1. de utraque lib. 9. met. c. 6. ὃ πέφυκε κινεῖν ἄλλο, ἢ κινεῖσθαι ὑπ' ἄλλου ἢ ἁπλῶς ἢ τρόπον τινὰ, ἀλλὰ

καὶ

καὶ ἑτέρως. i. *quod aptum est aliud movere, aut moveri ab alio, aut simpliciter aut quodammodo, sed etiam aliter.* quemadmodum autem dicantur potentiæ esse vel natura vel consuetudine vel disciplinâ, cap. 9. legere est, ubi naturales necessariò in actum reduci, vult, cum activum & passivum in debita sint vicinia. ratio: ἐπεὶ, inquit, τὸ δυνατὸν, τὶ δυνατὸν καὶ ποτὲ καὶ πῶς. i. *quoniam, quod potest, aliquid potest, & aliquando & aliquo modo.* potentias ratione moventes, rationales vocat; sine ratione moventes, irrationales. Illas dicit esse in animato: has in animato & in inanimato. ratione autem potens appetere id, cujus potentiam habet, & uti habet, hoc facere. habet autem, παρόντος τοῦ παθητικοῦ. i. *passivo præsente*, ut faciat; sed non præsente passivo, facere non possit. *Possibile* quatenus aliquid dicendum, lege lib. 9. met. c. 8. Potentiæ opponitur ἀδυναμία. i. *impotentia*. quæ est στέρησις δυνάμεως καὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἀρσις τὶς. οἷα εἴρηται ἢ ὅλως ἢ τῷ πεφυκότι ἔχειν ἢ καὶ ὅτε πέφυκεν ἤδη ἔχειν. i. *quæ est potentiæ privatio, & quædam talis principii ablatio, quale diximus: aut omnino aut ab eo, qui natura aptus est habere aut*
&

& cum natura aptus sit, jam habere. potentiæ non tantum simpliciter κινητικῇ, sed & καλῶς κινητικῇ illa impotentia opponitur. etiam impossibilia quædam dici vult secundum hanc impotentiam: quædam vero aliter, ut possibile & impossibile· quæ autem Geometricè potentiæ dicuntur, Metaphoricè, non secundum potentiam, tales censentur. *Actus* Aristoteli modò exprimitur per ἐντελέχειαν, modò per ἐνέργειαν. v. lib. 9. met. c. 1. & alibi sæpius. δύναμις & ἐνέργεια ad idem pertinere dicuntur, lib. de somno & vigilia, cap. 1. similiter & ἐντελέχεια & δύναμις, lib 2. de anima, cap 2. f. sic in textu: ἑκάστε γὰρ ἡ ἐντελέχεια, ἐν τῷ δυνάμει ὑπάρχοντι καὶ τῇ οἰκείᾳ ὕλῃ πέφυκε γίνεσθαι. i. *unius cujusque actus in eo est, quod est potestate & in propria materia.* ἐντελέχειαν ad substantiæ actum & ἐνέργειαν ad actionem sive motum à Philosopho potissimum referri, ex pluribus locis & colligi & disci potest. inter alia vid. lib. 2. de anima. c. 1. quid sit actu esse (ἐνεργείᾳ εἶναι) & potentiâ esse, interpretatur Philosophus lib. 9. met. c. 6. potentiâ esse, ut in ligno Mercurium, in toto dimidium. & scientem illum, qui

qui non speculatur, modò speculari possit. ἐνεργείᾳ εἶναι. i. *actu esse*, ut ædificans ad ædificativum & vigilans ad dormiens, videns ad connivens, habens tamen visum: segregatum à materia ad materiam & elaboratum ad inelaboratum; sic actus ad potentiam, sive actu esse ad potentia esse. dici autem actu non omnia similiter vult, sed proportionaliter. ὡς, inquit, τοῦτο ἐν τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτο. τὸ δ᾽ ἐν τῷδε, ἢ πρὸς τόδε. i. *ut hoc in hoc aut ad hoc: ita illud in illo aut ad illud in illo aut ad illud.* scil. quædam ὡς κίνησις πρὸς δύναμιν. i. *ut motus ad potentiam:* quædam ὡς οὐσία πρὸς τινα ὕλην. i. *ut essentia ad quandam materiam.* Etiam, ut infinitum & vacuum, & quæcunque hujusce modi, quàm pleraque entium potentia & actu dicuntur, ut quàm videns, ambulans & visum. visum, quod videtur, aut quod potest videri. infinitum non est ita potentiâ, ut actu futurum separatum, sed cognitione. Quando autem aliquid potentia dici possit aut non, determinat Philosophus, cap. 7. ubi sperma dicitur potentia homo: Item in potentia esse ille, qui sanatur: cum nihil eorum, quæ in eo sunt,

id prohibent: & domus potentia in materia, in qua nihil, ut illa fiat domus, impedit. similiter & illa, quorum extrinsecus generationis principium est & quorum in ipso habente quæcunque, nullo extrinsecus prohibente, per se ipsa sunt, quale dicit nondum σπέρμα esse, cum debeat in alio & esse & transmutari. *Actum* (ἐνέργειαν) priorem esse potentiâ, pluribus ostendere conatur Philosophus lib. 9. met. c. 8. non tantum potentiâ determinata sive principio transmutatorio in alio, prout aliud est; sed & omni motivo & statorio (ἀρχὴν κινητικὴν ἢ στατικὴν vocat.) sc. priorem esse & ratione & substantia & quandoque, tempore. quæ singula deinceps, ut persequitur, videri in seq. potest. Quemadmodum autem in caducis recurrant actus & potentiæ, non in æternis, vid. lib. 14. met. c. 5. Et æterna non sint potentia, sed semper actu. Quæ ideo ea, quæ non sunt æterna, sed corruptibilia, præcedunt; ut etiam constet, & actum hoc modò priorem esse potentia. ratiocinia Philosophi lib. 9. met. cit. illud probantia, consule. Quod actus in bonis potentiâ præstantior sit & in malis deterior, docet

ejusdem

ejuſdem lib cap. 9. Et actum ejus, quod eſt in potentia, ut eſt tale, eſſe motum, lib. 13, cap. 9. & lib. 3. nat. auſc. cap. 1. 2, & 3. quid a. de ente per ſe & per accidens Philoſ. velut definitum, nunc aperiamus.

CAP. X.

Per ſe & per accidens, *ut enti attribuuntur.*

ENs aliud eſſe ſecundum accidens, aliud per ſe, docet Ariſt. lib. 5. met. c. 7. ubi: τὸ ὂν λέγεται, τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ δὲ καθ' αὑτό. quæ autem dicantur ſecundum accidens, ſic indicat: τὰ μὲν κατὰ συμβεβηκότα εἶναι λεγόμενα οὕτω λέγεται, ἢ διότι τῷ αὐτῷ ὄντι ἄμφω ὑπάρχει ἢ ὅτι ἔντι ἐκείνῳ ὑπάρχει ἢ ὅτι αὐτὸ ἔστιν ᾧ ὑπάρχει οὗ αὐτὸ κατηγορεῖται. 1. *quæ ſecundùm accidens eſſe dicuntur, ita dicuntur aut quoniam eidem enti ambo inſunt, aut illi enti ineſt: aut quoniam ipſum ineſt, cui ineſt, de quo ipſum prædicatur.* Exempla ibidem reſpice. aliter de ente per accidens lib. 6. met. c. 2. ὃ γὰρ ἂν ᾖ μήτ' ἀεὶ, μήθ' ὡς ἐπιπολὺ, τοῦτό φαμεν συμβεβηκὸς εἶναι. 1. *quodcunque enim non ſemper neque ut plurimum eſt, hoc dicimus accidens eſſe.* ut, ſi ſub cane tempeſtas & frigus factum

 fuerit,

fuerit, hoc dicimus accidisse. & ita, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ὄντων ἢ γινομένων καὶ τὸ αἴτιόν ἐστι κατὰ συμβεβηκός. i. *eorum quæ secundum accidens aut sunt aut fiunt, causa quoque secundum accidens est.* vid. lib. 13. met. c. 8. *Per se* dicuntur esse, lib. 5. met. c. 7. ὅσα περ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας. i. *quæcunque significant prædicationis figuras.* ita cap. 6. dixerat genere una, ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας. prædicatio autem fit secundum quasque categorias, ut cap. 7. in seq. ostenditur. i. e. in quæstione, quid sint, ut lib. 1. post. analyt. cap. 4. §. 4. ita ut insint, ceu ibidem ostenditur. Prætereà per se appellat ibidem ὃ μὴ καθ' ὑποκειμένου λέγεται ἄλλου τινός. οἷον, τὸ βαδίζον, ἕτερόν τι ὂν, βαδίζον ἐστὶ καὶ λευκόν. i. *quod non dicitur de ullo alio subjecto: ut ambulans, cum aliud quiddam sit, ambulans est & album.* ἡ δ' οὐσία καὶ ὅσα τόδε τι σημαίνει οὐχ ἕτερόν τι ὄντα ἐστὶν, ὅπερ ἐστί. i. *substantia vero & quæcunque hoc aliquid significant, non aliud quiddam sunt, quam id quod sunt.* Ergo, quæ de subjecto non dicuntur, per se, quæ vero de subjecto dicuntur, accidentia vocat. vide reliqua per exempl. seq. & lib. 5. met. c. 13. de iis, quæ

per

per se dicuntur, in Logicis plura dicemus. Universalium nunc & singularium consideratio hic sequeretur, sed nos illa in Logicis tantùm dabimus.

CAP. XI.

Prius, posterius & simul, *ut enti convenire ostenduntur ex primâ Philosophia.*

PRiora & posteriora quot modis dicantur, exhibet Philosophus lib. 5. met. c. XI. primò; τὸ ἐγγύτερον ἀρχῆς τινὸς ὡρισμένης ἢ ἁπλῶς ἢ τῇ φύσει, ἢ πρός τι, ἢ που ἢ ὑπό τινων. 1. *prius dicitur quod propinquius est principio cuidam determinato aut simpliciter aut natura aut ad aliquid aut ubi aut aliquibus.* & illa respicuunt locum, cui naturâ determinato eo, quod propinquiora sunt, medio scil. priora sunt, aut ultimo aut ad quodcunque, quod vero remotius est, posterius est. *Secundò: Tempore* priora sunt: τὰ πορρωτέρω τοῦ νῦν. 1. *eo quod propinquiora sunt ipsi nunc.* aut, ut in categ. cap. XII. πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου καὶ παλαιότερον λέγεται. 1. *Aliquid aliquo vetustius & antiquius dicitur,* τῷ γὰρ τὸν χρόνον πλείω εἶναι. 1. *quia tempus longius est. Tertiò*, secundùm motum τὸ ἐγγύτερον τοῦ πρώτου κινήσαντος, πρῶτον. 1.

 quod

quod propinquius primo moventi, est prius. ut, puer viro. à quo non multùm distat, quod dicitur prius in categor. ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει ἡ τοῦ εἶναι ἀκολούθησις. i. *à quo non reciprocatur existendi consecutio.* ut unum duobus est prius. nam posito uno, duo esse, non sequitur. licet positis duobus unius existentia includatur. ad hanc prioritatem Philosophus etiam refert, quod quomodocunque est causa, cum alterum sit. ut, esse hominem, cum vera de eo oratione reciprocatur secundum existendi consecutionem, si homo est, vera est oratio, qua dicitur hominem esse. & reciprocatur, quia, si vera est oratio, qua hominem dicimns esse, homo est. & sic hominis existentiam, veræ orationis causam esse. Præthereà prius causalitate seu naturâ causante, quod est, explicatur lib. 2. de part. animal. c. 1. sc. vel natura generante vel intendente: quibus hæc in textu sic respondent l. 5. τὰ γὰρ ὕστερα γενέσει, πρότερα τῇ φύσει ἐστί. καὶ πρῶτον, τὸ τῇ γενέσει, τελευταῖον. i. *quæ enim postera sunt generatione, hæc natura priora sunt: &, quod primum natura est, id ultimum est generatione.* v. lib. 2. de generat. & corr. c. xi, lib. 7. met. c. 1. in meta-

metaphyf. etiam dicuntur priora & poft. κτ̀ φύσιν καὶ οὐσίαν. 1. fecundum naturam & fubftantiam, fc. ὅσα ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ ἄλλων, ἐκεῖνα δὲ ἄνευ ἐκείνων μή. 1. *quæcunque contingunt absque aliis eſse: iſta vero ſine illis minime.* &c. aliter in categ. prius natura intelligitur. fcil. τὸ βέλτιον καὶ τὸ τιμιώτερον. 1. *quod melius & præſtantius eſt.* In metaphyficis etiam *prius* dicitur fecundum potentiam, ubi: τὸ γὰρ ὑπερέχον τῇ δυνάμει, πρότερον. 1. *quod enim excellit potentia & fortius eſt, prius eſt.* tale dicit effe, cujus electionem ceu principium, ut alterum & quod pofterius, fequatur, neceffe eft. Secundum ordinem etiam *priora* alia aliis funt. ταῦτα δ' ἐστὶν, inquit, ὅσα πρός τι ὡρισμένον διέστηκε κτ̀ τ̀ λόγον. 1. *quæcunque ab aliquo uno determinato proportionaliter diſtant.* ut in tripudiis, qui fecundum obtinet locum, prior eft eo, qui tertium tenet. & paranete, quàm nete. in categ. ut in fcientiis & orationibus, ubi: ἔντε γὰρ ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἐπιστήμαις ὑπάρχει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον τῇ τάξει. 1. *ordine prius & poſterius ineſt ſcientiis demonſtrativis.* fic elementa dicit ordine priora defcriptionibus, & in Grammaticis, elementa

priora syllabis. ita, procemium ordine prius narratione &c. Denique priora etiam dicuntur cognitione. eaque vel κατὰ τὸν λόγον. i. *secundum rationem*, vel κατὰ τὴν αἴσθησιν. i. *secundum sensum.* priori modo, τὰ καθόλου. i. *universalia* dicit esse priora. posteriori v. τὰ καθέκαστα. i. *singularia.* Secundum rationem etiam accidens prius dicit toto. ut Musicum homine musico. de iis, quæ priora sunt ratione, cognitione & natura, vid. lib. 7. met. c. 1. Adhæc, priora etiam sunt τῶν προτέρων πάθη. i. *passiones priorum.* ut rectitudo levitate prior. cum illa est lineæ passio, hæc superficiei. quæ de prioritate hactenus dicta sunt, etiam & semper referri debere ad posteriora, intelligendum. De modis essendi *simul*, lege categ. c. 13. sc. primò, tempore: ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. i. *quorum ortus est in eodem tempore. Secundò*, natura: ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ αἴτιον θάτερον θατέρῳ τοῦ εἶναι ἐστίν. i. *quæcunque reciprocantur quidem secundum existendi consecutionem, sed nullo modo alterum est causa, cur alterum sit.* ut duplum & dimidium. ubi uno posito, alterum ponitur. neutrum tamen est causa,

sa, cur alterum sit. *Tertiò*, etiam natura: τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις. i. *quæ ex eodem genere sibi invicem in divisione opponuntur.* de iis, quæ *simul* sunt in loco, vide lib. 5. nat. ausc. c. 5. nunc de finitate & infinitate dicendum.

CAP. XII.

Infiniti *variæ rationes limitationesque Philosopho usurpatæ proferuntur.*

Ἄπειρον (infinitum) Arist. lib. 3. nat. ausc. c. 9. definit; οὗ ἀεί τι ἔξω ἐστί. i. *cujus semper aliquid extra est.* vel: ἄπειρον τοῦτ' ἐστι, οὗ κατὰ ποσὸν λαμβάνουσι ἀεί τι λαβεῖν ἔξω ἐστίν. i. *infinitum hoc est cujus quantitate aliqua accepta semper aliquid extra sumere licet.* vel cap. 9. τὸ πάντα περιέχον, καὶ τὸ πᾶν ἐν ἑαυτῷ ἔχον. i. *quod omnia continet & quod in se universum habet.* dividitque cap. 8. infinitum in id, quod est τῇ δυνάμει & quod est ἐντελεχείᾳ, i. *potestate & actu.* Item, in id, quod est προσθέσει & ἀφαιρέσει. i. *quod est additione & ablatione* infinitum. Magnitudinem negat actu infinitam esse; divisione infinitam dari. sed δυνάμει i. *potentiâ*, affirmat. & vult ἄλλως εἶπε τῷ χρόνῳ εἶναι τὸ ἄπειρον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῆς

διαιρέσεως τῶν μεγεθῶν. i. *aliter in tempore infinitum esse & in hominibus & in divisione magnitudinum.* de singulis ibidem vide. de infinito addit. & divis. agit cap. xi. in continuo, rationi consentaneum ei videtur, κατὰ πρόσθεσιν μὴ εἶναι ἄπειρον, ὥστε παντὸς ὑπερβάλλειν μεγέθους, ἐπὶ τὴν διαίρεσιν δὲ εἶναι. i. *adjectione infinitum non esse, ut omnem magnitudinem superet: divisione autem esse.* In numeris, εἶναι ἐπὶ τὸ ἐλάχιστον, πέρας. ἐπὶ δὲ τὰ πλείω, ἀεὶ παντὸς ὑπερβάλλειν πλήθους. i. *minimum versus, esse terminum: progrediendo vero ad plura semper omnem multitudinem superari.* ratio: dicti lib. n. ausc. cap. 5. §. 6. διὰ τὸ ἐν νοήσει μὴ ὑπολείπειν. i. *eo quod cogitationis non est finis.* contrarium fit in quanto continuo. vide citato loco plura. de divisione quanti in infinitum in nostris speciminibus varia diximus. de infinitate temporis, lege quæ lib. 3. nat. ausc. c. 13. § 13. & 5. scripta sunt. & pòst amplius dicentur. Quemadmodum autem infinita animo percurrere non possumus, v. lib. 1. post. analyt. c. 3. §. 2. & de æterno. i. est infinito actu, *Deo*, quæ docet lib. 14. met. c. 6. 7, 8, &c. Ex hactenus dictis de infinito,

finito, facile colligere licet, quid ſit finitum. illud autem lib. 3. nat. auſc. c. 5. eſt terminatum. τῷ πεπερασμένον ἀεὶ πρός τι περαίνειν. i. *quia finitum ſemper ad aliquid terminatur.* & cap. 6. colligit, χωριςὸν εἶναι τὸ ἄπειρον τῶν αἰσθητῶν. i. *infinitum ſeparatum eſſe à rebus ſenſibilibus.* & ſpeciatim, cap. ſeq. demonſtrat, non eſſe corpus ſenſibile infinitum. quia omne corpus eſt ſuperficie terminatum & in loco. Imo omme individuum eſt finitum, præter ens ſummum. atque ſic hactenus de iis nos edocuit ſuo ſenſu Ariſtoteles. reſtat jam ut adjiciamus breviter quæ de abſtractione & concretione, menſura & menſurato: Principio & Principiato: neceſſario & contingenti: & de Deo ac intelligentiis ex illo carptim oſtendi poſſunt.

Cap. XIII.

De abſtractione *&* concret: *de* menſura *&* menſurato *quædam ex Phil. exhibentur.*

ARiſt. lib. 5. met. c. 6. meminit τοῦ χωρίσαι χρόνῳ, καὶ τόπῳ καὶ λόγῳ. i. *tempore, loco, & ratione ſeparare.* ergo inde elici poteſt diſtinctio abſtractionis *realis*, quæ fit tempore & loco, & *rationis*, quæ per

per ſolam rationem. χωρίζειν, & χωριστὰ τῇ νοήσει. i. *ſeparare & ſeparabilia per intellectum.* (τῷ λόγῳ χωριστόν. lib. 8. met. c. 1.) lege lib. 2 nat. auſc. c. 2. Et abſolutè, χωριστόν. lib. xi. met. c. xi. lib. 4. top. c. 6. v. & lib. 1. top. c. 7. §. 4. lib. 6. met. c. 3. dicitur χωρὶς νοεῖν. Et ἀφαιρεῖν, lib. 1. poſt. analyt. cap. x. & ἀφαιρεῖν τῇ διανοίᾳ, lib. 7. met c. xi. & lib. 6. c. 3. f. & lib. 13. met. c. 3. abſtractio alia eſt logica, quæ in univerſalibus ſpectatur, quatenus, ut una, non multiplicantur in ſingularibus. de ea pòſt. Phyſica fit vel loco vel tempore, uti antè dictum. Metaphyſica ſua abſtractione conſiderat ὂν ᾗ ὄν. i. *ens quatenus ens.* de qua & ante dictum. Mathematicæ etiam ſupra mentio facta. & de illa vid. lib. 13. met. cap. 3. expreſsè. ubi & de Phyſica & Logica plura. & cap. 7. in quibus Logica, Metaphyſica, & Mathematica abſtractio eſt rationis, Phyſica realis. licet illa ſcientia ſuum objectum etiam per rationem à cæteris abſtrahat, ut & aliæ diſciplinæ. vide & de iis lib. 6. met. c. 1. concretio ergo eſt, quæ ſic unitatem rei tuetur, ut nullo horum aut aliquo horum modorum abſtrahi dividique poſ-
ſit.

sit. de nominibus abstractis & concretis vide, ubi de conjugatis infrà memorandis agetur. de *mensura* &c verbo adjiciam hæc: sc. quæ lib. XII. met. c. I. de mensura & mensurato sic expressa leguntur: τὸ μέτρον ἀδιαίρετον, τὸ μὲν κατὰ τὸ εἶδος, τὸ δὲ, πρὸς τὴν αἴσθησιν ὡς οὐκ ὄντος τινὸς καθ' ἑαυτὸ οὐσίαν· καὶ τοῦτο κατὰ λόγον. I. *mensura indivisibilis, quædam secundum speciem, quædam secundum sensum, tanquam unum non sit aliqua per se substantia. ratio:* σημαίνει τὸ ἓν, ὅτι μέτρον πλήθους τινός· καὶ ὁ ἀριθμὸς, ὅτι πλῆθος μεμετρημένον καὶ πλῆθος μέτρων. I. *unum namque significat, quod mensura cujusdam multitudinis est: ac numerus multitudo mensurata: & multitudo mensurarum.* Ergo mensura una res est, & simplex, quæ pluribus applicari potest. de qua dicitur in seq. δεῖ δὲ ἀεὶ τὸ αὐτό τι ὑπάρχειν πᾶσι, τὸ μέτρον· οἷον, εἰ ἵππος τὸ μέτρον, ἵπποις: καὶ εἰ ἄνθρωπος, ἀνθρώποις. I. *oportet autem, ut mensura semper idem sit cum omnibus: veluti, si equus mensura, equis: & si homo hominibus.* V. lib. XII. met. c. 2. f. hæc de illis. restat nunc, ut proximè de principio & princiapato loquamur.

CAP. XIV.

Principii *variè usurpati ab Arist. consideratio Metaphysica.*

PRincipium Aristoteles lib. 5. met. c. 1. non uno modo sumi vult; sed diversis. *primò*, pro eo, unde motus incipit. ὅθεν ἄν τι, inquit, ἔ πράγματ☉ κινηθείη πρῶτον. ut est magnitudo & via. *Secundò*, pro eo, unde susceptum negotium optimè succedit. ὅθεν ἂν κάλλιςα ἕκαςον γένοιτο. Exemplo doctrinæ, sive, unde quis facile discit. *tertiò*, pro eo, exquo aliquid primo fit, ut insit, i. e. ut non sit pars, ex qua constet. ὅθεν πρῶτον γίνεται ἐνυπάρχοντ☉. καὶ ὅθεν πρῶτον κίνησις πέφυκεν ἄρχεσθαι καὶ ἡ μεταβολή. ut cor dicitur primum vivens & ultimum moriens, aut naturaliter movetur vel mutatur. *Quartò*, pro eo, quod voluntate & imperio aliquid movet. ἔ κτ' προαίρεσιν κινεῖται τὰ κινέμενα καὶ μεταβάλλει τὰ μεταβάλλοντα. quemadmodum civitatum principatus, & regna: vel etiam artes, & architecti. *Sextò*, pro eo, unde res primò cognoscitur, ὅθεν γνωςὸν τὸ πρᾶγμα πρῶτον. ut demonstrationum suppositiones &c. unde & ex præced. peti potest distinctio

prin-

principiorum essendi & cognoscendi, quæ communis est. omnibus principiorum modis communia sunt sequentia. sc. τὸ πρῶτον εἶναι, ὅθεν ἢ ἔστιν ἢ γίνεται ἢ γνώσκεται. i. *esse primum, unde aut est aliquid, aut fit, aut cognoscitur*. Principiorum illorum quædum dicit esse interna, quædum externa. ultimorum princip. rationem perpendit lib. 4. met. c. 3. quæ vult esse certissima & notissima. ait enim: προσήκει δὲ τὸν μάλιστα γνωρίζοντα περὶ ἕκαστον γένος, ἔχειν λέγειν τὰς βεβαιοτάτας ἀρχὰς τοῦ πράγματος. i. *docet autem illum, qui maximè circa unumquodque genus cognoscat, ut dicere possit, certissima esse rei principia.* scil. περὶ ἃς διαψευσθῆναι ἀδύνατον. i. *circa quæ impossibile est mentiri*. unde colligit: γνωριμωτάτας τε γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὰς τοιαύτας ἀρχὰς καὶ ἀνυποθέτους. i. *notissima etenim ut hujusmodi sint, & non supposita, necesse est.* qualia Principia Metaphysica esse vult. Principium autem Metaphysicum certissimum hoc esse, dicit: τὸ αὐτὸ ἅμα ὑπάρχειν καὶ μὴ ὑπάρχειν, ἀδύνατον τῷ αὐτῷ κατὰ τὸ αὐτό. i. *idem simul ineße eidem & non inesse & secundum idem impossibile est*. quod habet annexum διορισμὸν, ἀδύνατον ὁντινοῦν ταὐτὸ ὑπολαμβάνειν

λαμβάνειν εἶναι καὶ μὴ εἶναι. i. *impossibile est quempiam idem putare esse & non esse.* quod Heracliti fuisse primum; quidam autumant. principiorum sciendi nullam esse ἀπόδειξιν. i. *demonstrationem*, vult lib. 1. post. analyt. c. 3. intelligitque ἀρχὰς ἀμέσους. i. *principia immediata*, cap. 2. quæ vocat ἀμέσους προτάσεις. i. *immediatas propositiones*, cap. 29. sed de iis locupletius in demonstratione tractandum. & de Principiis essendi in Physicis. Principiatum autem id est, quod à principio dependet. quod facile ex hactenus dictis intelligi poterit. nunc de necessario & contingenti.

CAP. XV.

De Necessario & contingenti, *ad Metaphysicum spectantia, quædam ex Arist. docentur.*

NEcessarium quot modis sumi possit, Arist. lib. 5. met. c. 5. edocet. I°. pro eo, οὗ ἄνευ, ut ait ille, οὐκ ἐνδέχεται ζῆν ὡς συναιτίου. i. *sine quo non contingit vivere, tanquam concausa.* ut, *respiratio & alimentum.* II°. ὧν ἄνευ τὸ ἀγαθὸν μὴ ἐνδέχεται ἢ εἶναι ἢ γενέσθαι ἤ τι κακὸν ἀποβαλεῖν, ἢ στερηθῆναι. i. *sine quibus bonum non contingat aut esse aut fieri, sive aliquod mali repel-*

repellere aut eo privari. ut bibere potionem medicatam, necessarium est, ut quis non ægrotet. III°. τὸ βίαιον καὶ ἡ βία. I. *violentum & vis.* & illud necessarium ei est, τὸ παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ἐμποδίζον καὶ κωλυτικόν· I *quod præter propositum & electionem obstat & prohibet.* & hoc dicit esse contrarium τῇ κατὰ τὴν προαίρεσιν κινήσει καὶ κατὰ τὸν λογισμόν. I. *voluntario & secundum cogitationem motui.* IV°. τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἀναγκαῖον φαμὲν ἔχειν οὕτως. I. *quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus, ita se habere.* Et affirmat, secundum hoc necessarium cætera omnia dici necessaria, hactenus memorata. item, τὴν ἀπόδειξιν τῶν ἀναγκαίων. I. *demonstrationem necessariorum* &c. & distinguit quoque necessarium in id, quod est tale ἐξ ὑποθέσεως & id, quod tale est ἁπλῶς, lib. 2. nat. ausc. c. 9. ubi & quærit, an in naturalibus rebus necessitas sit. & quæ natura fiunt, necessario fieri dicit, atque his quodammodo similia esse, quæ in τοῖς μαθήμασι. I. *disciplinis* fiunt. ut, necesse est, triangulum tres angulos habere æquales duobus rectis &c. necessarium autem, quod fit alicujus gratia; cum sit rationis, quatenus, ut & prius, usurpandum Physico,

fico, ibidem disceptat. de omnibus illis plura vide lib. 1. de partibus animalium c. 1. quemadmodum & necessarium & semper, simul sunt, disce ex lib. 2. de gen. & corr. c. x1. & universalia, ut necessaria sunt, lib. 2. post. analyt. c. 13. Præter ea, quæ necessario sunt alia etiam sunt τὰ ὡς ἐπιπολὺ, τὰ δὲ ὁπότερα. 1. *quæ plerunque sunt: & quæ utroque modo* (necess. & pler.) *sunt.* uti legere est lib. 2. top. c. 6. pertinent eò contingentia. *contingens* quid sit, docetur prior analyt. c. 13. pr. scil. λέγω τὸ ἐνδεχόμενον, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δ' ὑπάρχειν, οὐδὲν ἔσται διὰ τοῦτο ἀδύνατον. 1. *contingens autem appello, quod, cum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile.* idque, ut pòst, esse ἀόριστον τῷ μηδὲν μᾶλλον οὕτως ἢ ἐκείνως. scilicet εἶναι; 1. *indefinitum, quod non magis hoc, quàm illo modo esse potest.* quod & in incomplexis & complexis, obtinet. Plura lege huc pertinentia lib 5. met. c. 30 & lib. 6. c. 3. & lib. 13. c. 8. Sed de contingente in Logicis. Jam de Deo, &c. quæ restant, ex Philosopho pauca addamus.

CAP. XVI.

Theologia *Arist.* Deus *quibus & nominibus & proprietatibus exprimatur. Etiam quædam de* intelligentiis.

ESse scientiam universalem Physica & Mathematica priorem, quæ circa substantiam separatam & immobilem versetur, evincere conatur Phil. lib. 13. met. c. 7. quam θευλογικὴν appellat. χωριστὴν autem & ἀκίνητον ὐσίαν & φύσιν. i. *Separatam & immobilem substantiam & naturam*, vocat τὸ θεῖον. i. *Divinitatem.* quæ sit πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. i. *Primum & principale principium:* & τιμιώτερον τῶν ὄντων. i. *Honorabilissimum entium.* quod βέλτιον τὸ πρῶτον. i. *dignius, quod primum est.* & ἀρχὴν ἀΐδιον, ἐνεργείᾳ. i. *Principium vita æternum*, vocat lib. 14. met. c. 6. & ὐσίαν ἄνευ ὕλης. i. *substantiam absque materia.* quam esse Deum, probat cap. 7. quem dicit ibi non motum movere, ὡς τὸ καλὸν καὶ δι' αὑτὸ αἱρετὸν. i. *ut pulcrum & quod per se expetibile est.* & τὸ ἄριστον ἀεί. i. *quod semper optimum est.* τὸ ἀκίνητον ὂν καὶ ἐνεργείᾳ ὄν. i. *immobile ens & actu ens est*, ὐκ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ὐδαμῶς. i. *quod nullo modo aliter se habere potest.* Id est, ἐξ ἀνάγκης ὄν. i. *ens necessarium.* & sic

ἀρχὴ. ἐξ ἧς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις. i. *Principium à quo tum cœlum, tum natura dependet.* qui eſt cauſa & principium omnibus. lib. 1. met. c. 2. cujus l. cit. lib. 14. dicitur eſſe ἡ νόησις, ἡ καθ' αὑτήν. i. *intellectio, quæ ſecundum ſe eſt.* & in quo αὐτὸν νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. i. *Se ipſum intellectus intelligit aſſumptione intelligibilis, ita ut idem intellectus & intelligibile ſit.* qui ſit ipſe νοῦς. i. *mens.* v. c. 9. ubi, τὸ θειότατον & τιμιώτατον ipſi dicitur νοεῖν καὶ οὐ μεταβάλλειν. i. *intelligere & non mutari.* i. ſemper actu intelligens eſſe uti illic probat. & non eſſe σύνθετον, i. *compoſitum.* & ἀεὶ τὸ εὖ, οὐκ ἐν τῳδὶ ἢ ἐν τῳδὶ, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τινὶ τὸ ἄριστον, ὂν ἄλλο τι. i. *quod ſemper bene ſe habet, non in hoc aut in hoc, verum in toto quodam, quod optimum eſt, aliud ab eo exiſtens.* & ſic dicitur ἔχειν αὐτὴ αὑτῆς ἡ νόησις τὸν ἅπαντα αἰῶνα. i. *ipſa ſui ipſius intellectio per totum æternum ſe habere.* quo argumento cap. 7. ὁ θεὸς ἀεὶ θαυμαστόν. i. *Deus ſemper admirabile eſt.* vitam æternam ei quoque adſcribit: ubi ait: ἐκείνου ζωὴ ἀρίστη καὶ ἀΐδιος. i. *illius vita optima & perpetua eſt.* Et: φαμὲν δὴ τὸν Θεὸν εἶναι ζῶον ἀΐδιον, ἄριστον. ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ Θεῷ.

Θεοῦ. τοῦτο γὰρ ὁ Θεός. 1. *Dicimus itaque Deum, sempiternum, optimumque vivens esse. quare & vita & rerum continuum & æternum in Deo est. hoc enim est Deus.* rerum autem ordinem à Deo dependere, ostendit cap. x. ubi inter alia: καὶ γὰρ ἐν τῇ τάξει τὸ εὖ. καὶ ὁ στρατηγὸς καὶ μᾶλλον τοῦτο. 1. *Etenim bene esse ejus in ordine & dux ipse est ac magis ipse: non enim ipse propter ordinem; verum ordo propter ipsum est.* Et pòst: πρὸς μὲν γὰρ ἓν ἅπαντα συντέτακται. 1. *iterum ad unum* (ipsum) *omnia sunt coordinata.* Præter Deum esse alias *substantias*, à materia separatas, motibus inferiorum orbium præsidentes, persuadere conatur Arist. lib. 14. met. c. 8. supposito, quod motus cœlestis sit perpetuus, & cœlum ipsum sit ἀΐδιον καὶ ἄστατον σῶμα. 1. *æternum & irrequiescibile corpus:* & τῶν ἄστρων φύσις ἀΐδιος οὐσία τις οὖσα. 1. *Stellarum natura perpetua substantia quædam existens.* & τὸ κινοῦν, ἀΐδιον καὶ πρότερον τοῦ κινουμένου. 1. *quod movet, perpetuum & prius esse moto.* concludit: Φανερὸν οὖν, ὅτι τοσαύτας οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι, τήν τε φύσιν ἀϊδίους καὶ ἀκινήτους καθ' αὑτὰς καὶ ἄνευ μεγέθους. 1. *constat itaque, necesse esse, tot substantias esse natura perpetuas & per se immobiles & absque magnitu-*

gnitudine. à quibus ordine suo orbes cœlestes moveri, in sequentibus affirmare pluribus annititur. quibus singulis recensendis, studio, quemadmodum & aliis quibusque longiore ambitu prolatis à Philosopho, supersedemus. esto ergo hic terminus Philosophiæ primæ. cui nostra methodo nunc succedat Logica, carptim ex ipso danda.

Logica Aristotelis.

CAP. I.

Logica *quid notet* & dialectica, *diversimodè consideratur.*

Λόγος, à quo λογικὴ dicta est, Aristoteli est ὁ ἔσω καὶ ὁ ἔξω. i. *internus & externus*. hic est cogitatio mentis: ille est ore probatus sermo, interpres cogitationis. Internum λογικὴ imprimis, externum minus respicit. quò pertinent etiam λόγοι γεγραμμένοι. i. *sermones scripti*, sic dicti lib. 1. top. c. 14. §. 4. διαλεκτικὴ etiam nuncupatur, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι. i. à *disserere*. quod tamen non omnem Logicam exprimit suo significatu. neque Logica semper apud Aristotelem rationalem hanc Philosophiæ artem uni-

ver-

verſam ſignificat: ſæpius uſurpata pro topica, ut parte hujus artis, quæ præcepta exhibet diſputandi in utrumque partem è probabilibus & communibus principiis, ceu loc. cit. top. videre eſt. ubi de probabilibus & iis contrariis, & quæ artis præceptis congruunt: quæque ſimilia ſunt probabilibus, quà vera, quà ſcripta ſunt: & de Ethicis, Phyſicis, Logicis, propoſitionibus, (λογικαῖς προτάσεσι) agit, & ut Philoſophus ſive dialecticus circa illas verſatur. adde lib. I. poſt. analyt. c. 22. ubi §. I. λογικῶς θεωρεῖν. I. *Logicè conſiderare* reſpicit rationem propriam eorum, quæ attribuuntur in quæſtione quid eſt. & §. 7. rationem, quæ generaliter pertinet ad attributiones ſubſtantiarum & accident. additque §. 22. λογικῶς μὲν οὖν ἐκ τούτων ἄν τις πιστεύσειε περὶ τοῦ λεχθέντος. I. *Logicè ex his fides fieri poteſt de eo, quod dictum.* v. lib. 7. met. c. 7. εἴπωμεν ἔνια περὶ αὐτοῦ λογικῶς. & ibidem, λογικῶς φασί. & lib XII. met. c. I. λογικὰς δυσχερείας. I. *Logicas difficultates* vocat. Sic Logica opponitur Analyticæ, uti videre eſt ex penultimi loci §. 23. ubi: ἀναλυτικῶς δὲ διὰ τῶνδε συντομώτερον, ὅτι οὔτ' ἐπὶ τὸ κάτω ἄπειρα τὰ κατηγορούμενα ἐνδέχεται εἶναι

ἐν ταῖς ἐπιδεικτικαῖς ἐπιστήμαις, περὶ ὧν ἡ σκέψις ἐστίν. 1. *Analyticè v. per hoc brevius probabitur, nec sursum nec deorsum versus infinita esse posse attributa in demonstrativis scientiis, de quibus consideratio instituta est.* vid. & cap. 24. §. 13. ubi cum topicam consideraßet in demonstratione, addit: ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων ἔνια, λογικά ἐστι. 1. *Sed ex dictis argumentis quædam Logica sunt.* v. lib. 3. nat ausc. c. 2. §. 5. & lib. 2. post. analyt. c. 8. 3. ubi sic pariter διαλεκτικὴ τὰ τοπικά designat lib. 1. top. c. 1. ubi, cum meminisset problematum universalium & particularium, argumentorum dialecticorum problema confirmantium & refellentium, inter alia §. 3. ait: πρῶτον μὲν οὖν τῶν καθόλου κατασκευαστικῶν ῥητέον, διά τε τὰ κοινὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα πρὸς τὰ καθόλου, καὶ τὰ ἐπὶ μέρους. καὶ διὰ τὸ μᾶλλον τὰς θέσεις κομίζειν ἐν τῷ ὑπάρχειν, ἢ μή, τοὺς δὲ διαλεγομένους, ἀναγκάζειν. 1. *Primum igitur de his, quæ universaliter evertendi vim habent, dicendum est: cum, quia, quæ sunt ejusmodi, sunt communia universalibus & particularibus problematis: Tum etiam, quia theses afferunt potius ajentes, quam negantes: quas qui disserunt, refellunt.* similiter cap. 2. §. 2. & 3. modò

dò ὁ τόπ☉ ἀνλισρέφει, modò τὸ λόγȣς ποιεῖν, idem, quod dictum, exprimit. vide & cap. 10. ubi προτάσεων διαλεκτικῶν & προβλημάτων διαλεκτικῶν aliquoties mentio fit. & cap. xi. ἐναντίων συλλογισμῶν οἱ περὶ ἀμφοτέρων εἰσὶ λόγοι πιθανοὶ, & προβλημάτων, quæ & διαλεκτικὰ ei dicuntur, & τοιαῦτα, περὶ ὧν ȣ̓δετέρως δοξάζομεν. 1 *De quibus nunquam opinamur.* item cap. 18. memoratis πολλαχῶς λεγομένοις §. 5. addit, illum modum non esse dialecticæ proprium: & omnino vitare dialecticos debere, ne adversus nomen differant, nisi quis aliter nequeat de re proposita disputare & lib. 4. post. analyt. c. xi. §. 6. dialectica dicitur κοινὴ πάσαις ἐπιστήμαις. & §. 8. plura. & cap. 19. §. 4. item lib. 1. Elench. Sophist. c. 9. §. 3. δῆλον ȣ̓ν ὅτι ȣ̓ πάντων τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ τῶν παρὰ τὴν διαλεκτικὴν, ληπτέον τȣ̀ς τόπȣς. ȣ̓͂τοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. v. & §. 4. item, cap. xi. §. 1. & 2. Intereà sciendum, quod Philosopho utrumque nomen & λογικῆς & διαλεκτικῆς, aliquando artem rationalem totam designet. vide lib. 4. met. c. 2. & lib. 1. Rhetoric. c. 1. ubi plura huc pertinentia inveniuntur. & cap. 2. de objecto autem

Dialecticæ & Sophisticæ v. lib. 13. met c. 3. Utilitatem *dialecticæ* in scientiarum principiis ait esse lib. 1. top. cap. 2. §. 6. διὰ τῶν περὶ ἕκαστα ἐνδόξων ἀνάγκην περὶ αὐτῶν διελθεῖν. i. *Ex iis, quæ probabilia sunt necesse est dicere.* Et hoc assignat Dialecticæ his verbis: Τοῦτο δ' ἴδιον ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς ἐστιν. ratio ἐξεταστικὴ γὰρ οὖσα πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. i. *cum enim sit indagatrix*, ad omnium scientiarum principia viam continet. Perfectam autem *Dialecticæ* cognitionem esse affirmat cap. 3. quæ est, τὸ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖν, ἃ προαιρούμεθα. i. *ex possibilibus efficere, quæ præeligimus. Dialecticæ* inventionem *Aristoteli* tributam legimus, lib. 2. de Sophist. Elench. c. 34. ubi plura. Præterea λογικὴ sive διαλεκτικὴ dicitur τέχνη. i. ars sive ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. i. *habitus cum recta ratione effectivus.* Ἐπιστήμη enim. i. *scientia* esse non potest, cum non sit rerum æternarum, qualium illa esse dicitur, juxtà ea, quæ leguntur lib. 1. post. analyt. c. 8. ubi: ἐπιστάμεθα μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν. ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητὸν, ἀΐδιον ἄρα. i. *Existimamus, evenire non posse, ut id, quod scimus aliter se habeat, ergo quod scientia*

tia comprehendi potest, necessario est. ex quo efficitur, ut æternum sit. neque νοῦς, 1. *intelligentia*, quæ est tantum τῶν ἀρχῶν notitia, uti docet lib. 6. de moribus, c. 6. & lib. 1. post. analyt. c. 19. neque σοφία. 1. *sapientia*, quæ cap. 7. dicitur ἀκριβεστάτη τῶν ἐπιστημῶν. 1. *scientiarum omnium limatissima & absolutissima*. quippe quæ est νοῦς καὶ ἐπιστήμη. 1. *intelligentia & scientia*. καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων. 1. *scientia rerum honoratissimarum, quasi capitis instar*; Nec φρόνησις. 1. *Prudentia*, quæ cap. 8. περὶ τὰ ἀνθρώπινα καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι. 1. *in humanis rebus, iisque, de quibus consultari potest, versatur*. v. cap. 14.

Cap. II.

Themata *quotuplicia*, *quid* universale, *quid* singulare.

Λόγος respicit ipsum Themata, quorum τὰ μὲν κατὰ συμπλοκὴν λέγεται, τὰ δ' ἄνευ συμπλοκῆς. 1. *alia conjuncta efferuntur, alia sine conjunctione*. v. categ. cap. 2. prima respicit hoc; homo currit, homo vincit. secunda illud; homo, bos, currit. in illis compositionem & divisionem, item, veritatem & falsitatem spectari

ſpectari vult. In his vero nihil illorum, juxta ea, quæ leguntur lib. de interpret. cap. 1. §. 5, & 6. ubi ſic vides in hanc rem ſcriptum: ἔστι ὥσπερ ἐν τῇ ψυχῇ νόημα ἄνευ τοῦ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῇ φωνῇ. περὶ γὰρ σύνθεσιν καὶ διαίρεσίν ἐστι τὸ ἀληθές. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα αὐτὰ καὶ τὰ ῥήματα ἔοικε τῷ ἄνευ συνθέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματι. i. *quemadmodum in animo eſt intelligentia veri & falſi expers: ita etiam in voce. nam in compoſitione & diviſione eſt veritas & falſitas. ipſa igitur nomina & verba aſſimulantur intelligentiæ, quæ eſt ſine compoſitione & diviſione.* hæc igitur themata ſimplicia dici poſſunt. quæ etiam dicuntur πράγματα. i. *res* l. c. Suntque vel univerſales vel ſingulares, ut notat Phil. ejuſdem lib. cap. 7. §. 1. ubi, ἔστι, inquit, τὰ μὲν καθόλου τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον. i. *rerum ſunt aliæ univerſales, aliæ ſingulares.* Definitur autem *univerſale* in ſeq. λέγω δὲ καθ' ὅλου μὲν, ὃ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι. i. *univerſale appello, quod ſuapte natura multis attribuitur.* vel, πολλὰ περιέχον τὸ κατηγορεῖσθαι καθ' ἑκάστου. i. *ut multa continens, quod de ſingularibus prædicatur:* ſive de multis prædicatur: vel, ut

lib. 7.

lib. 7. de part. anim. τὰ πλείοσιν ὑπάρχοντα, καθόλε λέγομεν. i. *quæ pluribus insunt, universalia appellamus*. ubi sciendum, quod prioris def. posteriora verba prærequirant ea, quæ in posteriore definitione expressa sunt. sive, quæ lib. 7. met. c. 13. in hunc modum definita: τοῦτο λέγεται καθόλε, ὃ πλείοσιν ὑπάρχειν πέφυκε. i. *hoc dicitur universale, quod pluribus aptum est inesse.* ut animal, homo. ratio datur l. c. interpret. ἀνάγκη δ' ἀποφαίνεσθαι ὡς ὑπάρχον τι ἢ μὴ, ὁτὲ μὲν καθόλε τινὶ, ὁτὲ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον. i. *necesse est utique enunciare aliquid inesse aut non inesse interdum rei universali, interdum rei singulari.* inesse autem debent per se, quà talia, uti notat Phil. lib. 1. post. analyt. c. 4. καθόλε δὲ λέγω, inquit, ὃ ἂν κατὰ παντὸς ὑπάρχῃ καὶ καθ' αὑτὸ καὶ ᾗ αὐτό. i. *universale autem voco, quod & omni inest & per se & qua id ipsum est.* i. ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν τοῖς πράγμασιν. i. *necessario inesse rebus.* quibus? ὑποκειμένοις. i. *subjectis*, de quibus prædicantur. uti vult lib. 7. met. c. 13. *atque ita probat ibidem, nullum universalium esse substantiam.* Definitur τὸ καθ' ἕκαστον. i. *singulare* dicto lib. de interpret. cap. 7. καθ' ἕκαστον

ἕκαστον δὲ ὃ μὴ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι. i. *singulare autem, quod non de pluribus prædicari potest.* ut Callias, Socrates. Etiam singularia vocantur τὰ ἄτομα, lib. 2. prior. analyt. c. 24. & Categ. cap. 5. §. 15. & §. 16. ubi ἄτομον ἐν ἀριθμῷ τὸ δηλούμενον ἐστιν. i. *individuum unum numero est, quod significatur.* Porphyrio in Isag. cap. 2. τὰ ἄτομα, ἅπερ ἦν μετὰ τὰ εἰδικώτατα. i. *individua, quæ sunt post specialissima.* ut, Socrates, Alcibiades & hoc album. quæ constant ex proprietatibus, ὧν τὸ ἄθροισμα οὐκ ἂν ἐπ᾽ ἄλλου τινός ποτε τὸ αὐτὸ γένοιτο. i. *quarum collectio nunquam in alio eadem esse potest.*

CAP. III.

Categoriæ *quid notent & quot sint.* Substantia, *ejusque proprietates.*

Κατηγορίαι dicuntur Philosopho categ. cap. 4 τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων. i. *eorum, quæ sine omni conjunctione dicuntur*, quæ à κατηγορεῖσθαι. i. *accusando & affirmando* dictæ aut affirmationem notant hic, aut seriem dispositionemque earum rerum, quæ sub eodem genere de aliis affirmari possunt. S. *Boëthio* Aristotelis interpreti Latinè dicuntur

præ-

prædicamenta. Categorias *Aristoteles* lib. 1. top. c. 9. decem esse vult, & categ. 4. totidem enumerat. ubi, ἕκαστον, inquit, ἤτοι οὐσίαν σημαίνει ἢ ποσὸν ἢ ποιὸν ἢ πρός τι, ἢ ποτὲ ἢ κεῖσθαι ἢ ἔχειν ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν. i. *unumquodque eorum, quæ sine conjunctione dicuntur aut substantiam significat aut quantum aut quale aut ad aliquid aut ubi, aut quando aut situm esse, aut habere, aut agere aut pati*. exemplum in seq. vide. Illarum categoriarum singulæ per se acceptæ nec affirmant negant; sed eorum mutua conjunctione affirmatio & negatio fit. ideoque nec per se falsum dicunt: cum omnis affirmatio & negatio videtur aut vera aut falsa esse, ceu docet *Aristoteles* categ. 4. §. 3. Categoriarum una est, quæ continet substantiam, reliquæ accidentia. οὐσία, præter quod aliquando notet essentiam, cap. 4. & 5. categ. substantiam significat & lib. 1. top. c. 9. & lib. 8. met. c. 1. διὰ τὸ εἶναι dicitur, quia, ut habet lib. 7. met. c. 1. τὸ πρώτως ὂν καὶ οὐ τὶ ὄν, ἀλλ' ὂν ἁπλῶς ἡ οὐσία. i. *primò est ens & non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia*. Et cap. 4. τὸ τί ἦν εἶναι, substantiæ tribuitur. Quatuor modis dici substantiam; contendit Aristoteles lib. 7. met.

met. c. 3. ceu in Metaphyſicis expreſſum. & cap. 13, *ſubſtantia* eſt, quæ alii rei non ineſt neque de aliis dicitur. ſc. de ſingulari verum eſt, cap. 3. τὸ ἓν εἶναι ſimpliciter ſubſtantiæ convenire vult, cæteris quodammodo. vid. cap. ſeq. Subſtantia dividitur in primam & ſecundam. categ. cap. 5. ubi: οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριώτατά τε καὶ πρώτως καὶ μάλιστα λεγομένη ἣ μήτε ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν. οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος καὶ ὁ τὶς ἵππος. δεύτεραι δὲ οὐσίαι λέγονται τὰ εἴδη, ἐν οἷς αἱ πρώτως οὐσίαι λεγόμεναι ὑπάρχουσι· καὶ ταῦτά τε καὶ τὰ τῶν εἰδῶν τούτων γένη· οἷον, ὁ τὶς ἄνθρωπος ἐν εἴδει μὲν ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ: γένος δὲ τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ ζῶον. δεύτεραι οὖν αὗται λέγονται οὐσίαι· οἷον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ τὸ ζῶον. i. *ſubſtantia autem, quæ maximè propriè & primum & maximè dicitur, ea eſt, quæ neque de de ſubjecto aliquo dicitur. neque in ſubjecto aliquo eſt. ut quidam homo & quidam equus. ſecundæ vero ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus inſunt, quæ primæ ſubſtantiæ dicuntur: hæ inquam ſpecies & harum ſpecierum genera, ut quidam homo eſt tanquam in ſpecie, in homine. genus v. ſpeciei eſt animal. hæ igitur ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur.* &c. primam ſubſtantiam

eſſe

esse secundarum subjectum, latius ostendit §. 5. scil. quo sublato, cætera tolluntur, quæ καθ' ὑποκειμένων λέγεται τ̃ πρώτων ὀσιῶν ἢ ἐν ὑποκειμένοις αὐταῖς ἐςι. 1. *vel de subjectis primis substantiis dicuntur, vel in subjectis iis insunt.* vide plura in seq. ubi primas substantias esse maximè substantias, colligit. & in quibus una non est, *magis* substantia, quàm altera, ut & in iisdem speciebus. quid autem sit de subjecto dici & in subjecto non esse: in subjecto esse & de subjecto nullo dici &c. vide categ. cap. 2. docetque Phil. lib. 7. met. cap. 16. singularia sive substantias primas non componi ex universalibus, ut substantiis actu, concludens: ὅτι μὲν ἓν ὄτε τ̃ καθόλȣ λεγομένων ὀδὲν ὀσία, ὄτ' ἐςὶν ὀδεμία ἐξ ὀσιῶν. 1. *quod igitur nec eorum quicquam, quæ universalia dicuntur, substantia sit, neque ulla sit substantia ex substantiis.* Proprietates substantiarum sunt sequentes: quæ memorantur cat. c. 5. I. τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι. 1. *non esse in subjecto.* quod de substantia prima & secunda ostendit latius in seq. & de aliis quibusdam dici. *§.* 12. II. *De aliis* συνωνυμῶς *dici.* *§.* 15. quod substantias secundas spectat. III.

 τὸ δὲ

τὸ δέ τι σημαίνειν. i. *hoc aliquid significare.* §. 16. quod in primis substantiis dicit esse manifestum, quæ propriè & actu sunt substantiæ. in secundis substantiis tantum intelligi vult τῷ σχήματι τῆς κατηγορίας. i. *ob figuram appellationis.* IV. μηδὲν οὐσίαις ἐναντίον εἶναι. i. *non habere contrarium substantias.* §. 18. V. μὴ ἐνδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. i. *magis & minus non recipere.* §. 20. VI. ἐναντίων εἶναι δεκτικόν. i. *contraria recipere posse.* §. 21. idque substantiæ, quæ per se una numero est, non aliis tribui debere existimat. nunc de quantitate.

CAP. IV.

Reliqua accidentia *& in iis* quantitas *& ejusque proprietates, quæ?*

SEcundum substantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum & quale &c. uti vult *Arist.* lib. 9. met. c. 1. ubi loquitur: κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον λέγεται τἄλλα ὄντα, τό, τε ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν καὶ τἄλλα τὰ οὕτως λεγόμενα. i. e. accidentia, quæ sic attribuuntur substantiæ, ut ei inhæreant, μὴ ὡς μέρος. i. *non ut pars.* sic tamen ut sit ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι. i. *non possint esse sine eo, in quo sunt.* quantum

tum respectu substantiæ corporeæ eodem modo se habet, & definitur cat. c. 6. τὸ ἔκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε. 1. *quod ex partibus positionem invicem habentibus constat.* quod est continuum. ratione divisionis definitur lib 5. met. c. 13. ποσὸν λέγεται τὸ διαιρετὸν εἰς ἐνυπάρχοντα, ὧν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον ἕν τι καὶ τὸ δέτι πέφυκεν εἶναι. 1. *quantum dicitur, quod in insita divisibile: quorum utrumque aut singula unum quid & quod quid apta sunt esse.* Dividitur quantum in continuum & discretum, c. 6. cap. ubi: τοῦ ποσοῦ τὸ μὲν ἐστι διωρισμένον· τὸ δὲ συνεχές. hoc suprà exhibitum, illud est, οἷον, ἀριθμὸς καὶ λόγος. 1. *ut numerus & sermo.* τὸ ἐξ οὐκ. ἐχόντων θέσιν. 1. *quod ex non habentibus positionem scilicet partium constat.* continuum quoque dicit communi termino finiri: ἔστι γὰρ κοινὸν ὅρον λαβεῖν, πρὸς ὃν τὰ μόρια αὐτῆς συνάπτει. 1. *Communem enim terminum sumere licet.* sc. in linea punctum: & in superficie lineam: & in corpore lineam & superficiem. quod idem de tempore & loco affirmat. sed in discreto negat communem terminum obtinere. ait enim: οὐδ' ὅλως ἂν ἔχοις ἐπ' ἀριθμοῦ κοινὸν ὅρον λαβεῖν τῶν μο-

τὸ δέ τι σημαίνειν. i. *hoc aliquid significare.* §. 16. quod in primis substantiis dicit esse manifestum, quæ propriè & actu sunt substantiæ. in secundis substantiis tantum intelligi vult τῷ σχήματι τῆς κατηγορίας. i. *ob figuram appellationis.* IV. μηδὲν οὐσίαις ἐναντίον εἶναι. i. *non habere contrarium substantias.* §. 18. V. μὴ ἐνδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. i. *magis & minus non recipere.* §. 20. VI. ἐναντίων εἶναι δεκτικόν. i. *contraria recipere posse.* §. 21. idque substantiæ, quæ per se una numero est, non aliis tribui debere existimat. nunc de quantitate.

CAP. IV.

Reliqua accidentia & *in iis* quantitas & *ejusque proprietates, quæ?*

SEcundum substantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum & quale &c. uti vult *Arist.* lib. 9. met. c. 1. ubi loquitur: κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον λέγεται τἄλλα ὄντα, τό, τε ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν καὶ τἄλλα τὰ οὕτως λεγόμενα. i. e. accidentia, quæ sic attribuuntur substantiæ, ut ei inhæreant, μὴ ὡς μέρος. i. *non ut pars.* sic tamen ut sit ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι. i. *non possint esse sine eo, in quo sunt.* quantum

tum respectu substantiæ corporeæ eodem modo se habet, & definitur cat. c. 6. τὸ ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε. i. *quod ex partibus positionem invicem habentibus constat.* quod est continuum. ratione divisionis definitur lib 5. met. c. 13. ποσὸν λέγεται τὸ διαιρετὸν εἰς ἐνυπάρχοντα, ὧν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον ἕν τι καὶ τὸ δέτι πέφυκεν εἶναι. i. *quantum dicitur, quod in insita divisibile: quorum utrumque aut singula unum quid & quod quid apta sunt esse.* Dividitur quantum in continuum & discretum, c. 6. cap. ubi: τοῦ ποσοῦ τὸ μὲν ἐστι διωρισμένον· τὸ δὲ συνεχές. hoc suprà exhibitum, illud est, οἷον, ἀριθμὸς καὶ λόγος. i. *ut numerus & sermo.* τὸ ἐξ οὐκ. ἐχόντων θέσιν. i. *quod ex non habentibus positionem scilicet partium constat.* continuum quoque dicit communi termino finiri: ἔστι γὰρ κοινὸν ὅρον λαβεῖν, πρὸς ὃν τὰ μόρια αὐτῆς συνάπτει. i. *Communem enim terminum sumere licet.* sc. in linea punctum: & in superficie lineam: & in corpore lineam & superficiem. quod idem de tempore & loco affirmat. sed in discreto negat communem terminum obtinere. ait enim: οὐδ' ὅλως ἂν ἔχοις ἐπ' ἀριθμοῦ κοινὸν ὅρον λαβεῖν τῶν μο-

ρίων, ἀλλ' ἀεὶ διώρισται. i. *omnino haud possis in numero communem terminum partium accipere; sed semper secretæ sunt.* in continuo dimensio spectatur, ut est legere 5. met. c. 13. τὸ μὲν ἐφ' ἓν συνεχές. i. *quod ad unum continuum est*, scil. μῆκος. i. *longitudo*, in linea. τὸ δ' ἐπὶ δύο, πλάτος. i. *quod in duo, ut latitudo.* in superficie, quæ longitudinem & latitudinem habet. τὸ δ' ἐπὶ βάθος. i. *quod in tria, ut profunditas*: in corpore, quod longitudinem, & latitudinem & profunditatem habet. & hæ dimensiones, ut & loci (cum τὰ τοῦ στερεοῦ ὡσαύτως καὶ τὰ τοῦ τόπου) spectant magnitudinem permanentem. à qua distincta est fluens, scil. temporis, cujus partes nunquam permanent, uti docet cap. 6 §. 14. & deinceps. ὑπομένει γὰρ, inquit, οὐδὲν τῶν τοῦ χρόνου μορίων, loco met. cit. distinguit quoque quantum, in per se, de quo hactenus, & per accidens, ut *Musicum* &c. item, ratione substantiæ, de quo suprà: & ratione passionum & habituum substantiæ, ut multum & paucum, longum & breve, latum & strictum, profundum & humile, grave & leve &c. ad quanta per accidens refert ibidem motum & tempus.

Pro-

Proprietatum quantitatis *prima* est: τῷ ποσῷ ἐδὲν εἶναι ἐναντίον. i. *quanto nihil esse contrarium*, uti videre est ejusdem Cat. c. §. 22. in quantis definitis dicit rem esse apertam; sed inferenti, multum pauco esse contrarium, respondet; illa non esse quanta, ut sic spectantur, sed relata. *Secunda*, ἐκ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον κ̀ τὸ ἧττον, i. *non recipere magis & minus*. §. 25. *Tertia*, τὸ ἴσόν τε κ̀ τὸ ἄνισον λέγεσθαι. i. *aequale & inaequale dici*. §. 26. quod in quanto continuo & discreto per exempla deinceps plenius probat. nunc de qualitate.

Cap. V.

Qualitas *quid* sit, *ejusque divisio & proprietates*, *disquiritur*.

ARistoteles in Categoriis relata præmittit qualitati; sed in Metaphys. huic postponit illa. ποιότητα. i. *qualitatem* categ. cap. 8. definit, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται. i. *ex qua aliqui dicuntur esse quales*. lib. 5. met. c. 14. τὴν διαφορὰν τῆς ἐσίας. i. *Differentiam substantiæ*. restringitque eam ad ea, quibus subst. accidentaliter ab aliis differt. ut homo bipes, equus quadrupes, circulus figura curvilinea, quæ non habet angulos. Deinde ad qualitatem re-

fert τὰ ἀκίνητα ϰ τὰ μαθηματικά. 1. *Immobilia & mathematica.* velut numeros, *quales* quidam ſunt, qui compoſiti. deinde eò confert τὰ πάθη τ̃ κινȣμένων ᾗ κινȣ́μενα ϰ τὰς τῶν κινήσεων διαφοράς. 1. *paſſiones eorum, quæ moventur, prout moventur & motuum differentias.* Exemplo caliditatis & frigiditatis; albedinis & nigredinis; gravitatis & levitatis. Deinceps qualitatem cenſet κατ' ἀρετὴν καὶ κακίαν. 1. *Virtutem & malitiam.* ſcilicet in bono & malo. &c. Species qualitatis ei diſtinctius conſiderantur Cat. c. 8. quarum *prima* §. 3. vocatur ἕξις καὶ διάθεσις. 1. *habitus & affectio.* quarum ille ab hac differre notatur τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον. 1. *quod eſt res diuturnior & permanentior*, ut ſunt ſcientiæ & virtutes: affectiones v. ἅ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα. 1. *quæ facile moventur & citò mutantur*, ut calor, frigus. habitus hic non notat quamcunque formam privationi oppoſitam, cujus mentio fit cap. x. Categ. §. 11. nec quatenus veſtitum notat, de quo lib. 5. met. c. 20. & in ult. Categ. nec prout deſignat διάθεσιν καθ' ἣν εὖ καὶ καλῶς διάκειται τὸ διακείμενον ἢ καθ' αὑτὸ ἢ πρὸς ἄλλο. 1. *diſpoſitionem quandam*,

dam, secundum quàm vel bene vel male disponitur, dispositum, aut secundum se aut secundum aliud; sed ut designat τὸ εἶδος ποιότητος. quot modis, dispositio dicatur, discere est lib. 5. met. c. 19. inchoatus est habitus. nam qui scientiarum dogmata non admodum tenent, sed facile dimoveri possunt, eos non vult cum aliis §. 5. Cat. c. 8. ἕξιν ἔχειν. i. *habitum habere*. καίτοι διάκεινταί γέ πως κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον. i. *quanquam affecti sunt aliquo modo secundum scientiam vel deterius vel melius*. *Secundæ* speciei sunt §. 7. ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν λέγεται. i. *quæcunque secundum naturalem vim aut imbecillitatem dicuntur*. scilicet τοῦ ποιῆσαί τι ῥαδίως ἢ μηδὲν πάσχειν. i. *ad aliquod facile faciendum aut nihil patiendum*. v. lib. 5. met. c. 12. *Tertiam* exprimunt παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη. i *Patibiles qualitates & passiones*. ut, dulcedo, amaror, acerbitas, & quæcunque sunt in eodem genere. item calor, frigus, albor, nigror. quales autem illæ sunt, sic explicat: παθητικαὶ δὲ ποιότητες λέγονται, οὐ, τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα τὰς ποιότητας, πεπονθέναι τι. τῷ δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἑκάστην τῶν εἰρημένων ποιοτήτων πάθους εἶναι ποιητικήν, παθητικαὶ ποιό-

τητες λέγονται. i. *patibiles qualitates autem dicuntur, non quod ipsa subjecta qualitates recipientia quicquam patiuntur: verum quia in sensibus omnes dictæ qualitates sunt passionis effectrices; Idcirco patibiles qualitates dicuntur.* alborem & cæteros colores vult, non eodem modo, quo ea, quæ dicta sunt, patibiles qualitates dici; sed quod à passionibus producti sunt: passionem autem hic intercedere, docet in seq. *Quartam* speciem exhibet §. 14. quæ est σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή. i. *figura & circa quamque rem consistens forma.* ut, triangulus & quadratum: rectitudo & obliquitas. rarum, densum, asperum & leve non pertinere propriè dicit ad qualitatem; sed partium situm videri significare. de denominatione, quæ fit ab his qualitatis speciebus, vide in seq. Proprietates qualitatis sunt. Iª. illis ὑπάρχειν ἐναντιότητα. i. *inesse contrarietatem.* §. 23. & justitia injustitiæ contraria est & albor nigrori; licet hoc verum non sit in omnibus coloribus. IIª. ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. i. *magis & minus recipere.* i. §. 26. albus unus altero magis talis dicitur. similiter de justo &c. IIIª. ὅμοια ἢ ἀνόμοια λέγεσθαι. i. *dici similia & dissimilia.* § 30. atque hæc

hæc de qualitatibus. sequuntur relata.

CAP. VI.

Relata, *quæ sint jux'a Phil. & eorum proprietates, ostenditur.*

RElata quot modis dicantur, ostendit Philosophus lib. 5. met. c. xv. quorum alia facit talia κατ' ἀριθμὸν, id est, *secundum numerum*, aut simpliciter aut determinatè ad ens aut ad unum, alia κατὰ δύναμιν. 1. *secundum potentiam* activam vel passivam vel potentiarum actiones. quæ omnia dicuntur esse πρός τι. quomodo etiam per se & per accidens dicantur relata, ibidem omnia plenius explicatum vide. in Categ. cap. 7. τὰ πρός τι dicuntur ὅσα αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον. 1. *Ad aliquid ea dicuntur, quæcunque id, quod sunt, aliorum esse dicuntur vel quocunque alio modo ad aliquod referuntur.* Exemplum dat in eo, quod dicitur μεῖζον & duplum. refertque ad relata habitum, dispositionem, sensum, scientiam & positionem, quæ singula alicujus esse dicuntur. item montem magnum, simile, statum, sessionem &c. Proprietatum, quæ & exprimunt & explicant relata, prima

est: ὑπάρχειν ἐν αὐτοῖς ἐναντιότητα. i. *in iis esse contrarietatem.* §. 5. dicti cap. ut virtus vitio, & scientia ignorantiæ contraria sunt. excipiuntur tamen alia, ut duplum, triplum &c. *Secunda* est: ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. i. *recipere magis & minus.* §. 7. ut simile & dissimile: æquale & inæquale, non tamen omnibus hoc convenit. ut duplum non dicitur magis aut minus tale. *Tertia* est: πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγειν. i. *referri ad ea, quæ reciprocantur.* §. 9. ut servus & Dominus: item duplum & dimidium: item, scibile & scientia. Sed aptè concipienda est relatio. Sic ala non convenit avi, ut tali; sed, quatenus est alatum quid. Ideo non reciprocantur cum ea. nam & alæ aliarum sunt rerum. & in hoc negotio interdum sunt fingenda vocabula: ut clavus, non navis est clavus, sed clavati. etiam præcognoscendum, utrum relatio bene an male concepta sit. *Quarta* est: ἅμα τῇ φύσει εἶναι. i. *simul natura esse.* §. 17. quod in plerisque verum est. simul enim duplum est & dimidium. item, Dominus & servus. Sed hoc in omnibus verum non est. scibile enim videtur prius esse scientia. & scibili sublato, scientia tollitur,

non

non contrà. idem de ſenſibili & ſenſu dici poteſt. *Quinta* eſt de relatis & correlatis: ἐάν τις εἰδῇ τι ὡρισμένως τῶν πρός τι, κἀκεῖνο πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἴσεται. 1. *ſi quis definitè quippiam noverit, quod ſit ad aliquid, etiam id, ad quod refertur, definitè cognoſcet.* §. 26. & ita deinceps. nunc compendio de reliquis Categoriis.

CAP. VII.

Actio, paſſio, ſitum eſſe, habere, ubi, & quando, *quæ, breviter oſtenditur ex Philoſopho.*

DE *actione*, *paſſione* & reliquis Categoriis agit Phil. cap. 9. Actio ut differt ab effectione, vid. lib. 6. de moribus c. 4. Effectionem & paſſionem non eſſe in agente, ſed in patientie, docet Phil. lib 3. de anima, c. 1. & actionem ſemper in duobus conſiſtere; nempe, ὅταν καὶ οὗ ἕνεκα ᾖ καὶ τὸ τούτου ἕνεκα. 1. *quando & id, gratia cujus agitur, eſt, & id, quod hujus gratia agit*, lib 2. de cælo, c. 12. & quod in actione eodem modo ſe habeat res, quo in motione, lib. 1. de gen. & corr. c. 7. nam ut illic, quod primo movet, motus expers eſt: ita & hic, quod primo agit, pati nequit. ergo *actio* eſt motus ab agente profectus & in patiens receptus

ceptus *passio* est. De modo agendi vide plura ab Arist. explicata lib. 1. de generat. & corrupt. cap. 8. Prætereà, juxtà Phil. eodem lib. cap. 7. τὸ πάσχον καὶ τὸ ποιοῦν τῷ μὲν γένει ταὐτὰ καὶ ὅμοια, τῷ δ' εἴδει ἀνόμοια. i. *agens & patiens genere eadem & similia, sed specie dissimilia*, vocat, ubi agit de elementis. quædam etiam contraria facit, ibidem. Ideo in Categ. agere & pati tribuit ἐπιδέχεσθαι ἐναντιότητα καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. i. *recipere contrarietatem & magis & minus:* ut calefacere & frigefacere: & calefieri & frigefieri: quod & fortius & remissius fieri potest utrumque. *Situm* esse (τὸ κεῖσθαι) vult ἀπὸ τῶν θέσεων λέγεσθαι. i. *à positionibus dici. habere*, τὸ ἔχειν, σημαίνει τὸ ὑποδεδέσθαι, τὸ ὁπλίσθαι. i. *calceatum esse, armatum esse. ubi*, τὸ ποῦ, οἷον ἐν Λυκείῳ, ἐν ἀγορᾷ. in *Lycio & in foro. habere* quot modis dicatur, disce à lib. 5. met. c. 25. lib. 4. met. c. 20. ubi vocat habitum ἐνέργειαν τοῦ ἔχοντος καὶ ἐχομένου. illumque esse μεταξὺ τοῦ ἔχοντος ἐσθῆτα καὶ τῆς ἐχομένης ἐσθῆτος. *Quando* differt à tempore, ut, *ubi* à loco. *quando* respicit omnes creaturas, quatenus vel sunt in τῷ νῦν aut in successione existentiæ suæ.

sed

sed tempus tantum res motibus subjectas. nunc venio ad prædicabilia, primò de genere & specie locuturus.

Cap. VIII.

Prædicabilia, *& in iis* genus, species, *& individuum, quæ, & quotuplicia sint, breviter ex Arist. docetur.*

Κατηγορέμενα. I. *Prædicabilia*, quinque numerantur à Philosopho; Genus, Species, differentia, proprium & accidens. Genus diversimodè sumi, notat ille lib. 5. met. c. 28. *primò*, pro continuata per generationem multitudine eorum, qui eandem habent speciem, ἕως ἂν ἄνθρωπος γένος ᾖ. I. *quousque genus hominum sit*. v. & *Porphyr.* Isagog. c. 2. *Secundò*, pro eo, τὸ ἀφ' οὗ ἂν ὦσι πρώτου κινήσαντος εἰς τὸ εἶναι. I. *quod est, à quo sunt primo ad esse movente.* sic dicuntur Græci genere, & Jönes ab Jöne. &c. Porphyrio est ἀρχὴ γενέσεως. *Tertiò* considerantur, ut superficies, superficialium figurarum genus: & solidum solidarum. & vocat τὸ ὑποκείμενον, ταῖς διαφοραῖς. i. e. *subjectum differentiis*. item. ὡς ἐν τοῖς λόγοις τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον, ὃ λέγεται ἐν τῷ τί ἐστι τοῦτο γένος, οὗ διαφοραὶ λέγονται

γονίαι αἱ ποιότητες. i. *ut in rationibus, quod primum ineſt, quod dicitur in eo, quod quid, hoc genus, cujus differentiæ dicuntur qualitates.* generis, cujus locus hic eſt, exacta definitio exprimitur lib. 1. top. c. 5. §. 6. ubi: γένος ἐστὶ, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον. i. *genus eſt, quod de pluribus & differentibus ſpecie prædicatur in quæſtione quid eſt.* quid autem ſit, illud prædicari, ſic notat. ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντα ἀποδοῦναι, τί ἐστι τὸ προκείμενον. i. *quæ aptè reſpondentur, cum rogatur, quid ſit res propoſita.* ut ad interrogationem, quid ſit *homo*; aptè reſpondetur, eſſe *animal.* Porphyrio eſt: γένος ἐστὶ, ᾧ ὑποτάσσεται τὸ εἶδος. i. *cui ſpecies ſubjicitur.* differentiam generis & ſpec., & indiv. diſce ex dicto Porphyrio Iſagog. c. 2. Species *Ariſtoteli* lib. 7. met. c. 9. dicitur τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῃ καὶ πρώτη οὐσία. i. *ipſum quid erat eſſe cujusque & prima ſubſtantia.* cui convenit, quod habet *Porphyr.* Iſag. c. 2. τὸ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς. ſed illa huc non pertinet. Ariſt. lib. 2. top. c. 2. dicit genera de ſpeciebus Synonymως prædicari, & ſpecies & nomen & definitionem generum accipere. quod ſic

ſic exprimit Porphyrius: ἓ τὸ γένος ἐν τῷ τί ἐςι κατηγορεῖται. i. *cujus genus prædicatur in* quæſtione *quid res eſt.* vel: τὸ ἀποδοθὲν ὑπὸ τὸ γένος. ſive, ut pòſt: τὸ τατ]όμενον ὑπὸ τὸ γένος. i. *quæ collocatur ſub genere.* prædicatio autem generis de ſpecie, ſi hujus & illius diſtinctio fiat, intelligitur immediata. ſed illa definitio, εἶδός ἐςι τὸ κτ πλειόνων ϗ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐςι κατηγορούμενον. i. *ſpecies eſt, quæ de pluribus & differentibus numero prædicatur in quæſtione, quid eſt,* Speciei ſpecialiſſimæ convenit, de qua mox. Diſtinguit Porphyr. dicta prædicabilia in γενικώτατα τινὰ & εἰδικώτατα ἄλλα & μεταξὺ τῶ γενικωτάτων εἰδικωτάτων ἄλλα. i. *in generaliſſima quædam & rurſus alia ſpecialiſſima & intermedia gen. & ſpec alia.* Ariſt. lib. 4. top. 2. mentio fit τῶ ἐπάνω γένες, quod prædicatur de ſpecie. ubi & ſpecies dicitur μετέχειν τῶ ἐπάνω γενῶν. i. *participare ſuperiorum generum.* quod Porph. ἀνώτατον γένος dicitur. i. *ſupremum* reſp. eorum quæ ſunt ὑποκάτω. i. *inferiora.* γενικώτατον γένος dicit eſſe, ὑπὲρ ὃ ἐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς τὸ γένος. i. *ſuprà quod non poteſt aſcendere aliud genus.* εἰδικώτατον, pertinens

nens ad ſpeciem; μεθ' ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶδος. i. *quo non poteſt eſſe alia inferior ſpecies.* Exemplum hoc ejus eſt, quo ſubſtantiam vocat genus generaliſſimum, ſub qua contineri dicit corpus: & ſub hoc animatum corpus; & ſub hoc animal: & ſub hoc rationale animal, i. hominem: ſub homine Socratem, Platonem. & ex his homo eſt ſpecies ſpecialiſſima, quæ tantum eſt ſpecies. corpus autem ſpecies ſubſtantiæ & genus animati corporis. & ſic de aliis intermediis gen. & ſpec. inter ſubſtantiam & hominem. ideo addit: τὰ δὲ μέσα τῶν ἄκρων ὑπάλληλα καλοῦσιν εἴδη καὶ γένη. i. *media extremorum vocant ſpecies & genera ſubalterna:* ſcil. πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβανόμενα. i. *ad aliud & aliud relata.* infrà ſpecialiſſimam ſp. dicit eſſe ἄτομα. i. *individua,* quæ & ἄπειρα. i. *infinita* ponit. deſcendendo autem ad ſpecialiſſimam neceſſe eſſe, vult, διαιροῦντας διὰ πλήθους ἰέναι. i. *dividendo per multitudinem ire.* ſed aſcendendo ad genus neceſſe eſſe, συναιρεῖν τὸ πλῆθος εἰς τὸ ἕν. i. *colligere multitudinem in unum.* quod potiſſimum ſpecierum eſſe, exiſtimat. Et ſingularium eſſe: εἰς πλῆθος διαιρεῖν τὸ ἕν. i. *unum in multa*

in multa dividere. Ergo ſicut ſpeciei participatione multi homines ſunt unus homo; ita & contrà, in ſingularibus, unus ille & communis, multi. atque ita, juxtà eundem, individuum à ſpecie continetur, ſpecies à genere. ideo genus, totum eſt; individuum pars: ſpecies & totum & pars. ſed pars alius, totum non alius, ſed in aliis. Prætereà genus diſtinguitur in univocum & æquivocum. prius Porphyrius §. 32. cap. 2. vocat κοινὸν γένος & ὁμογενῆ ad mentem Ariſt. ſcil. quod æqualiter à ſpec. participatur. Æquivocum ipſe Ariſt. lib. 4. met. c. 2. τὸ πρὸς ἓν καὶ πρὸς μίαν τινὰ φύσιν. i. *quod reſpectum habet ad unum & unam aliquam naturam.* & lib. 1. mor. c. 6. τὸ ἀφ᾽ ἑνός. i. *quod eſt ab uno.* alii de analogico hoc exponunt: quo modo *ens* lib. 4. met. c 3. de ſubſtantia præcipuè dicitur. Adhæc, quod ſuprà dixi; ſpecies generum nomen & definitionem accipere. i. συνωνύμως, non denominativè & per metaphoram, vide plenius ap. Porphyrium: & Ariſtotelem c. 5. Categ. & præcipuè lib. 2. top. c. 2. & lib. 4. c. 2. nunc de differentia, proprio & accidente.

CAP. IX.

Differentiæ *variæ rationes traduntur ex Phil.*

Διάφορα. 1. *Differentia* Aristoteli lib. 5. met. c. 9. dicuntur, quæcunque diversa (ἕτερα) sunt. cum idem quid sunt, modò non sunt idem numero: sed specie, aut genere aut proportione. item, quorum diversum genus & contraria, & quæcunque τὴν ἑτερότητα ἐν τῇ οὐσίᾳ. 1. *diversitatem in substantia* habent. *Sed* lib. 6. top. c. 6. εἰδοποιὸς διαφορὰ *Specifica* est *differentia*, quæ, ut ille, μετὰ τοῦ γένους εἶδος ποιεῖ, 1. *cum genere speciem constituit*. nam, ἐκ τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ γένους ὁ τοῦ εἴδους ἐστὶ λόγος. 1. *ex differentia & genere speciei est definitio.* quomodo autem speciem differentia ab aliis differre faciat, vide lib. 1. de part. animal. cap. 3. Ergo *differentia* specifica est quæ & constituit cum genere speciem & distinguit ab opposita specie. *Porphyrius* in Isag. c. 3. differentiam tripliciter sumi, existimat: communiter, propriè & maximè propriè. primò, ut ἑτερότητι διαλλάττον ὁποσοῦν ἢ πρὸς ἑαυτὸ ἢ πρὸς ἄλλο. 1. *quod varietate distat quomodocunque, vel à se ipso vel ab alio.* sic differt Socrates à Platone quadam varieta-

te,

te, & ipſe vir à ſe ipſo puero. *ſecundò*, ὅταν ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρει. 1. *quando inſeparabili accidente alterum ab altero differt.* ut vel oculorum cæſio colore aut narium aduncitate. *tertiò*, ὅταν εἰδοποιῷ διαφορᾷ διαλλάττῃ. 1. *cum ſpecifica differentia diſtat.* ut, homo ab *equo* differt ratione. ſc. vult ille, omnem differentiam univerſaliter & propriè intellectam, alicui adjunctam illum facere ἀλλοῖον; ſed maximè propriam, ἄλλο: & per differentias, quæ ἄλλο. 1. *aliud*, faciunt, diviſiones fieri generum & ſpecierum, & definitiones, ex genere & diff. conſtantes: diverſitates autem ex iis, quæ ἀλλοῖον faciunt & ejus, quod aliquo affectum eſt modo, mutationes. ut differentias ſeparabiles: item, per ſe & per accidens tales explicet Porph. l. c. vide. conſtitutivam & diviſivam differentiam, εἰδοποιὸν definit in hunc modum: διαφορά ἐστιν, ᾗ πλεονάζει τὸ εἶδος τοῦ γένους. 1. *differentia eſt, qua ſpecies ſuperat genus.* ſive: διαφορά ἐστι, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορούμενον. 1. *differentia eſt, quæ de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, in* quæſtione *quale quid eſt.* Exemplum rationalis,

quo à bruto, & mortalis, quo ab angelis differat homo, adducit. ſed definitionem differentiæ exquiſitiùs pertractanti neceſſe eſſe exiſtimat, addere hoc: ὅπερ εἰς τὸ εἶναι συμβάλλεται καὶ εἰς τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ὅ τοῦ πράγματός ἐστι μέρος. i. *quod ad eſſentiam & quidditatem confert, quodque eſt rei pars.* ſcil. ut illa priora non accommodentur proprio & accidenti. licet aliàs videatur Porphyrius infimarum ſpecierum differentias ſimplices non agnoviſſe. Commune eſt differentiæ cum genere τὸ περιεκτικὸν τῶν εἰδῶν. i. *continere ſpecies.* licet differentia ſuas tantum ſpecies, non omnes, uti genus, contineat. item, quæcunque prædicantur de differentia, etiam de ſpecie ex ea orta prædicentur: & ſublato genere & differentia, etiam tollantur, quæ ſub iis ſunt. interim, genus de pluribus prædicatur, quàm differentia, non συμπληρωτικὴ τῆς οὐσίας τοῦ γένους; ſed διαιρετική. i. *non completiva eſſentiæ generis, ſed diviſiva.* de collatione generis & ſpeciei, vide eundem cap. 8. generis & differentiæ, cap. 7. ſpeciei & differentiæ, c. 12. nunc de proprio & accidente.

Cap.

CAP. X.

De proprio & accidente *brevis consideratio instituitur.*

PRoprium Aristoteli. lib. 1. top. c. 5. est, ἴδιον, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μόνῳ δὲ ὑπάρχει καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος. i. *proprium est, quod non declarat quidditatem, sed soli inest & cum re reciprocatur.* Exemplum: ut, homini proprium *est Grammaticæ susceptivum esse.* Etiam de eo, quod directè proprium non est, hoc dicit: τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλῳ ὑπάρχειν. i. *quod potest alii inesse.* ut dormire homini. & vocat ejusmodi proprium, non ἁπλῶς, ἀλλά ποτε ἢ πρός τι ἴδιον. i. *non simpliciter; sed aliquando & secundum quid proprium.* v. & lib. 1. top. cap. 4. prius Aristotelis proprium pertinet ad quartum modum *Porphyrii.* qui in Isagoge cap. 4. quatuor modos *proprii* enumerat. quorum primus est: ὃ μόνῳ τινὶ εἴδει συμβέβηκεν, εἰ καὶ μὴ παντί. i. *quod soli alicui speciei accidit, licet non omni.* ut homini mederi & Geometræ officio fungi. Secundus, ὃ παντὶ συμβέβηκε τῷ εἴδει, εἰ μὴ καὶ μόνῳ. i. *quod omni speciei, licet non soli, accidit.* ut homini esse bipedem. tertius, ὃ μό-

ὃ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ποτέ. i. *quod soli, & omni & aliquando*, accidit. ut homini canescere in senectute. quartus, in quo omnia hæc conveniunt, καὶ τῷ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ἀεί. i. *ut soli, omni & semper*, accidat. ut, homini aptum esse ad ridendum, & equo, aptum esse ad hinniendum. & hæc ultima κυρίως ἴδια, i. *propriè propria*, vocat. ὅτι καὶ ἀντιστρέφει. i. *quia etiam reciprocantur.* de collatione generis & proprii. v. Porphyr. cap. 9. proprii & differentiæ, cap. 13. proprii & speciei, cap. 15. proprii & accidentis. c. 17. jam de accidente. Accidens (τὸ συμβεβηκὸς) Arist. dicto loco est, ὃ ὑπάρχει τῷ πράγματι, ἢ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὁτῳοῦν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καὶ μὴ ὑπάρχειν. i. *quod inest rei: aut quod cuivis rei uni & eidem potest inesse & non inesse.* ut sedere, & album. v. & lib. 2. post. analyt. c. 13. §. 17. & lib. 4. top. c. 1. §. 4. & lib. 5. met. c. 30. pr. ubi generalius. & sciendum, quod secunda defin. sit melior. qua nihil prohibetur, quo minus accidens interdum & per relationem ad aliquid, licet non simpliciter, proprium fiat. *Porphyrio* in Isagoge cap. 5. accidens est, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου

κειμένα φθορᾶς. i. *quod adest & abest sine subjecti interitu.* dividiturque in χωριστὸν καὶ ἀχώριστον. i. *separabile & inseparabile.* ut dormire, quod ad prius; & nigrum, quod ad posterius, pertinet. de collatione generis & accidentis, vid. Porphyrium Isag. c x. differentiæ & accidentis, cap. 14. Speciei & accidentis, cap. 16. Proprii & accidentis, cap. 17. hæc de prædicabilibus compendii loco sufficiat dixisse. jam de toto & parte.

CAP. XI.

De toto *&* partibus *variè distinctis agitur secundum Philosophum.*

TOtum (ὅλον) diversis modis sumi, ostendit *Arist.* lib. 5. met. c. 26. i. ubi totum dicitur οὗ μηθὲν ἄπεστι μέρος, ἐξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει καὶ τὸ περιέχον ἐν καὶ τὰ περιεχόμενα, ὥστε ἕν τι εἶναι ἐκεῖνα. i. *cujus nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur: & quod continet contenta, ut unum quid illa sint.* quæ unitas facit aut ἕκαστον ἓν aut ἐκ τούτων τὸ ἕν. i. *unumquodque unum aut ex his unum.* lib. 3. nat. ausc. c. 9. ὁριζόμεθα τὸ ὅλον, οὗ πρὸς τὰ μέρη μηθὲν ἄπεστιν. i. *à quo nihil abest quod ad partes pertineat.* totum Phil. dividitur in

universale, continuum & quantitativum. *Universale* l. c. dicit esse ὡς ὅλον τι ὄν, ὡς πολλὰ περιέχον τὸ κατηγορεῖσθαι καθ' ἑκάστου καὶ ἓν ἅπαντα εἶναι, ὡς ἕκαστον. i. *ut totum quippiam ens dicitur; sic universale, ut multa continens, hoc eo quod de singulis prædicatur, & unum omnia sunt singula.* ut homo, & equus. v. lib. 7. met. c. x. *Totum continuum.* τὸ συνεχὲς καὶ πεπερασμένον, ὅταν ἕν τι ἐκ πλειόνων ᾖ ἐνυπαρχόντων, μάλιστα μὲν δυνάμει εἰ δὲ μὴ ἐνεργείᾳ. i. *continuum & terminatum, cum e pluribus insitis unum quid sit, maximum quidem potentia, non actu.* Et hoc magis ad naturam, quàm ad artem redigi vult. *Quantitativum sive integrale,* est τὸ ποσὸν ἔχον ἀρχὴν, μέσον καὶ ἔσχατον, & ὅσων μὲν μὴ ποιεῖ ἡ θέσις διαφορὰν, πᾶν λέγεται. ὅσων δὲ ποιεῖ, ὅλον. i. *quantum habens principium, medium & ultimum: Et quorumcunque positio non facit differentiam, omne dicitur: quorumcunque vero facit, totum.* v. lib. de Re Poët. cap. 7. & lib. 1. hist. anim. c. 1. & lib. 2. de part. anim. c. 1. & lib. de gen. anim. c. 1. An in definitione totius partium quoque definitio sit necessaria, disquirit Phil. lib 7. met. c. x. firmatque in quibusdam inesse partium

tium

tium rationem, in quibuſdam non. &, utrum priores partes ſint toto, ibidem diſputari vide. & lib. 1. de Rep. cap. 2. & an differat totum à partibus, lib. 2. de anim. c. 2. & 7. met. c. 3. & confer 6. met. c. 17. Præterea, totum & perfectum (unde totum perfectivum,) ut, idem eſſe, velit, diſce è lib 3. nat. auſc. c. 9. ubi poſt alia ſic concludit: τὸ ὅλον δὲ, καὶ τέλειον ἢ τὸ αὐτὸ πάμπαν ἢ σύνεγγυς τῇ φύσει ἐστί. i. *totum vero & perfectum aut omnino idem ſunt aut natura inter ſe affinia.* *Partem* diverſimodè dici, oſtendit Philoſophus ejuſdem l. metaphyſici 5. cap. 25. primò, εἰς ὃ διαιρεθείη ἂν τὸ ποσὸν ὁποσοῦν. i. *in quod quoquomodo quantum dividi poteſt.* Secundò, τὰ καταμετροῦντα τῶν τοιούτων. i. *quæ metiuntur talia*, partes dicuntur, ut duo reſpectu trium. Tertiò, εἰς ἃ τὸ εἶδος τοῦ ζώου διαιρεθείη ἂν ἄνευ τοῦ ποσοῦ. i. *in quæ ſpecies animalis dividi poſſet absque quanto.* ita ſpecies reſpectu generis dicit eſſe τὰ μόρια. i. *partes.* Quartò, generaliter, εἰς ἃ διαιρεῖταί τι,. ἢ ἐξ ὧν σύγκειται τὸ ὅλον ἢ τὸ εἶδος ἢ τὸ ἔχον τὸ εἶδος. i. *in quæ aliquid dividitur aut ex quibus componitur, ſive ſit ipſa ſpecies ſive ſpeciem habens.* ut ſphæræ æneæ & ænei cubi

ipsum æs est pars, & dicitur materia utriusque. Quintò, τὰ ἐν τῷ λόγῳ τῷ δηλοῦντι ἕκαστον. i. *quæ in ratione unumquodque significante sunt partes*. ita genus pars speciei dicitur. sed hæc hactenus. quomodo autem pars dicatur se habere ad partem, ut totum ad totum, vide lib. 1. de hist. animal. c. 1. nunc de causa & causato.

CAP. XII.

Causa *quotupliciter usurpata à Philosoph.* &c. *ubi & genera causarum.*

Αἰτία vel αἴτιον. i. *causa*, quot dicatur modis, docet *Arist.* lib. 5. met. c. 2. I. ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος. i. *ex qua insita fit aliquid.* ut æs, argentum, statuæ. II. τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα καὶ τὰ τούτων γένη. i. *species & exemplar & horum genera.* ut, διὰ πασῶν, duo ad unum: & simpliciter, numerus & partes, quæ in ratione sunt. III. ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ τῆς ἠρεμήσεως. i. *principium mutationis primum aut quietis.* ut, qui consuluit, causa est, & pater prolis, & simpliciter, faciens ejus, quod factum est & transmutativum transmutati. & generaliter, cum αἰτία & ἀρχὴ conveniant, uti cap. 1. videre est, utrumque dicitur

τὸ

τὸ πρῶτον, ὅθεν ἢ ἔστιν ἢ γίνεται ἢ γινώσκεταί τι. i. *unde aut eſt, aut fit & cognoſcitur aliquid.* & utrumque lib. 1. met. cap. 3. τὸ διάτι πρῶτον. i. *ipſum propter quid primum.* IV. Etiam notat cauſa τὸ τέλος. i. *finem*, vide ibidem plura, ut & cap. 3. lib. 5. met. ubi & elementa ad cauſas referuntur, & ſuppoſitiones cauſæ concluſionum dicuntur. & principia ſive cauſæ demonſtrandi, alibi; quo reſpectu, ſcire, eſt rem per cauſas cognoſcere. v. & lib. 2. nat. auſc. cap. 3 cauſas & principia rerum omnium eſſe eadem analogicè, non Synonymῶs, diſce ex lib. 14. met. c. 4. & unius rei plures poſſe eſſe cauſas, lib. 2. poſt. anal. c. 17. & cauſas invicem eſſe cauſas, loco cit. lib. 5. met. & ſciendum, cum hic generaliter, de cauſis agendi locus ſit, quod ab Ariſtotele parum juvari in definienda cauſa poſſumus, ut pote qui generalem cauſæ definitionem, uti nec cauſati, non dedit. Cauſarum genera quatuor eſſe, contendit *Ariſt.* lib. 1. met. c. 3. ſcil. ὧν μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι καὶ τὸ τί ἦν εἶναι· μίαν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως· τετάρτην δὲ, τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ καὶ

τὸ οὗ

τὸ οὗ ἕνεκεν καὶ τὸ ἀγαθόν. i. *quarum unam quidem causam dicimus esse substantiam & quod quid erat esse: unam vero materiam & subjectum: tertium autem, unde principium motus: quartam vero oppositam ei causam & cujus gratia & bonum.* confer etiam ea, quæ leguntur lib. 14. met. c. 4. & 5. & lib. 2. nat. ausc. c. 3. & 7. & lib. 2 post. analyt. c. 11. de materia & forma in specie jam videamus, quid dicendum ex Philosopho Logicōs.

Cap. XIII.

Materiæ & formæ *Logica ratio & institutio datur.*

Materia definitur *Aristoteli* lib. 7. c. 7. τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι. i. *id, ex quo aliquid fit.* & sic sæpius. imprimis, lib. 2. nat. ausc. c. 3. ubi ἐνυπάρχον addit. ut æs est causa materialis statuæ, argentum Phialæ. obscurius definitur illa lib. 2. post. analyt. cap. 11. §. 2. τὸ τινῶν ὄντων ἀνάγκη τοῦτο εἶναι. i. *quod quibusdam positis, necesse est, esse.* Ut distinguitur *Arist.* materia in sensibilem & intelligibilem sive Mathematicam, v. lib. 7. met. c. x. & 8. cap. 6. Item, in primam & secundam. de prima lib. 1. nat. ausc. c. 9. ubi: λέγω δὲ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ,

ἐξ οὗ

ἐξ ἧ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός, εἴτε φθείρεται, εἰς τοῦτο ἀφίξεται ἔσχατον. i. *materiam dico primum subjectum, ex quo fit aliquid, eo pacto, ut non per accidens insit: Et, si corrumpitur, in hoc ultimò resolvetur.* Secundæ etiam meminit lib. 8 met. cap. 4. ubi vocatur ὕλη οἰκεία & ἰδία. & cap. 6. ἐσχάτη ὕλη. cap. 5, ὕλη ἐκάστου & κατὰ τὸ εἶδος ὕλη. & lib. 2. nat. ausc. cap. 2. §. 14. ἄλλῳ εἴδει ἄλλη ὕλη. v. & lib. 2. de anima, cap. 1. §. 14. de materia plura legi possunt in physicis. restat nunc, ut de forma, hic tractandâ, dicam. Illa, qua nominum varietate exprimatur apud Philosophum, in Physicis vide. definitiones ejus tribus potissimum locis memorantur. scil. 5. met. cap. 2. ubi: εἶδος καὶ παράδειγμα. τοῦτ' δ' ἔστιν ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι. i. *species & exemplar: hoc est ratio ejus quod quid erat esse.* lib. 2. post. analyt. c. xi. dicitur simpliciter esse τὸ τί ἦν εἶναι. i. *quæ explicat, quid res sit.* Et quæ, lib. 2. nat. ausc. cap. 3. legitur eadem est cum prima. Munera igitur ejus præcipua sunt; I. *materiam secundum certam speciem formare.* quo respiciunt τὸ εἶδος & τὸ τί ἦν εἶναι. & alia quæ infrà per ejus nomina exprimuntur. & ideo

forma

forma potior cauſa dici poſſet, quàm materia, juxtà ea, quæ leguntur lib. 2. de cælo, cap. x §. 13. & II. *cum materia compoſitum conſtituere*, ut colligitur ex illis verbis, quæ dicunt τὸ τρίτον ex his conſtare. vid. lib. 7. met. cap. 3. & lib. 2. de anima, cap. 1. § 3. & lib. 2. nat. auſc. c. 2. ubi & forma actus dicitur; materia reſpectu illius tantum potentia. ſic in textu: ἔστι δὲ, ἡ μὲν ὕλη δύναμις· τὸ δὲ εἶδος, ἐντελέχεια. III. *continere formæ eſſe, contineri, materiæ.* de quo vide lib. 4. de cœlo. c 4. formam & Ariſt. diſtinguit in ſeparabilem & inſeparabilem vid. lib. 2. de anima, c. 1. ubi plura. & lib. 2. nat. auſc. c. 2. f. Præterea facta ad mentem Ariſt. diviſione formæ in ſubſtantialem & accidentalem per quoſdam, illius mentionem fieri volunt lib. 1. nat. auſc. c. 10. §. 7. Etiam reſpectu agentis forma *finis* eſt, ut lib. 5. met. c. 4. ubi: τὸ εἶδος καὶ ἡ οὐσία. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τέλος τῆς γενέσεως. 1. *& ſpecies & ſubſtantia, quæ eſt finis generationis.* v. x. lib. nat. auſc. c. 2. §. 17. & ſeq. & cap. x. § 4. Et *formæ* non eſſe, variari gradibus, doceri volunt nonnulli, lib. 8. met. c. 3. ubi: ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἀριθμὸς ἔχει τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, οὐδ' ἡ κατὰ τὸ εἶδος οὐσία.

ὀσία. i. *quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque substantia, quæ secundum speciem est.* quod ego interpretor de substantia in specie per formam constitutâ: vel ὀσίαν verto, essentiam. ante enim dixerat: ὃ αὐτὃ γὰρ λόγος καὶ ἡ ὀσία ἐν ὄντως. i. *Ejusdem enim rationis est & substantia est, ut unum.* quod ipsi est ἐντελέχεια καὶ φύσις τὶς ἑκάστη. i. *actus & natura quædam unaquæque.* Etiam *formam* non moveri, sed movere, volunt. juxtà Philos. lib. 5. nat. ausc. c. 1. §. 4. ubi: δῆλον, ὅτι ἡ κίνησις ὀκ ἐν τῷ εἴδει, ἀλλ' ἐν τῷ κινουμένῳ καὶ κινητῷ κατ' ἐνέργειαν. i. *manifestum est motum non esse in forma; sed in eo, quod movetur & actu est mobile.* ubi ante dicta est κινοῦν. i. *movens.* forma ut dividatur in naturalem & artificialem, videri potest ex variis apud Arist. locis, utriusque per exempla mentionem ingerentibus. Aque sic satis de illis. nunc de causa efficiente loquendum.

CAP. XIV.

Causæ efficientis diversimodè distincta consideratio Logica datur.

EFficientem causam Aristoteles lib. 2. nat. ausc. c. 3. designat his verbis: ὅθεν

ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ τῆς ἠρεμώσεως καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου. i. *unde est primum mutationis & quietis principium: & omnino, quod facit, ejus, quod fit.* v. & lib. 5. met. c. 2. & lib. 2. post. analyt. cap XI. ubi: ἧκις πρῶτον ἐκίνησε. i. *quæ primum movit.* Id autem in quo motus principium est, movere dicitur; cum principium sit prima causarum. v. lib. 1. de gen. & corr. c 7. Dividitur illa causa in immanentem & transeuntem, ut, cum dicto loco 2. nat. ausc. etiam huic divis. aptat exemplum τοῦ βουλεύσαντος. i. *consultantis* & τοῦ πατρὸς, i. patris, qui sit causa filii. & pòst, ἡ ἀνδριαντοποιητική. i. *ars conficiendi statuas* dicitur αἴτιον, ὡς ὅθεν ἡ κίνησις. i. *causa, unde motus*, ipsius ἀνδριάντος. i. *statuæ*. lib. 7. met. c. 7. πᾶσαι δὲ αἱ ποιήσεις ἢ ἀπὸ τέχνης ἢ ἀπὸ δυνάμεως ἢ διανοίας γίγνονται. i. *omnes enim effectiones aut ab arte aut à potestate aut ab intellectu fiunt.* additque: ἀπὸ τέχνης δὲ γίνονται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. i. *ab arte fiunt, quorum species est in anima.* Transiens causa I°. debet esse juncta ei, quod recipit effectionem, ut videre est lib. 7. nat. ausc. c. 3. ubi sic concludit Phil. ὥστ' οὐδὲν ἔσται μεταξὺ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος. & pòst: Φανερὸν

νερὸν

νεϱὸν ὂν, ὅτι τοῦ κινουμένου καὶ τοῦ κινοῦντος πρώτου καὶ ἐσχάτου πρός τι κινούμενον οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον. v. lib. 2. de generat. & corr. c. 6. II°. debet esse dissimilis patienti, uti quoque proximo loco cit: præcipitur, ubi sic: οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τοῦτόγε ὁμονοητικῶς λέγουσιν, ὡς τὸ μὲν ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πᾶν ἀπαθές ἐστι, διὰ τὸ μηδὲν μᾶλλον ποιητικὸν ἢ παθητικὸν εἶναι θάτερον θατέρου. 1. à simili simile nullum pati &c. τὰ δ' ἀνόμοια καὶ τὰ διάφορα ποιεῖν καὶ πάσχειν εἰς ἄλληλα πέφυκε. 1. *At quæ dissimilia & differentia sunt, ut mutuò agant patianturque, aptissima esse asserunt.* & sciendum, quod sæpe eveniat, ut agens & patiens, partim eadem sint, partim diversa atque inter se dissimilia; ut genere eadem, specie dissimilia & contraria. Quomodo efficiens & effectum ejusdem speciei esse debent, disce è lib. 7. met. c. 8. f. Præterea, distinguitur secundum Arist. causa eff. in *necessariam* & *liberam*. ad illam pertinent omnes efficientes causæ Physicæ ex necessitate naturæ profectæ, de quibus in Phys. v. & lib. 2. post. anal. c. x 1. ubi, necessitatem duplicem faciens, 1. alteram, quæ est secundum naturam, & alteram, violentam, etiam de libera agit. De libera vid. & lib. 2. nat. ausc. c.

 5. de

5. de utraque, cap. 8. libera dicitur agens κτ̀ προαίρεσιν, lib. 6. de moribus c. 2. ubi: πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα. i. *actionis igitur principium est consilium*, principium, inquam, *unde motus proficiscitur*, *non cujus gratia res est*. scilicet efficiens, non finale. προαίρεσιν. i. *consilium* vocat aut νοῦν ὀρεκτικὸν aut ὄρεξιν διανοητικὴν. i. *mentem ad appetendum excitantem aut appetitum cogitandi vim habentem*: principium tale facit hominem. Præterea, causa efficiens distinguitur in eam, quæ est *per se* & *per accidens*. de utraque vide lib. 2. nat. ausc. c. 5. §. 4. illa ipsi agit οὗ ἕνεκα, i. *cujus gratia*, uti docetur lib. 2. post. analyt. c. x. §. 11. & lib. 2. nat. ausc. c. 3. §. 4. & hæc causa dicitur propriè ποιητικὴ, efficiens, lib. 1. de gen. & corr. c. 7. §. 12. quia propriè est ἀρχὴ τῆς κινήσεως & distinguitur ibidem à finali, quæ est οὗ ἕνεκα, sed non ποιητική. de causis per accidens l. c. 2. nat. nasc. etiam agit, facitque causas ut accidentia. sic ipsi Polycletus dicitur statuæ causa, cum accidit statuario, ut sit Polycletus. eodem refert τὰ περιέχοντα τὸ συμβεβηκός. i. *ea quæ accidens continent*. sed plura ibidem & cap. 5, vide. & lib. 6. met.

met. c. 30. ad causas per accidens referri solent fortuna & casus. à fortuna nihil fieri alicujus causa vult *Arist*. lib. 2. post. analyt. c. XI. licet τύχη sit αἰτία, κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν, τῶν ἕνεκά του. i. *fortuna sit causa per accidens in iis, quæ rarò contingunt secundum prælectionem eorum, quæ alicujus gratia fiunt*. Et priore loco inter ea, quæ fiunt ἀπὸ διανοίας. i. *à ratione*, alia etiam dicit fieri ἀπὸ τύχης. i. *à fortuna*. Themistius illa explicat hisce: αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς οὔτε ἐξ ἀνάγκης οὔτε ἐπὶ τὸ πολὺ γενομένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπ' ἔλαττον καὶ τούτων γε ἐν τοῖς ἕνεκά του κατὰ προαίρεσιν. vid. lib. 13. met. c. 8. ubi plura. *Casus* (αὐτόματον) latius patet, quàm fortuna. Estque in iis, quæ alicujus gratia suscipiuntur. quod utrique tribuit *Arist*. lib. 2. nat. ausc. c. 5. ponitque exemplum hoc, quod sic ex Græco repræsento: *argenti accipiendi gratia venisset, utique accepturus pecuniam, si scivisset: sed non hujus rei gratia venit: verum accidit, ut veniret, & hoc faceret accipiendi gratia. idque nec plerumque veniens in eum locum nec necessario*. Prætereà, causa efficiens est vel naturalis vel artificialis, juxtà ea, quæ docentur lib. 7. met. c. 7. de naturali τὸ

δὲ, ὑφ' ἧ τῶν φύσει τι ὄντων. i. *id, à quo quippiam est eorum, quæ naturá sunt*; ipsum a. aliquid est, ut planta aut aliud quid. vel κατὰ τὸ εἶδος φύσις ὁμοειδής. sic homo generat hominem &c. de artificiali etiam ibidem; ἀπὸ τέχνης δὲ γίνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. i. *ab arte fiunt, quorum species in anima est.* &c. v. & lib. 2. post. analyt. c. XI. §. 12. De distinctione causæ eff. in potentialem & actualem, vide lib. 2. nat. ausc. §. 3. ut ædificandæ domus causa est ædificator aut ædificans ædificator. item distinctio ejusdem in *principalem* & *instrumentalem* peti inter alia potest è lib. 1. de Republ. c. 4. ubi: ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἂν εἴη ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα, εἰ μέλλει ἀποτελεσθήσεσθαι τὸ ἔργον, οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν. distinguit autem *instrumenta* in inanima & animata. i. ἄψυχα & ἔμψυχα. ubi clavus navis gubernatori dicitur instrumentum inanimum: præfectus, animatum. ὁ γὰρ, inquit, ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. i. *minister enim artibus similitudinem speciemque instrumenti gerit.* instrumentum a. magis uni rei applicatum, tale esse, vult lib. 1. de Republ. c. 2. & ex usu æstimandum, lib. 2.

De

De anima cap. 4. hæc hactenus. nunc de finali causa.

CAP. XV.

Causæ finalis *brevis ex Aristotele instituta consideratio.*

FInis dicitur causa *Aristoteli* lib. 2. de nat. ausc. cap. 3. τὸ οὗ ἕνεκα i. *cujus gratia*; ut *deambulandi sanitas*. v. & lib. 1. met. cap. 3. & 2. post. analyt. cap. XI. Quemadmodum finis & efficiens invicem inserviant, & quasi mutuæ causæ sunt; finis, qui efficientem movet ad agendum: & efficiens, per quam finis & producatur & proveniat, docet Phil. loc. nat. ausc. cit. §. 8. sed finis non habet vim efficiendi, nisi metaphoricè, juxtà ea, quæ leguntur lib. 1. de generat. & corr. c. 7. Præterea ad finem media ducunt, quibus conciliat finis amorem, uti vult *Arist.* lib. 2. nat. ausc. c. 3. §. 5. differunt autem illa media, quod alia sint ἔργα, alia ὄργανα. nihilominus tamen πρὸς τὸ τέλος ἅπαντα δέον ἀπαντᾶν. i. *ad finem omnia referri oportet.* πέρας γὰρ τὸ τέλος πάσαις scil. τέχναις. vide lib. 1. de Rep. c. 9. f. finis dividitur in finem *cujus* & *cui*. nam lib. 2. de anima cap. 4. τὸ οὗ ἕνεκα, διττόν. τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ. i. *id cujus gratia*

duplex est. alterum enim est, quod expetitur: *alterum vero cui* expetitur. quem iterum dispescit Arist. lib. 1. de moribus, c. 1. in operationes & opera. v. & lib. 9. met. c. 8. Insuper dividit finem in principalem & minus principalem: in subordinatum & ultimum. vid. lib. 2. nat. ausc. cap. 3. eliciturque illa è verbis Philos. lib. 1. de moribus c. 1. ubi sic: εἰ δέ τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο καὶ μὴ πάντα, δι' ἕτερον αἱρούμεθα. 1. *si quis igitur rerum, quæ in actionem cadunt finis; quem propter se velimus, cætera vera propter hunc, nec omnia propter aliud eligamus* &c. & illum vocat summum bonum, sic concludens: δῆλον, ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον. 1. *Perspicuum est, hoc futurum summum bonum atque optimum.* Ergo simpliciter ultimus finis optimus & perfectissimus est. de quo & aliis finibus vide lib. 1. de moribus cap. 5. ut & lib. 2. de Rep. cap 5. unde constat, quod in finium subordinatione non possit iri in infinitum. uti quoque docetur, lib. 1. met. c. 2. plura de fine hic, ob studium compendii, non addam. sequitur, ut nunc de subjecto & adjuncto paucis loquar.

Cap.

CAP. XVI.

Subjectum & adjunctum, *utrumque diversimodè sumptum: item* signum, *quid notent Logicis, ostenditur ex Arist.*

S*Vbjectum*, ὑποκείμενον, (sumptum pro substantia lib. 7. met. c. 13.) dicitur esse, καθ' οὗ τὰ ἄλλα λέγεται, ἐκεῖνο δ' αὐτὸ μηκέτι κατ' ἄλλου. i. *de quo cætera dicuntur, illud vero non amplius de alio.* lib. 7. met. c. 3. vocat ὑποκείμενον πρῶτον, cum de eo dicuntur omnia & ei insunt, ut Categoriæ docent. v. lib. 2. de anima, c. 1. lib. de interpret. cap. 3. memorat, καθ' ὑποκειμένου ἢ ἐν ὑποκειμένῳ ἔντα. & ἄλλῳ ὑποκεῖσθαι, lib. 7. met. c. 4. ubi & addit: ἔστι γάρ τι ὑποκείμενον ἑκάστῳ, οἷον τῷ ποιῷ καὶ τῷ ποτὲ καὶ τῷ ποῦ καὶ τῇ κινήσει. subjectum, ut dupliciter subjicitur, vid. lib. 7. met. c. 13. quoad prædicat: c. 4. τὸ τί ἐστιν, ἕνα μὲν, inquit, τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν καὶ τὸ δέ τι, ἄλλον δ' ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων, ποσὸν, ποιὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. i. *uni quidem modo substantiam & quod quid, significat: alio vero singula eorum, quæ prædicantur quantitatem, qualitatem & quæcunque cætera talia sunt.* item, distinguit lib. 7. top. c. 1. τὰ κα-

τηγορέμθνα ab iis, ὧν ταῦτα κατηγορεῖται. i. *quæ prædicuntur ab iis, de quibus prædicantur illa.* Ex quibus omnibus facile colligi poteſt, ſubjecta & adjuncta alia eſſe inhæſionis, alia prædicationis ſive denominationis. quid autem ſit, ſubjecto ineſſe & de eo dici, vide, Cat. c. 2. & 5. item, lib. 2. top. c. 1. §. 4. & lib. 5. met. cap. 30. ubi, τὸ συμβεβηκὸς. i. *accidens*, dicitur ὃ ὑπάρχει τινὶ. i. *quod alicui ineſt.* v. & lib. 1. nat. auſc. c. 4. §. 14. Et prædicatio, quæ hic intelligitur, tantum eſt accidentalis, ſive externa ſive interna, abſoluta vel relata. Prædicatio autem eſſentialis locum habet in Categoriis, ubi eſſe in ſubjecto & dici de eo, oppoſita: intelligiturque de genere, ſpecie & differentia. In prædicabilibus adjuncta propria & communia tantum ſpectantur: hic autem adjuncta cum ſubjecto nexa ſunt in exiſtendo, quæ & in Phyſicis conſiderantur. Ergo adjuncta ſunt, quæ aliis adjunguntur eo modo, quo dictum eſt, ſive ſunt ſubſtantiæ, ſive accidentia. Adjunctum aut eſt objectum (quod & ſubjectum quandoque vocatur) aut ſignum aut circumſtantia. Objectum Ariſtoteli exprimitur, modò nomine ἀντικειμεὺς,

μένου, ut lib. 1. de anima cap. 1. modò nomine γένους vel γένους ὑποκειμένου, vel γένους περὶ ὅ. ut, lib. 1. poſt. analyt. c. 7. notatque id, circa quod aliqua res operando verſatur. ut in inſcript. lib. 4. met. c. 1. τὸ θεωρεῖ αὕτη ἡ ἐπιστήμη. 1. *quid ſpeculatur hæc ſcientia.* i. e. circa quod ſpeculando verſatur. & in principio, c. ἐπιστήμη, ἡ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν. 1. *ſcientia quæ ſpeculatur ens* (ut objectum vel ſubjectum) *quatenus ens eſt.* vide ſuprà de abſtractione, & in initio Phyſices, in qua & color eſt abjectum viſus: & aliàs ſæpius. *Signum* σημεῖον, eſt, quod rem aut repræſentat aut indicat. ὁμοίωμα vocatur cap. 2. de interpret. de ſignis ſic *Ariſt.* lib. 1. Rhet. cap. 2. τῶν δὲ σημείων, τὸ μὲν, οὕτως ἔχει, ὡς τῶν καθ' ἕκαστόν τι πρὸς τὸ καθόλου. τὸ δὲ, ὡς τῶν καθόλου τι πρὸς τὸ κατὰ μέρος. τούτων δὲ, ἀναγκαῖον, τεκμήριον. τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. 1. *ex ſignis autem unum quidem ita ſe habet, ut ſingulare aliquid ad univerſale: alterum vero ut univerſale aliquid ad ſingulare. Atque ex his quod neceſſarium eſt, tecmerium eſt. At quod non eſt neceſſarium, nomine caret, quo diſtingui poſſit.* prius, cum eſt ſingulare, exemplum hoc,

 lati-

Latinè redditum, ſpectat: *ſi quis diceret ſignum eſſe, ſapientes eſſe juſtos; quia Socrates & ſapiens & juſtus erat.* de neceſſario ſic: *ſi quis diceret, ſignum eſſe, aliquem ægrotare, quia febrem habet: & aliquam peperiſſe, quia lac habet.* ut univerſale ad ſingulare: *ſi quis diceret, aliquem febre laborare, ſignum eſſe, quia frequenter anhelat.* τεκμήριον autem vocat ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον. i. *tanquam demonſtratum & terminatum.* τὸ γὰρ, inquit, τέκμαρ καὶ πέρας ταυτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. i. *quia tecmar & terminus idem eſt juxtà antiquam linguam.* de circumſtantia, quæ pertinet ad locum, tempus aliaque adjuncta, vide tum in Phyſicis, tum apud Logicos. &c. nunc agendum de rerum convenientia & diverſitate.

CAP. XVII.

Convenientia & diverſitas, *ſuis modis explicatæ, ex Philoſopho exhibentur.*

TO ταυτὸν tripartitò dici, notat Philoſophus lib. 1. top. c. 7. §. 2. & ſeq. ubi: ἢ γὰρ ἀριθμῷ, ἢ εἴδει ἢ γένει ταυτὸν εἰώθαμεν προσαγορεύειν. i. *aut enim numero aut ſpecie aut genere idem ſoliti ſumus appel-*

appellare. συγγενὲς & παραπλήσιον, eodem pertinent. lib. 5. met. c. 9. additur, τῇ ἀναλογίᾳ. i. *proportione.* item, ταὐτὰ, τὰ κατὰ συμβεβηκός. i. *quæ ſecundum accidens eadem dicuntur.* ubi præter idem (vel unum) genere ſpecie & numero, addit, ὧν ἡ οὐσία. i. *quorum eſſentia,* una eſt, & eadem. de ea ſic ibidem: Φανερὸν, ὅτι ἡ ταυτότης ἑνότης τίς ἐστιν, ἢ πλειόνων τοῦ εἶναι ἢ ὅταν λέγηται ὡς πλειόσιν. i. *patet, quod identitas unitas quædam eſſentiæ ſit, aut plurium aut cum pluribus utatur.* ſcil. intellectus. quæ eſt identitas realis. *Convenientia realis* eſt convenientia unius rei cum ſe ipſa. quod notat Ariſtoteles, ubi: οἷον ὅταν λέγῃ αὐτὸ αὐτῷ ταὐτὸν, ὡς δυσὶ γὰρ λέγηται αὐτῷ. i. *ſcil. cum dicat ipſum ſibi idem: ut duobus enim ipſo utitur.* vide lib. 5. met. c. 6. & lib. 10. met. cap. 3. prius. *Numero eadem* dicit in top. l. c. ὧν ὀνόματα πλείω, τὸ δὲ πρᾶγμα ἕν. i. *cum nomina ſint plura, res autem una.* ut indumentum & veſtimentum. *Specie* eadem: ὅσα πλείω ὄντα ἀδιάφορα κατὰ τὸ εἶδός ἐστι. i. *quæ cum plura ſint, ſpecie non differunt.* ut duo homines, duo equi. *Genere* eadem: ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστίν. i. *quæ ſub eodem genere ſunt.* ut homo & equus.

Eadem

Eadem *proportione:* ὧν ὁ λόγος ὁ αὐτός. i. *quorum eadem est ratio.* analogia a. ἰσότης τῶν λόγων. i. *rationum æqualitas.* qualis est inter a, b, c, d. v. lib 5. de moribus c. 6. Estque vel Geometrica vel Arithmetica, c. 7. & lib. 5. met. c. 6. inter omnia, quæ eadem sunt, maximè eadem esse dicit, quæ numero sunt eadem, ὧν ἡ ὕλη μία. quod diversis modis fieri, existimat Phil. lib. 1. top. c. 7. sc. maximè propriè & primum, ὅταν ὀνόματι ἢ ὅρῳ ταὐτὸν ἀποδοθῇ. i. *quando nomine aut definitione eadem dicuntur.* ut indumentum & vestimentum. Secundò, ὅταν τῷ ἰδίῳ. i. *cum proprio* eadem sunt; ut scientiæ susceptivum & homo. Tertiò, ὅταν τοῦ συμβεβηκότος. i. *cum ratione accidentis*, ut sedens vel Musicum & Socrates. Quintò, Arist. lib. 5. met. c. 6. etiam continua numero eadem voca. v. & l. c. ubi & docetur, quæcunque eadem numero sunt, etiam eadem esse specie; & quæ specie, etiam genere, non vicissim. v. & lib. 7. top. c. 1. Accidentalis convenientia est aut paritas aut similitudo. Paria definiuntur Arist. in met. τὰ ἴσα λέγεται, ὧν τὸ ποσὸν ἕν. i. *paria dicuntur, quorum una est quantitas.* v. lib. x. met. c. 3. & 5. *similia* a. lib. 5. met.

met. c. 9. ubi: ὅμοια λέγεται τά τε ταὐτὸ πεπονθότα καὶ τὰ πλείω ταὐτὰ πεπονθότα ἢ ἕτερα ὧν ἡ ποιότης μία. I. *ſimilia dicuntur, quæ idem paſſa ſunt (etiam agunt) quæ plura eadem, quàm diverſa paſſa ſunt, & quorum qualitas eſt una.* ſcilicet vel gradu vel ſpecie. vid. lib. I. top. c. 17. *Diverſum* autem quid ſit, nunc diſcendum. nam πᾶν ἢ ἕτερον ἢ ταὐτὸ, ὅτι ἂν ᾖ ὄν. I. *omne quodcunque ſit ens, aut idem aut diverſum eſt* diverſa, quæ ſint & quotuplicia, docet Ariſt. lib. 5. met. c. 9. ſcil. ὧν ἢ τὰ εἴδη πλείω ἢ ἡ ὕλη ἢ ὁ λόγος τῆς οὐσίας ἢ ὅλως ἀντικειμένως τῷ αὐτῷ, λέγεται τὸ ἕτερον. I. *quorum autem ſpecies plures aut materia aut ratio ſubſtantiæ: & omnino diverſum dicitur oppoſitè ad id, quod idem dicitur.* quæ ſpecie diverſa ſunt, in eodem genere eſſe dicuntur lib. x. met. c. 8. & quid ſit ſpecie diverſum eſſe, cap. 9. diſcendum eſt. vid. & lib. x. met. c. 3. l. c. lib. x. l. c. ἡ ἑτερότης. I. *Diverſitatem* differre vult à διαφορᾷ. I. *differentia.* ratio: τὸ μὲν γὰρ ἕτερον καὶ οὗ ἕτερον οὐκ ἀνάγκη εἶναι τινι ἕτερον· τὸ δὲ διάφορον τινὸς τινὶ διάφορον. I. *Diverſum namque & illud, à quo diverſum, non eſt neceſſe aliquo eſſe diverſum. differens vero ab aliquo, aliquo differens eſt.*

&

& lib. 5. l. c. differentia dicit esse diversa, cum idem quid sint, non numero, sed aut genere aut specie aut proportione: item, quorum diversum genus & contraria & quæcunque diversitatem in substantia habent. & notandum, cum diversum opponatur eidem, etiam tot modis, quot idem dictum est, diversum dici posse. Prætereà, diversitas Aristoteli aut est τοῦ ὑποκειμένου aut τοῦ λόγου. i. *subjecti & rationis*. unde distinctio realis & rationis elicitur. Et cum diversa genere, specie & numero respiciant substantiam, uti ante dictum, illa, quæ aliter diversa sunt, ratione accidentium diversa erunt: tum ratione quantitatis, tum ratione qualitatis. quorum illa dicuntur *imparia*, *inæqualia*, hæc *dissimilia*. v. lib. x. met. c. 4. ubi: ἀνισότης μὲν γὰρ ἔχει στέρησιν ἰσότητος· ἀνομοιότης δὲ ὁμοιότητος. i. *inæqualitas quidem privationem habet æqualitatis: dissimilitudo vero similitudinis*. Et pòst. c. 5. τῷ ἀνίσῳ ἐναντίον τὸ ἴσον. i. *inæquali contrarium est æquale*. inæqualitas igitur & dissimilitudo satis cognoscuntur è suis contrariis, cum oppositorum eadem sit ratio suo respectu. nunc sequitur oppositio rerum.

CAP.

Cap. XVIII.

Oppositio, & variæ ejus species explicantur secundum Philos.

TA' ἀντικείμενα Aristoteli dicuntur ea, quæ nobis opposita. quæ hic non sunt complexa, de quibus in interpretatione Philos. agit; sed incomplexa. In illis & his lib. 5. de Sophist. elenchis requirit, ut dicantur ἀντικεῖσθαι κατὰ τὸ αὐτό. 1. *secundum idem:* πρὸς τὸ αὐτό. 1. *ad idem:* ὡσαύτως. 1. *eodem modo:* & ἐν αὐτῷ χρόνῳ. 1 *eodem tempore*. sic opposita, dicenda sunt simul esse natura, juxtà ea, quæ docentur lib. top. 6. c. 4. & juxtà se posita: & clariora esse, lib. 3. Rhet. cap. 2. Species oppositorum exhibentur lib. 5. met. c. x. scil. ἀντίφασις καὶ ἐναντία καὶ τὰ πρός τι καὶ στέρησις καὶ ἕξις καὶ ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα. 1. *contradictio, contraria, ad aliquid, privatio & habitus, ea, ex quibus, & in quæ ultima.* sic Categ. c. 10. ἀντικεῖσθαι dicuntur ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις καὶ ἕξις ἢ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις. ubi *affirmatio & negatio id*, quod ante contradictionis nomine expresserat. Et in metaphys. insuper ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα respiciunt generationes & corruptio-

ruptiones & quæcunque utrarumque susceptiva. in *contradictione* ponit esse & non esse, in qua, uti legitur Cat. c. x. §. 16. ὁ τρόπος ἀντιθέσεως ὁ αὐτός. i. *modus oppositionis idem est.* ut n. affirmatio & negatio opponuntur; veluti, sedet & non sedet, οὕτω καὶ τὸ, inquit, ὑφ' ἑκάτερον πρᾶγμα ἀντίκειται. i. *ita etiam opponuntur res utrique orationi subjectæ.* ubi alterum necessario est falsum, uti §. 21. Cat. videre est. neque illa contradictoria ullum medium habent, juxtà lib. x. met. c. 7. Contraria in Metaphys. l. c. τὰ μὴ δυνατὰ ἅμα τῷ αὐτῷ παρεῖναι τῶν διαφερόντων κατὰ γένος. i. *quæ non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, quæ secundum genus differunt.* vel: τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ γένει καὶ τὰ πλεῖστον διαφέροντα ἐν τῷ αὐτῷ δεκτικῷ καὶ τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν. i. *quæ plurimùm differunt, cum in eodem genere sint: quæve plurimùm differunt, cum in eodem susceptivo sint: & etiam quæ plurimùm differunt, cum eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt.* scilicet illa etiam pertinent ad disparata. communiter autem contraria tantum *duo* & ea *absoluta* esse volunt. quæ de suprà memoratis & in iis intelligenda.

da. & πλεῖϛον διαφέροντα reſtringenda ad τὸ εἶδος & τόπον, juxtà ea, quæ lib. 5. nat. auſc. cap. 2, leguntur. de contrariis vid. Categ. c. 6. ea verſari circa idem ſubjectum, cap. 11. Categ. requiritur. & ſe invicem deſtruere, lib. 2. de cælo, c. 3. & neceſſe eſſe, alterum ineſſe ſcil. ſubjecto, Categ. x. ut nihil ſit interjectum, ibidem: ut, bonum & malum. & quorum non eſt neceſſe alterum ineſſe, in illorum medio aliquid locatum eſt, ut morbus & ſanitas. *Relativè* oppoſita, eadem Categ. §. 4 dicuntur τὰ ἅπερ ἐϛὶ τῶν ἀντικειμένων λέγονται ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά. 1. *id ipſum quod ſunt, oppoſitorum eſſe dicuntur aut quomodocunque aliter ad ea referuntur.* ut duplum dimidii duplum eſt: & ſcientia ſcibilis ſcientia eſt. & ſic illa à contrariis diſtinguuntur, quæ nequaquam ad invicem dicuntur. *Privativè* oppoſita in Categ. l. c. ϛέρησις καὶ ἕξις λέγεται μὲν περὶ ταὐτόν τι· οἷον, ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης περὶ ὀφθαλμόν. 1. *privatio autem & habitus dicitur circa idem aliquid*, 1. *ut viſus & cæcitas circa oculum.* Et tunc ſingula, quæ habitum recipere poſſunt privata dicuntur, cum, in quo natura ineſſe debet aut quando natura haberi debet, nullo

modo ineſt. Exemplum ei in edentulo eſt & cæco. vide plura in ſeq. de ordine jam dicendum eſſet, & de eis, quæ priora, poſteriora & ſimul ſunt. At de iis in Metaphyſicis vide. ſequitur nunc, ut interpretationem, Etymologiam & conjugata demus.

Cap. XIX.

Interpretatio *ſuis partibus explicata*, & Etymologia & conjugata *quæ ſint*, *ex Ariſtotele docetur*.

Ἑρμηνείας. 1. *interpretationis* vox ab Ariſtotele non explicatur, ad eam tamen pertinent utcunque exhibendam ſequentia; quæ leguntur lib. de interpret. c. 1. ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα· καὶ τὰ γραφόμενα ἐν τῇ φωνῇ. 1. *quæ igitur ſunt in voce, ſunt notæ paſſionum, quæ ſunt in anima: & quæ ſcribuntur ſunt notæ eorum, quæ ſunt in voce*. interpretatio igitur per vocem exprimitur. additque ille, voces apud omnes non eſſe eaſdem; ſed paſſiones animi, quarum illæ ſunt ſigna & interpretamenta, eſſe eaſdem. quod autem vox ſit ſonus ſignificativus, docet Philoſophus lib. 2. de anima, cap. 8. §. 23. ubi, φωνὴ dicitur ψόφος τις ἐμψύχου καὶ ζώου. intelligitque

que in interpr. φωνὴν ἔναρθρον. i. *articulatam* & σημαντικήν. i. *significativam*. divi-dit ille interpretationem in simplicem & compositam. Simplicem in nomen & verbum. τὰ, inquit, ἔοικε τῷ ἄνευ συνθέσεως ϗ διαιρέσεως νοήματι. i. *quæ assimulantur intelligentiæ, quæ est sine compositione & divisione*. composita est oratio, quæ aut componit aut dividit. sciendum autem, quod interpretatio debeat esse perspicua, ut maximam virtutem sermonis exprimat, qualis est perspicuitas; juxtà ea quæ docentur lib. 3. Rhet. c. 2. pr. unde contingat μάθησις ταχεῖα. i. *citò discere*. & ex opposito, obscuritatem, ceu interpretationis vitium damnat, lib. 1. analyt. c. 39. & lib 2. top. c. 4. & præcipit, resecari homonymiam, metaphoram, insolentiam & tropum, quæ causæ obscur. sunt, uti docet lib. 6. top. c. 2. §. 29. & lib 1. analyt. post. c. 13. In interpret. simplici ὄνομά ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον. i. *nomen est vox significans ex instituto, sine tempore, cujus nulla pars significat separatim*. scil. ut distinguat nomina à casu nominum, addit: ὅτι δὲ μετὰ τοῦ ἔστιν ἢ ἦν ἢ ἔσται οὐκ ἀληθεύει ἢ ψεύδεται. i. *quia*

conjunctum *cum verbo est vel erat vel erit, non significat verum aut falsum.* Verbum autem definitur hoc modo lib 1. de interpret. c. 3. ῥῆμα δέ ἐστι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐθὲν σημαίνει χωρὶς καὶ ἔστιν ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον. i *verbum autem* est, *quod significat tempus, cujus nulla pars significat separatim, & est semper nota eorum, quæ de altero dicuntur.* ut, valetudo est nomen: valet, verbum. significat n. nunc inesse eorum, quæ de altero. i. subjecto dicuntur & in subjecto sunt. Præterea nomen & verbum, c. 2. & 3. Phil. facit aut finitum aut infinitum: uti, homo, non homo: valet, non valet. Et infinitum indifferenter de ente & non ente dici existimat. nunc de cæteris. Etymologia communiter esse dicitur ex origine petita vocis ratio quoad significationem. sic Aristoteli lib. 2. top. c. 6. est μεταφέρειν τοὔνομα ἐπὶ τὸν λόγον. i. *transferre nomen ad notationem.* aliis legitur κατὰ τὸν λόγον. i. *juxtà notationem.* Exemplum ponit ibidem: sc. ἔμψυχον μὴ τὸ ἀνδρεῖον καθάπερ κεῖται, ἀλλὰ τὸν εὖ τὴν ψυχὴν ἔχοντα· καθάπερ καὶ εὔελπιν τὸν ἀγαθὰ ἐλπίζοντα· ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ἢ σπουδαῖος. i. *veluti,* εὔψυχον. i. *bene animatum, non*

esse

esse virum fortem, uti positum est, sed eum, qui εὖ τ̃ ψυχὴν habet. 1. *est bene animo affectus. sicut* εὔελπιν. 1. *bonæ spei plenum, eum, qui bona expectat. similiterque* εὐδαίμονα. 1. *beatum, eum, cujus Dæmon est bonus.* quemadmodum Xenocrates εὐδαίμονα esse voluit eum, cujus animus sit bonus. eo quoque pacto Philosophus lib. 1. de Rep. c. 2. hominem vult esse πολιτικόν. 1. *gaudentem societate civili:* & σωφροσύνη lib. 6. de moribus c. 5. eidem putatur esse quasi σώζουσα τ̃ φρόνησιν. 1. *servans prudentiam.* σύστοιχα 1 *conjugata* sunt, quæ voce & significatione conveniunt, sed terminatione differunt. sic de illis *Arist.* lib. 2. top. c. 9. σύστοιχα λέγεται, τὰ κτ̃ τ̃ αὐτὴν συστοιχίαν ἅπαντα· οἷον, δικαιοσύνη, δίκαιος, δίκαιον, δικαίως. 1. *conjugata dicuntur omnia, quæ sunt in eadem conjugatione seu classe: ut, justitia, justus, justum, justè.* Etiam ibidem ad conjugata pertinere dicuntur τὰ ποιητικὰ καὶ τὰ φυλακτικὰ, ὧν ἐστι φυλακτικὰ ἢ ποιητικά. 1. *quæ vim habent efficiendi & conservandi ea, quorum sunt conservantia & efficientia.* ut sanitatis salubria: & firmæ corporis constitutionis ea, quæ eam constitutionem efficiunt vel conservant. ad conjugata etiam pertinet

casus, πτώσεις, de quibus & sic loquitur: δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κατὰ τὰς πτώσεις σύστοιχα εἶναι· οἷον, τὸ μὲν δικαίως τῇ δικαιοσύνῃ· τὸ δὲ ἀνδρείως, τῇ ἀνδρίᾳ. i. *videtur autem & quæ secundum casus dicuntur, esse conjugata: ut justè, cum justitia & fortiter cum fortitudine.* v. & lib. de interpret. c. 2. & 3. In illis *casibus* hoc observandum est, si unum multis modis dicatur, etiam alterum tot modis intelligi, uti lib. 1. top. c. xv. §. 10. docet Philosophus. v. & lib. 6. top c. x. eò quoque referenda sunt παρώνυμα. i. *denominativa* scil. à primitiva voce. de quibus Phil. Cat. c. 1. vocatque ea, ὅσα ἀπό τινος διαφέροντα τῇ πτώσει, τὴν κατὰ τοὔνομα προσηγορίαν ἔχει. i. *quæcunque ab aliquo ita ut differant casu, nominis appellationem habent.* Ut à Grammatica dicitur Grammaticus, à fortitudine, fortis. notandum, quod Aristoteles res ipsas, quibus voces paronymæ tribuuntur, non ipsas voces, definiat. quid autem sit prædicari παρωνύμως, vide Categ. cap. 5. i. κατὰ τοὔνομα μόνον καὶ μὴ κατὰ τὸν λόγον. i. *quoad nomen solum, non quoad definitionem.* transibo nunc ad Synonyma & homonyma.

CAP.

CAP. XX.

Synonyma & homonyma *ex Arist. traduntur & explicantur per suos modos.*

SYnonyma ab Aristotele definiuntur Categ. c. 1. hoc pacto: συνώνυμα λέγεται, ὧν τό, τε ὄνομα κοινόν· καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας, ὁ αὐτός· οἷον, ζῷον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς. i. *Synonyma dicuntur, quorum & nomen est commune & ad illud nomen accommodata definitio est eadem: quemadmodum & homo & bos, dicitur animal.* v. & cap. 5. & lib. 1. analyt post. c. 13. *Homonyma* eodem Categ. capite definit; ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας, ἕτερος· οἷον, ζῷον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γεγραμμένον. i. *quorum nomen solum commune est: ad illud vel nomen accommodata definitio est diversa. ut, homo & quod pictum est, animal* dicitur. iterum not. quod & in illis Philosophus res ipsas respexerit. & ubi in Synonymis *nomen commune* dicitur, non excludi vult accidentia nominum, genus conjugationum, declinationum &c. sed tantum τὸν λόγον τῆς οὐσίας. i. *definitionem.* idque κατὰ τοὔνομα. i. *quatenus communi nomine conveniunt.* uti patet in exemplo prolato. de homonymia & trans-

translatione vide lib. 6. top. c. 2. & lib. 7. met. c. 4. & ὁμωνύμως & ἁπλῶς, ut opponantur, c. x. Species homonymorum exhibet quadantenus, lib. 7. nat. ausc. c. 5. §. 21. ubi illorum alia dicit πολὺ ἀπέχειν. 1. *longius distare:* alia ὁμοιότητα ἔχειν. 1. *quandam similitudinem habere:* alia, ἐγγὺς scilicet εἶναι ἢ γένει ἢ ἀναλογίᾳ. 1. *alia propinqua esse aut genere aut proportione*. quæ longius distant, dicuntur lib. 1. c. 4. ἀπὸ τύχης. 1. *à casu* esse. 1. propriè homonyma esse cætera, quæ ἐγγύς. 1 *propinqua*, à consilio fieri vel similitudine, vel genere vel analogia: de homonymis genere agit Phil. lib. 6. de gen. & corr. c. 6. dicunturque θάτερα ἀπὸ τῶν θατέρων καὶ προτέρων. 1. *quorum altera ab aliis & prioribus sunt.* & lib. 3. met. c. 2. τὰ πρὸς ἕν καὶ μίαν τινὰ φύσιν. 1. *quæ ad unam aliquam naturam referuntur.* vide & lib. 1. moralium cap. 4. τὰ ἀφ᾽ ἑνὸς, 1. *quæ ab uno* dicuntur. homonymiarum distinguendarum præcepta seu eorum, quæ multipliciter dicuntur, considerationes exhibet Philosophus lib. 1. top. c. 15. §. 3. & seq. ubi omnia dicit esse vocabula homonyma, quorum πολλαχῶς λέγεται τὸ ἐναντίον, ἐάντε τῷ εἴδει, ἐάντε καὶ τῷ ὀνόματι διαφωνῇ. 1. *contrarium multi-*

multipliciter dicitur, ſive ſpecie ſive etiam nomine diſtinguatur. velut acuto in voce contrarium eſt grave, in magnitudine obtuſum. I. quorum τῷ μὲν ἐστί τι ἐναντίον, τῷ δ' ἁπλῶς μηδέν. I. *quorum alteri aliquid, alteri nihil omnino.* ut voluptati, quæ ex potu percipitur, contrarius eſt dolor, qui ex ſiti oritur. & multis modis voluptatem dici oſtendit, vocum *amare* & *odiſſe* exemplis. Item, homonyma vocat, εἰ τῶν μὲν ἐστί τι ἐναντίον ἀνὰ μέσον, τῶν δὲ μηδέν. I. *an quorundam ſit aliquod medium, aliorum vel nihil.* Item, εἰ ἀμφοῖν μὲν ἐστί, μὴ ταὐτὸν δέ. I. *an ſit quidem amborum medium, non tamen idem*, ut inter candidum & fuſcum. in coloribus pallidum: in voce autem nihil interjectum eſt. item, quibus aliquid oppoſitum eſt, quod ambiguum eſt. ut, non cernere multis modis dicitur &c. item, quorum conjugata ſunt homonyma, ut, ſi juſtè multis modis dicitur, etiam juſtum. Homonyma etiam dicuntur, quæ ſignificant res diverſorum generum. exemplum *boni* exhibet ille, quod in diverſis categoriis eſſe, oſtendit. item ὄνος, quod aſinum & lapidem ſignificat. Item, quæ conferri queant ex majori vel ſimilitudine; ut vox *candida* & candidum veſtimen-

 tum.

tum: item acutus sapor & acuta vox. &, quæ significant differentias generum non subalternorum. ut, *acutum* vocis & magnitudinis. denique videndum est, an eorum, quæ sub eodem continentur genere, sint diversæ differentiæ. ut, χρῶμα, quod est in corporibus & melodiis. &, an species, an differentia sit in iis, quæ sub eodem nomine continentur: ut *candidum* in corpore est species coloris, in voce differentia. hæc hactenus. Jam de enunciatione loquendum.

CAP. XXI.

Enunciatio *per partes speciesque suas explicata, quæ? ubi* propositio, axioma, hypothesis, postulatum. &c.

ORatio (λόγος) Aristoteli de interpretatione, cap. 4. definitur φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον. 1. *Vox significans ex instituto, cujus aliqua pars significat separatim.* explicat ille τὸ σημαντικόν; item, τὸ μερῶν τι, & τὸ κατὰ συνθήκην. in seq. in primis enunciatio quid sit, breviter videndum: item, quid propositio, axioma, problema, postulatum & suppositio. orationem, ἀποφαντικόν. 1. *enunciativam* esse l. c. existimat, ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι

δέχεσθαι ὑπάρχει. i. *cui verum vel falſum dicere convenit*. Sed non omnem, ut exemplo εὐχῆς, quæ nec vera nec falſa ſit, oſtendit. Ideo πρῶτος λόγος ἀποφαντικὸς dicitur κατάφασις, εἶτα ἀπόφασις. i. *affirmatio, deinde negatio*, cap. 5. lib. de interpret. & ipſa ἀπόφανσις. i. *enunciatio*, ἀντιφάσεως ὁποτερονοῦν μόριον. i. *contradictionis utravis pars*. quid autem ſit affirmatio & negatio, infrà videbitur. Ergo enunciatio eſt oratio, qua aliquid de alio vel affirmatur vel negatur, ſcilicet vel verè vel falsò. *Propoſitio* πρότασις lib. i. prior. analyt. c. i. ἐστι λόγος καταφατικὸς ἢ ἀποφατικός τινος κατά τινος. i. *propoſitio eſt oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo*. & lib. i. poſt. analyt. c 2. ἀποφάνσεως τὸ ἕτερον μόριον, ἓν καθ' ἑνός. i. *enunciationis pars altera, unum de uno*. ubi notat principium immediatum demonſtrationis. *axioma* vocat idem, quod eſt neceſſe diſcenti per modum θέσεως. eſtque, ἀρχὴ, ἣν μὴ ἔστι δεῖξαι. i. *principium, quod non licet demonſtrare*. ex poſitionibus autem ea, ἡ ὁποτερονοῦν τῶν μορίων τῆς ἀποφάνσεως λαμβάνουσα τὸ εἶναί τι ἢ μὴ εἶναί τι, ὑπόθεσις. i. *quæ utramque contradictionis partem (velut eſſe aliquid & non eſſe aliquid) eſt hypotheſis*

ſis ſive ſuppoſitio. ideo cap. x. ὐκ ἔςι ὐδὲ τὸ αἴτημα, ὃ ἀνάγκη εἶναι δι' αὐτὸ καὶ δοκεῖν ἀνάγκη. i. *non eſt ſuppoſitio nec poſtulatum id, quod neceſſe eſt eſſe per ſe & videri neceſſe eſt.* poſtulatum, quid ſit, diſce ex illis: ἔςιν αἴτημα, τὸ ὑπεναντίον τῦ μανθάνοντος τῇ δόξῃ· ἢ ὃ ἄν τις ἀποδεικτὸν ὂν λαμβάνῃ καὶ χρῆται μὴ δείξας. i. *eſt poſtulatum, quod eſt ſubcontrarium diſcentis opinioni, quod cum ſit demonſtrabile, aliquis ſumit eoque utitur non probato.* de problemate & propoſitione lib. 1. top. c. 4. affirmat, quod utrumque ἢ γένος ἢ ἴδιον ἢ συμβεβηκὸς δηλοῖ. i. *aut genus aut proprium aut accidens declaret.* quemadmodum autem invicem differunt, vide in ſeq. Orationem enunciativam ex verbo conſtare neceſſum eſſe dicit cap. 5. de interpret. neque enim hominis definitionem, niſi eſt, aut erat, aut erit aut aliquid aliud addatur, orationem enunciativam dici poſſe, exiſtimat, nec animal terreſtre bipes, licet continenter pronuncietur. Verbum autem propoſitionis partes nectit & ſignificativas facit. nam, ut cap. x. interpret. ἄνευ ῥήματος ὐδὲ μία κατάφασις καὶ ἀπόφασις. i. *ſine verbo nulla eſt nec affirmatio nec negatio.* v. & Categ. 10. §. 15. per verbum adſi-

adsignificatur tempus, ut cap. x. de interpret. docetur, sive illud sit *est*, sive aliud, quod idem valet. ubi tandem concludit: ἔϛαι ἄρα πᾶσα κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἢ ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος ἢ ἐξ ἀορίϛου ὀνόματος καὶ ῥήματος. 1. *erit igitur omnis affirmatio & negatio aut ex nomine & verbo, aut ex indefinito nomine & verbo.* quod verbum est sit aut secundi aut tertii adjecti, ibidem videre est pluribus. Subjectum & prædicatum è prioribus manifesta sunt, ὑποκείμενον vocatur prop. subjectum, lib. 1. priorum, c. 1. f. & προσϛιθέμενον, ibidem. & prædicatum, κατηγορούμενον. lib. de interpret. cap. 5. dividit enunciationem in simplicem & compositam. In simplici dicitur enunciari τὶ κατά τινος ἢ τι ἀπό τινος. 1. *aliquid de aliquo aut aliquid ab aliquo.* estque ἁπλῆ ἀπόφανσις φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὧν οἱ χρόνοι διῄρηνται. 1. *Simplex enunciatio vox significans inesse aliquid aut non inesse pro temporum divisione.* composita, quæ ex pluribus enunc. copulatis constat. hæc in seq. patescit. nunc restat loqui de enunciatione pura & modali. universali, particulari, indefinita ac singulari.

Cap. XXII.

Enunciatio pura & modalis, universalis, particularis, indefinita & singularis.

ENunciatio pura simpliciter Aristoteli dicitur lib. 1. post. analyt. c. 15. & 18. τὸ ὑπάρχειν τι ἢ μή. i. *significans inesse & non inesse*. & ejus libri, c. 24. ὑπάρχουσα, v. & lib. de interpret. c. 7. scil. non explicans, ut cohærent partes. cujus contrarium fit in modali, quæ dicitur ἡ ἐνδέχεσθαι lib. 1. prior. analyt c. 15. & 18. in qua id exponitur, per modos. illi autem, unde modalis enunciatio dicitur, sunt; necesse, impossibile, possibile, & contingens. de his vide lib de interp. cap. 12. & 13. ubi & de oppositione enunciationum modificatarum & de consecutione illarum. & de puris prop. plura lib. 1. analyt. prior. c. 4, 5, & 6. quod autem enunciatio sit vel universalis vel particularis vel indefinita & singularis, nunc videndum. scil. lib. de interpret. cap. 7. ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶ, τὰ μὲν, καθόλου τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστον, ἀνάγκη δὲ ἀποφαίνεσθαι ὡς ὑπάρχει τι ἢ μὴ, ὅτε μὲν τινὶ καθόλου τινὶ, ὅτε δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον. i. *quoniam autem rerum aliæ sunt universales, aliæ singulares*,

lares, necesse est utique enunciare aliquid inesse aut non inesse, interdum rei universali, interdum rei singulari. lib. prior. analyt. c. 1. πρότασίς ἐστι ἢ καθόλου, ἢ ἐν μέρει ἢ ἀδιόριστος. 1. *propositio aut est universalis aut particularis, aut indefinita.* de singulis autem hoc docet, si τὸ κατηγορούμενον. 1. *enunciationis* prædicatum enuncietur de subjecto universali, cum nota universalitatis, enunciatio est καθόλου. 1. *universalis*, ait enim: λέγω δὲ ἐπὶ τοῦ καθόλου ἀποφαίνεσθαι καθόλου· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. 1. *dico autem de re universali universaliter enunciare: veluti omnis homo est albus, nullus homo est albus.* Unde lib. prior. analyt. c. 1. propositio universalis significat, τὸ παντὶ ἢ μηδενὶ ὑπάρχειν. 1. *omni aut nulli inesse.* quod autem *omnis* & *nullus* non significent rem universalem; sed ostendat, accipi universaliter, docetur cap. 12. de interpret. Et per universalem enunciationem vult ostendi ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν. 1. *necessariò inesse.* scil. prædicatum subjecto, lib. 1. post. analyt. c. 4. de necessitate post videndum. Prætereà, si κατηγορούμενον particulariter enuncietur de subjecto universali cum nota particularitatis, *non omnis, aliquis,*

aliquis, est enunciatio particularis. ut, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός ἐστι, καὶ ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός. i. *non omnis homo est albus, & aliquis homo est albus.* unde lib. 1. prior. analyt. c. 1. particularis prop. significat τὸ τινὶ ἢ μὴ τινὶ ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχειν. i. *alicui aut non alicui aut non omni inesse.* indefinita, de interpr. c. 7. enunciatio est, τὸ μὴ καθόλου ἀποφαίνεσθαι ἐπὶ τῶν καθόλου· οἷον, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος. i. *non universaliter enunciari de rebus universalibus: velut, est homo albus, non est albus homo.* lib. 1. prior. analyt. c. 1. ἀδιόριστον. i. *indefinitum* significat, τὸ ὑπάρχειν ἢ μὴ ὑπάρχειν ἄνευ τοῦ καθόλου ἢ κατὰ μέρος. i. *inesse aut non inesse, absque universali aut particulari nota.* Enunciatio, quæ est ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα est *singularis*, ubi subjectum est singulare, ut in exemplo hoc lib. de interp. prolato patet: ἔστι Σωκράτης λευκὸς, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός. i. *est Socrates albus, non est Socrates albus.* additque, unius affirmationis esse unam negationem, in suo quamque ordine, uti per exempla patet. item, notam universalitatis non esse addendam prædicato, sed subjecto, cap. 3. de interpret. rationes ibidem examina. de e-

nun-

nunciationibus fingularibus in futurum collatis vide lib. de interpret. c. 9. Sequitur nunc prop. affirmata & negata, item finita & infinita.

CAP. XXIII.

Enunciatio affirmata & negata, finita & infinita, quæ? ex Ariftotele oftenditur.

QUid fit affirmatio & negatio, lib. 1. poft. analyt. c. 2. defignat. ubi; μόριον τῆς ἀντιφάσεως, τὸ μὲν τι κατά τινος, ἐστὶ κατάφασις· τὸ δέ τι, ἀπό τινος, ἀπόφασις. i. ***partium contradictionis ea, quæ fignificat aliquid de aliquo, eft affirmatio: quæ aliquid ab aliquo, negatio.*** utramque etiam lib. de interpret. c. 6. defcribit directius: κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος· ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος. i. ***affirmatio eft enunciatio alicujus de aliquo: negatio eft enunciatio alicujus ab aliquo.*** & monftrat ibidem, affirmationi negationem effe oppofitam, & vice versâ. v. & prior. analyt. c. 1. ubi verbum effe & non effe, fubjectum & prædicatum aut adjicit aut feparat. i. affirmat & negat. Ergò enunciatio affirmans eft, qua enunciatur aliquid de aliquo. i. e. ut c. 7. de interpret. dicitur ἀποφαίνεσθαι ὡς

ὑπάρχει τι. i. *enunciari aliqu*
ἀποφαίνεσθαι ὡς μὴ ὑπάρχειν.
aliquid non inesse. prior est σύν
positio: posterior est διαίρεσι
ut omnis homo est albus, n
est albus. quod affirmatio &
oppositorum species, disce e
cap. 3. Et quidem nomine
rio, lib. de interpret c. 7. &
ibidem in fine. item, quod
negatio in instantibus & præt
ra sit aut falsa, cap. 9. & in ea
possit utraque simul vera esse,
analyt. c. xi. Et ita, quod
si causa sit affirmationis, neg
causa sit negationis, lib. 1. a
c. 13. licet affirmatio prior sit
lib. 1. post. analyt. cap. 25. &
cælo, c. 3. de *finitis* & *infini*
tionibus secundi & tertii adje
stoteles lib. de interpret. c. x
mantem & negantem finitam
cti dicit exprimi hoc exemp
θρωπος, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. i.
non est homo. & infinitam, a
& negantem, illo: ἔστιν οὐκ ἄνθρ
ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος. i. *est non ho*
non homo. etiamsi particula *omn*

adjiciatur. enunciationem tertii adjecti, quod habet ſubjectum infinitum, hoc exemplo: ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος. Et: ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος. 1. *eſt juſtus non homo, non eſt juſtus non homo: &, eſt non juſtus non homo: non eſt non juſtus non homo. &c.* nunc de enunciatione vera & falſa, neceſſaria & contingente.

C A P. XXIV.

Enunciatio vera *&* falſa, neceſſaria *&* contingens, *quæ juxtà Philoſophum?*

V*Erum* & *falſum* fieri per compoſitionem & diviſionem. 1. affirmationem & negationem, docet Philoſoph. lib. de interpr. c. 1. i. e. quandò componuntur componenda, vera eſt enunciatio: & ſic dividendo. ſed quando componuntur dividenda, & dividuntur componenda, falſa eſt enunciatio, vide paſſim in lib. de interpr. lib. 6. met. cap. 3. hæc: τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν ἐπὶ τῶν συγκειμένων ἔχει· τὴν δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῶν διηρημένων· τὸ δὲ ψεῦδος, τούτου τοῦ μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν. 1. *Verum enim affirmationem in compoſito habet, negationem in diviſo, falſum*

vero hujus partitionis contrad
lib. 9. met. c. x. Enunciatio
necessaria aut contingens. na
analyt. c. 2. sic legitur: πᾶ
ἐστιν ἢ τοῦ ὑπάρχειν ἢ τοῦ ἐξ ἀνάγκη
τοῦ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν. i. *On*
tio significat aut inesse aut nec
aut contingere inesse. Necessar
aliter se habere non potest, uti-
rum analyt. cap. 6. ubi, οὐ δ
ἔχειν. necessaria autem vocat
τὰ ὑπάρχοντα. i. *quæ per se insu*
sic enunciantur, necessariò er
v. lib. 4. met. cap. 7. Necessit
tres notamus cum Philosoph
post. analyt. c. 4. scil. τὸ κατὰ
καθ᾽ αὑτὸ, καὶ τὸ καθόλου. sic
singulis: κατὰ παντὸς μὲν οὖν τοῦτο
ἢ μὴ ἐπί τινος μὲν, τινὸς δὲ μή
τὲ μὲν, ποτὲ δὲ μή. i. *de om*
appello, quod non in aliquo est
non est: nec interdum est, nec in
est. ex gr. si de omni homine
mal: si verè dicitur, hunc esse
verè dicitur etiam esse animal.
sit verum, etiam alterum verum
sit καθ᾽ αὑτὸ, sic docet: καθ
inquit, ὅσα ὑπάρχει ἐν τῷ τί ἐσ

se autem voco, quæcunque insunt in prædicatione declarante *quid est.* ut triangulo inest linea, & lineæ punctum &c. cum essentia ipsorum in his consistat. item: quæ, ἐν τῷ λόγῳ ἐνυπάρχουσι τῷ τί ἐστι δηλοῦντι. i. *quæ attributis suis insunt in oratione declarante, quid sit.* ut rectum & curvum inest lineæ: & impar & par numero &c. enunciationi per se, ut opponatur, enunciatio per accidens, ibidem ostensum vide. καθόλου. i. *universale* appellat l. cit. ὃ ἂν κατὰ παντός τε ὑπάρχῃ καὶ καθ' αὑτὸ καὶ ᾗ αὐτό. i. *quod & omni inest & per se & quà id ipsum est.* Cum prædicatum subjecto convenit, secundum eam rationem, per quam est id, quod est. & sic prædicatum convertitur cum subjecto. eo modo dicit lineæ inesse punctum & rectum: & triangulo duos rectos angulos. vult igitur ille, secundum gradum necessitatis, includere primum, & tertium, primum & secundum. *Contingere* Arist. 1. priorum analyt. c. 3. multifariam dici vult. scil. contingere solet aut τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὸ μὴ ἀναγκαῖον καὶ τὸ δυνατόν. i. *quod est necessarium, & quod non est necessarium & quod est possibile.* Enunciatio autem contingens, i. ἐνδεχομένη dicta lib. 1. prior.

 analyt.

analyt. c. 24. aut plerumque ve
rarò, aut sic dubia est, ut n
nunc falsa sit. sic enim lib. de
c. 9. ubi: §. 11. τὰ μὲν ὁπό
οὐδὲν μᾶλλον ἢ ἡ κατάφασις ἢ ἡ
ἀληθής· τὰ δὲ, μᾶλλον μὲν καὶ
πολὺ θάτερον· οὐ μὴν ἀλλ' ἐνδέχεται
θάτερον, θάτερον δὲ μή. 1. *alia q*
vis modo contingunt, nec magis
vera, quàm negatio: alia verò su
bus alterum magis & plerumque
men etiam accidit, ut alterum fiat
minimè. v. & lib. 2. top. c. 6.
sa enunciatione, quæ veræ est
præter explicata, plura vide lib
pret. c. xi. §. 9. & cap. 9. § 2, 3,
nunc de conversione enunciation
ximè agendum & oppositione.

Cap. XXV.

Enunciationum conversio *&* oppositio, *de*
ristotel.

Conversio, ἀντιστροφὴ, explicat
rist. lib. 1. prior. analyt. c. 2.
gulas proponit de ea facienda in
sitione universali negante & affi
atque de particulari negante & a
te, quas breviter ex ipso hic repr

τ̀ μὲν ἐν τῷ ὑπάρχειν καθόλου στερητικὴν, ἀνάγκη τοῖς ὅροις ἀντιστρέφειν. id eſt, propoſitionem *de eo quod ineſt, univerſalem privativam neceſſe eſt terminis* reciprocis *converti.* ut, ſi nulla voluptas eſt bonum, etiam nullum bonum erit voluptas. Deinde: τ̀ δὲ κατηγορικὴν ἀντιστρέφειν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ μὲν καθόλου, ἀλλ' ἐν μέρει. i. *Categoricam converti quidem neceſſe* eſt, *non tamen univerſaliter, ſed particulariter.* ut, ſi omnis voluptas eſt bonum, neceſſe eſt, etiam quoddam bonum eſſe voluptatem. Item, τῶν δὲ ἐν μέρει, τ̀ μὲν καταφατικὴν ἀντιστρέφειν ἀνάγκη κατὰ μέρος. i. *ex particularibus vero affirmativum neceſſe eſt in particularem converti.* ut, ſi quædam voluptas eſt bonum, etiam quoddam bonum erit voluptas. Denique: τ̀ δὲ στερητικὴν, οὐκ ἀναγκαῖον. i. *privativam autem non eſt neceſſe ſc. converti.* Non enim ſi homo non ineſt cuidam animali, propterea etiam animal non ineſt cuidam homini. Probationem ſive demonſtrationem illarum quatuor regularum, vide in ſeq. converſionis autem, quam vocat ἀνάπαλιν ἀκολούθησιν ἐκ τ̀ ἀντιφάσεως. i. *conſecutionem reciprocam ex contradicentibus* meminit Philoſophus lib. 2. top. c. 1. & propoſitio-

ſitionum modificatarum con
prior. analyt. c. 3. ubi bene
leguntur. addam illi oppoſiti
ciatarum propoſitionum, de
riſt. lib. 2. prior. analyt. c.
ſtinguit primò ἀντικειμένας π
oppoſitas propoſitiones, in eas, q
ἀλήθειαν. I. *reverâ tales*, & e
κατὰ λέξιν μόνον. I. *tantum ſecu
ſive dictionem*, ut legere eſt
λέγω δὲ ἀντικειμένας προτάσεις
τὴν λέξιν, τέτταρας· οἷον, τὸ πα
νὶ, καὶ τὸ παντὶ, τῷ οὐ παντὶ
τῷ οὔ τινι. I. *Dico autem oppoſit
nes eſſe ſecundum dictionem qua
pe, omni, nulli: & omni, n
alicui, nulli: & alicui, non*
ἀλήθειαν, τρεῖς· τὸ γὰρ τινι, τ
λέξιν ἀντίκειται μόνον. I. *ſecundur
tres. quoniam alicui, & non a
dum dictionem tantum opponunt*
hic intelligitur oppoſitio enu
ratione affirmationis & nega
videre eſt in ſeq. non illa, q
dicati & ad themata ſimplicia
nunciationes contrarias & oppo
guit l. c. illas dicit eſſe τὰς
univerſales. ut, omnem ſcienti

nestam, nullam scientiam esse honestam. τὰς δὲ ἄλλας, inquit, ἀντικειμένας. i. *alias vero oppositas*, appello. & lib. de interpret. c. 7. distinguit inter enunciationem contradictoriam & contrariam, his verbis: ἀντικεῖσθαι μὲν οὖν κατάφασιν ἀποφάσει λέγω ἀντιφατικῶς, τὴν τὸ καθόλου σημαίνουσαν τῷ τὸ αὐτὸ, ὅτι οὐ καθόλου. i *Dico igitur affirmationem negationi opponi contradictoriè*, i. e. *eam*, *quæ rem universalem significat*, universaliter, *ei*, *quæ eandem significat non* esse *nniversaliter* accipiendam. ut, omnis homo est albus, non omnis homo est albus, nullus homo est albus, est quidam homo albus. contrarias autem, uti suprà, τὴν καθόλου κατάφασιν καὶ τὴν τοῦ καθόλου ἀπόφασιν. i. *universæ rei affirmationem & universæ rei negationem*; Harum utraque non potest est simul esse vera; ut ibidem Philosophus docet. Et quoque necesse est in contradictoriis, τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι ἢ ψευδῆ. i. *alteram esse veram*, *alteram esse falsam.* quod in indefinitis non habet locum. de subcontrariis autem affirmat, aliquando contingere in eodem simul veras esse enunciationes: ut, non omnis homo est albus, &, est aliquis homo albus. quæ duæ ultimæ oppositæ sunt

κτ' λέξιν. contradictionem
tatem modalium & composit
hic compendii studio omitto
nunc breviter quædam, quæ
nem, divisionem, syllogism
thodum pertinent.

CAP. XXVI.

Definitio, & *requisita perfectæ definit* *Philosopho.*

DEfinitio vocatur Aristotel
c. 5. ὅρ☉, & alibi sæpè.
7. met. c. 4. & x. lib. 8. c. 1
analyt. c. x. & 2. est aut prin
γ☉, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. 1
significat, quid sit res. ultimo,
ἐστι. 1. *oratio* explicans, *quid*
libri c. 4. ὁ τί ἐστι δηλοῖ. & a
μὲν γὰρ τοῦ τί ἐστι καὶ οὐσίας. 1. *ex*
sit & essentiam. ibidem, ὁρισμ
εἶναι δοκεῖ. &, dicitur ὁρισμὸς
ὁρισμὸς. 1. *essentiæ quædam notifi*
7. met. c. 12, τοῦ ὁρισθέντ☉ λό
tio definiti. λόγ☉ in defini
orationem internam & exter
illam præcipuè. adhibetur aut
tio ἢ ἀντὶ ὀνόματ☉ ἢ ἀντὶ λόγου
nomine, aut oratione, ut in p

cum definitum conftat aut una voce aut pluribus. Præter definitionem rei, etiam nominis five nominalis alia eft. ait enim ibidem: ὅσοι δ' ὅπως ἂν ὀνοματικὴν ἀποδίδωσιν ποιοῦνται, δῆλον ὡς οὐκ ἀποδιδόασιν οὗτοι τὸν τοῦ πράγματος ὁρισμόν. 1. *Eos vel qui nominalem adhibent, conftat non adhibere rei definitionem.* cum definitio ratio quædam fit, etiam nominalem, ad definitionem referri vult: ut, ὅτι inquit, καλόν ἐστι τὸ πρέπον. 1. *honeftum eft, quod decet.* de hac etiam plura dantur lib. 1. poft. analyt. c. 2. adde, quod eam exprimit lib. 1. poft. analyt. c x. Φανερόν, ὅτι ὁ μὲν ὅ τις ἔσται λόγος τοῦ τί σημαίνει τὸ ὄνομα ἢ λόγος ἕτερος ὀνοματώδης. 1. *profecto eft quædam oratio declarans quid fignificet nomen, five oratio altera nominalis.* & altera ei eft, ὁ δηλῶν, ὁ διὰ τί ἐστιν. 1. declarans cur fit. prior fignificat quidem, fed non probat: pofterior demonftrat: tertia, quæ per demonftrationem concluditur: & quarta, quæ principium demonftrationis eft, & vocatur θέσις. feq. vide & examina. definitio accidentalis videtur omiffa ab Ariftotele. Porrò. in definitione obfervanda eft *brevitas*, uti præcipit Philofophus lib. 2. poft. analyt. c. 13. §. 2. & 3. & feq. & lib. 6. top-

top. c. 1. & significantissimè,
pluribus præcidens definition
tatem, addit: καὶ γὰρ ἀφαιρε
καὶ ὁ λοιπὸς λόγ☉ ἴδιός ἐστι κ
1. *Eo detracto reliqua definitio*
tiam declaret. ut in definition
adjungatur scientiæ capax, s
est. nam & eo dempto, reli
inquit, ποιεῖ τὸ ὁριζόμενον. 1. *r.*
perspicuam facit: Ergo & def
esse *perspicua*. quod totidem
Arist. lib. 6. top. c. 1. ubi,
quit, τ ὁριζόμενον, ὡς ἐνδέχεται
τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρῆσθαι. 1. *Oport*
qui definit, quoad ejus fieri pote
interpretatione uti. ratio ἐπειδ
χάριν ἀποδίδοται ὁρισμός. 1. *quo*
tio datur scientiæ ergo. ut fiat sc
qua vide lib. 7. met. c. 15. pr.
finitio debet esse *propria*, uti
top. c. 3. ut sit ὑπὸ ταὐτὸ εἰ
contineatur sub eadem specie. id
lato eo, quod est commune,
ἢ λόγ☉ καὶ ὁ πᾶς ἴδι☉ ἔσται 1
ratio sit propria & tota propria
non facto, tunc ποιοῦτ☉ λόγο
τηγορεῖται τῦ πράγματος. 1. *hujus*
non vicissim dicitur de re. sive

definitio non reciprocatur cum definito, uti requiritur lib. 2. post. analyt. c. 4. Præterea definitio debet quoque esse affirmata. uti docet Phil. lib. 2. post. analyt. c. 3. & lib. 6. top. c. 6. licet ἐπὶ τῶν στερήσεων. i. *in privationibus* aliisque permittat λέγεσθαι ἀποφάσει. i. *uti negatione.* nam cœcum est, quod non habet visum, quando secundum naturam habere debet. Neque ulla copula conjunctiva vel disjunctiva in definitione toleranda, ut docet *Aristoteles* lib. 2. post. analyt. c. 3. cum & ὁρισμὸς ibidem dicatur γνωρισμὸς οὐσίας & τοῦ τί ἐστι. i. *notificatio essentiæ & quidditatis* unius. ideò & lib. 8. met. c. 6. ὁ ὁρισμὸς λόγος ἐστὶν εἷς, οὐ συνδέσμῳ. i. *definitio est una, non conjunctione.* & lib. 7. c. 12. dicitur ἓν τὸ ὁρισθέν. i. *unum esse definitum*, cujus λόγος sit ὁρισμὸς. & hic pòst λόγος εἷς. ὥστε ἑνός τινος δεῖ αὐτὸν εἶναι λόγον. i. *ratio una, ut sit unius cujusdam ratio.* Etiam definitio fieri debet ex attributis *prioribus & notioribus* simpliciter & *indemonstrabilibus.* sic docet lib. 6. top. c. 4. pr. ubi: Φανερὸν, ὅτι ὁ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων ὁριζόμενος, οὐχ ὥρισται. i. *perspicuum est, eum, qui non ex prioribus & notioribus definiverit, reverà non definivisse.*

visse. & eum, qui hoc fec
ὡρίσθαι. 1. *melius definivisse.*
met. c. 4. Etiam ex *indemon*
principiis demonstrationis,
tur lib. 1. analyt. p. cap. 10
que ibidem ἀληθῆ, ἀναπόδεικ
1. *vera, indemonstrabilia & im*
ex lib. 1. de anima c. 1. illud
eò pertinere, patet, §. 16. ubi
ἀποδείξεως ἡ ἀρχὴ, τὸ τί ἐστιν. 1
demonstrationis principium est
est. Denique essentiale est def
si sit perfecta, constet ex g
mo & differentia. sic, lib. 6
δεῖ γὰρ τὸν ὁριζόμενον εἰς τὸ γένο
διαφορὰς προσάπτειν. 1. *debet*
definit, cum in genere definitu
rit, differentias adjungere. q
lib. 7. met. c. 12. ὁρισμὸς. 1.
citur λόγος, ὁ ἐκ τῶν διαφο
nitio est oratio, quæ est ex dif
& lib. 2. post. analyt. c. x. 13
ut genus ostendat τὴν οὐσίαν, &
qualitatem. uti videre est 6. t
finitionis partes ut collocanda
locis, vide lib. 6. top. c. 6. &
analyt. c. 13. §. 17. Acciden
nienda, tantum definiuntur

ἑπομένως, uti obſervat Philoſophus lib. 6. met. c. 3. & lib. 2. poſt. analyt cap. 13. lib. 7. met. c. 5. pr. & cap. 4. Omiſsâ hic definitione imperfectâ, paucis nunc addendum eſt, quo pacto inveniatur definitio: ſcil. quæritur illa per diviſionem, inductionem, demonſtrationem, conjugata, contrarium, & etymologiam. Ex diviſione inveniri poſſe definitionem, oſtendit *Ariſt.* lib. 2. poſt. analyt. c. 13. & lib. 7. met. cap. 12. priore loco inter alia: αἱ διαιρέσεις, αἱ κατὰ τὰς διαφορὰς χρήσιμοί εἰσιν εἰς τὸ οὕτω μετιέναι. 1. *Diviſiones vero, quæ per differentias fiunt, utiles ſunt ad ita progrediendum.* ſcil. πρὸς τὸ συλλογίζεσθαι τὸ τί ἐστι. 1. *ad concludendum quid ſit.* & in conficienda per diviſiones definitione tria exiſtimat obſervanda. nempe: τὸ λαβεῖν τὰ κατηγορούμενα ἐν τῷ τί ἐστι καὶ ταῦτα τάξαι καὶ τί πρῶτον ἢ δεύτερον καὶ ὅτι ταῦτα πάντα. 1. *accipere attributa in quæſtione quid eſt, & hæc ordine collocare, quidque eſt primum & ſecundum & ut hæc ſint omnia.* ſingula hæc explicat in ſeq. De methodo inductiva, per quam etiam quæritur definitio, videndum eſt §. 21. & ſeq. ejuſdem cap. ubi vult reſpici ad ea, quæ ſunt ſimilia, nec differunt inter

ſe.

ſe. primum, quid hæc omn
habeant: deinde, quærendu
in aliis, quæ ſunt in eodem
nere, inter ſe autem ſi compa
eadem ſpecie, ſed ab illis dive
in his ſumptum fuerit, quid ſ
tione omnia ſint unum & ide
ſimiliter tum in iis, quæ ſum
rurſus quærendum, an aliq
ſint, donec ad unam ratione
tur. Et, inquit, ὅπως ἔσαι ὅ
ὁρισμός. i. *hoc erit rei definit*
non perveniatur ad unam rat
ad duas vel plures, conſtabit
non poſſe eſſe unam, ſed plu
plum vide in ſeq. Ex demo
quâ fit τὸ τί ἐστι, collecta de
cetur lib. 2. poſt. analyt. c. 8.
ſtratio διότι ſola θέσει termino
à perfecta definitione acciden
ſtrandi. v. lib. 1. poſt. analy
conjugata etiam infertur defin
gere eſt lib. 6. de moribus c.
definitione prudentiæ collig
nem prudentis: & per contr
lib. 3. de moribus, cap. 1. vi
per ἀκουσίου definitionem collig
ἑκούσιον. At Etymologia, me

tantum definitionem nominalem. de qua suprà dictum.

Cap. XXVII.

Divisio *quid sit, & qualis, ejusque partes; ex Philos. exponitur.*

Divisio alia est nominis, alia rei. Illa pertractatur lib. 2. top. c. 3. quando homonymia vocabuli & sententiarum orationis enumeratur. de *ambiguitate* distinguenda, vide lib 8, top c. 7. & cum multis modis aliquid dicitur, præcipit διαιρεῖν, ποσαχῶς λέγεται. 1. *distinguere, quot modis dicatur* tum nomen, tum verbum. Et non tantum, ὅσα, ut ille, μὴ κατ' ὁμωνυμίαν λέγεται πολλαχῶς, ἀλλὰ κατ' ἄλλον τρόπον. 1. *quæ non ut hononyma; sed alio modo multifariam dicuntur.* subdit exemplum in seq. vultque διαιρεῖσθαι, ποσαχῶς χρήσιμον. 1. *dividi, quotupliciter utile est.* πρὸς τὸ κατασκευάζειν καὶ ἀνασκευάζειν. de Divisione rei, vide lib. 1. de part. animal. cap. 3. & ejus recta ratione, & de Divisione generis in species, lib. 13. met. c. 1. f. & in universum, quotmodis totum & partes dici possunt, etiam divisio tot modis institui potest. v. priora. non cognosci, quid res sit, per divi-

sionem, docet Phil. lib. 2.
c. 5. eosque, qui divisioner
debere urgent, refutat, li
anim. c. 2. sed eas, quæ f
rentias, commendat lib. 2.
c. 13. & oppositis dividend
τικειμένοις διαιρεῖν) urget li
anim. c. 3. & partes proxim
juxtà ea, quæ leguntur lib.
nunc de Syllogismo agendu

CAP. XXVII

Syllogismus *breviter sua def. suis part*
dis & legibus explicatur secundum

QUid sit Syllogismus, do
1. priorum analyt. c. 1
λογισμός ἐστι λόγος, ἐν ᾧ
ἕτερόν τι τῶν κειμένων, ἐξ ἀνάγ
τῷ ταῦτα εἶναι. 1. *Syllogism*
in qua quibusdam positis aliud
versum ab his, quæ posita sun
accidit, hæc illa esse. λόγος d
nus & externus, sed maxim
λογιστικὴ autem πρότασις. 1
propositio simpliciter est affirm
gatio alicujus de aliquo, ut ib
tur. τεθέντα & κείμενα respici
præmissas: per ἕτερόν τι intellig

σμα. 1. *conclufionem.* ἐξ ἀνάγκης συμβαίνειν, neceffariam confequentiam, quæ fit ex præmiffis. τῷ ταῦτα εἶναι fic exponit ipfe: λέγω δὲ τῷ ταῦτα εἶναι, τὸ διὰ ταῦτα συμβαίνειν· τὸ δὲ διὰ ταῦτα συμβαίνειν, τὸ μηδενὸς ἔξωθεν ὅρου προσδεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι τὸ ἀναγκαῖον. 1. *Dico autem hæc illa effe, propter hæc* (fcil. κείμενα) *evenire: propter hæc evenire* intelligo, *nullo extremo termino opus effe, ut fit neceffaria confecutio.* Scilicet Syllogifmum Arift. confiderat abfolutè duobus libris analyt. priorum; fed poft. analyt. in Top. & lib. de Elenchis Sophift. cum relatione ad diverfas materiæ conditiones & effecta: quæ funt opinio, fcientia & error. ad materiam Syllog. pertinent termini, qui tres funt lib. 1. prior. analyt. cap. 4. & 25. ὅρον. 1. *terminum* vocat lib. 1. prior. analyt. c. 1. εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις· οἷον, τό, τε κατηγορούμενον καὶ τὸ καθ' οὗ κατηγορεῖται ἢ προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. 1. *in quem diffolvitur propofitio: ut, prædicatum & de quo prædicatur. five adjiciatur, five feparatur* verbum *effe vel non eſſe.* Partes quæftionis funt ἄκρα. 1. *extrema.* Prædicatum cap. 4. τὸ μεῖζον ἄκρον. 1. *majus extremum*, & τὸ πρῶτον

 ἄκρον.

ἄκρον. 1. *primum extremum*,
lib. 2. poſt. cap 24. ἔξωθεν
Subjectum autem τὸ ἔλαττον
nus extremum, & ἔσχατον ἄ
mum extremum. & ἔσχατον,
prior. nuncupatur etiam τὸ
autem dicitur prædicatum, q
ſubjecto ſemper latius patea
verſalius ſit aut æquale, nun
medium autem terminum a
abſolutè. medium & extrem
& quo loco ponenda, infra
Illi termini pertinent ad ma
giſmi, unde factæ propoſit
τάσις, καὶ συλληφθεῖσα. (qua
lib. 2. poſt. c. 27.) καὶ συμ
propoſitio, aſſumptio & conclu
illum conſtituunt. licet prop
poſitiones Syllogiſmum conſ
tà Phil. lib. 1. prior. c. 25.
ſit dimidia pars propoſitior
ibidem. Quoad formam Sy
& figura & modus: figuras
concedit, lib. 1. priorum an
ſim. & neceſſe eſſe dicit συ
τα γίνεσθαι διὰ τούτων τινὸς τ
Omnem Syllogiſmum in aliqua
confici, uti loquitur lib. 1. p

c. 23. σχῆμα, i. *figura* quod sit dispositio τȣ̃ μέσȣ cum ἄκροις. i. *medii cum extremis*, mox videbimus. Modus Syllogismi respicit quantitatem & qualitatem propositionum. modi trium figurarum pertractantur à Philosopho lib. 1. priorum analyt. c. 4. & 6. Unde pauca excerpam, quæ præcipua. In hac μέσον, inquit, λέγω τὸ κατηγορȣ́μενον ἀμφοῖν. i. *quod de ambobus extremis prædicatur:* ἄκρα autem καθ᾽ ὧν λέγεται τȣ̃το. μεῖζον δὲ ἄκρον τὸ πρὸς τῷ μέσῳ κείμενον· ἔλαττον δὲ, τὸ πορρωτέρω τȣ̃ μέσȣ. i. *Extrema, de quibus hoc dicitur, majus extremum, quod est situm prope medium: minus extremum; quod longius abest.* Primæ figuræ modos universales facit. ὅταν ὅροι τρεῖς ȣ̔́τω ἔχωσι πρὸς ἀλλήλȣς, ὥς τε τ̀ ἔσχατον ἐν ὅλῳ εἶναι τῷ μέσῳ καὶ τ̀ μέσον ἐν ὅλῳ τῷ πρώτῳ ἢ μὴ εἶναι. i. *cum termini tres ita inter se sunt affecti, ut extremus sit in toto medio & medius in toto primo.* vocatque primæ figuræ τ̃ ἄκρων συλλογισμὸν τέλειον. i. *Extremorum syllogismum perfectum.* scil. cum utraque propositio sit universalis affirmans: cùm major propositio neget & minor affirmet: cum utraque propositio neget. particulares modos: εἰ ὁ μὲν καθόλȣ τ̃ ὅρων, ὁ δὲ,

ἐν μέρει, πρὸς τὸ ἕτερον· ὅτα
θόλε τεθῇ πρὸς τὸ μεῖζον ἄκρ
ρικὸν ἢ στερητικόν· τὸ δὲ ἐν μέρ
ἔλαττον, κατηγορικόν. 1. *si term*
sit universaliter, alius partic
alterum affectus. scil. *cum un*
jungitur majori extremo, sive
sive privativum : particulare a
extremo, *Categoricum*. ubi al
sitio est universalis, altera part
indefinita: ubi major proposi
versalis & minor particularis
tes: ubi major est universalis
minor particularis affirmans:
universalis negans & minor in
firmans: si major sit particula
definita: si major sit particula
nor universalis affirmans vel
major sit indefinita: si minor
laris negans & major universali
vel negans. In hac figura, qu
σχῆμα nuncupat, qui fiunt, om
gismos perfectos esse pronunc
omnia problemata per hanc pro
guram. ratio: καὶ γὰρ τὸ παντὶ,
δενὶ, καὶ τό τινι καὶ τὸ μή τινι ὑπάρχει
& omni & nulli & cuidam & n
inesse probatur. Modos figuræ sec

hibet, c. 5. ubi τὸ σχῆμα δεύτερον vocat, ὅταν τὸ αὐτὸ, τῷ μὲν, παντὶ, τῷ δὲ, μηδενὶ ὑπάρχῃ· ἢ ἑκατέρῳ παντὶ ἢ μηδενί. i. *Cum idem partim omni, partim nulli inest, aut utrique omni aut utrique nulli.* medium in hac figura vocat τὸ κατηγορούμενον ἀμφοῖν. i. *quod de ambobus* extremis *prædicatur.* ἄκρα δὲ, κατ' ὧν λέγεται τοῦτο· μεῖζον δὲ ἄκρον, τὸ πρὸς τῷ μέσῳ κείμενον· ἔλαττον δὲ, πορρωτέρω τοῦ μέσου. i. *Extrema vero* ea, *de quibus hoc dicitur: majus extremum, quod situm est prope medium: minus* extremum *quod longius abest à medio.* Ponitur autem medium in hac fig. ἔξω τῶν ἄκρων πρῶτον τῇ θέσει. i. *extra extrema ac primum situ.* negatque in hac fig. perfectum fieri Syllogismum. Modos universales hic notat, cum universales sint termini, ὅταν τὸ μέσον τῷ μὲν, παντὶ: τῷ δὲ, οὐδενὶ ὑπάρχῃ καὶ πρὸς ὁποτερουοῦν ᾖ τὸ στερητικόν. i. *cum medium partim omni, partim nulli insit: utrivis extremo adjiciatur negatio.* sc. si major negat, minor affirmet: si major affirmet, minor neget. Particulares modos: ἐὰν πρὸς τὸ ἕτερον ᾖ καθόλου τὸ μέσον· ὅταν μὲν πρὸς τὸ μεῖζω γένηται καθόλου ἢ κατηγορικῶς ἢ στερητικῶς· πρὸς τὸ ἔλαττω δὲ, κατὰ μέρος τε καὶ ἀντικειμένως τῇ καθό-

λȣ. 1. *quod si medium ad alter*
extremum *universaliter* affect
majori extremo adjiciatur uni
categoricè sive privativè: mino
tremo *particulare oppositum uni*
positum autem intelligit, cu
est privativum, particulare af
Videlicet, si altera propositio
salis, altera particularis, & f
rant. cum major universalis
nor particularis affirmet: aut
versalis affirmet, minor part
get: aut major particularis ne
universalis affirmet: aut maj
laris affirmet, minor univer
Indefinitæ, ut ibidem quoque
beant, vide §. 26. additque
Syllogismos perfici, assump
dam, quæ vel in terminis nec
sunt, vel ponuntur tanquam h
& cum demonstratio fit per i
neque hic affirmativum Syllog
ri; sed omnes privativos, tu
les, tum particulares. cap. 6.
μα. 1. *tertiam figuram* appella
αὐτῷ τὸ μὲν, παντί· τὸ δὲ μηδ
ἢ ἄμφω παντὶ ἢ μηδενί·. 1. *Cum*
aliud quidem omni: aliud vero

ambo omni vel ambo *nulli.* In hac medium vocat καθ' ὧ ἄμφω κατηγορῦμεν. i. *de quo ambo prædicamus.* ἄκρα δὲ, κατηγορύμενα· μεῖζον δ' ἄκρον, τὸ πορρώτερον ῦ μέσȣ. ἔλαττον δὲ, τὸ ἐγγύτερον. i. *extrema vero quæ prædicantur: majus extremum quod longius* abest *à medio : minus, quod proprius* accedit. Et medium quidem ponitur, ἔξω μὲν τῶν ἄκρων, ἔσχατον δὲ, τῇ θέσει. i. *extra extrema, ultimum quidem positiotione seu situ.* Universales: si ambæ affirment: si major negat, minor affirmet: si major affirmet, minor neget: si ambo negent. In Syllog. ubi altera universalis, altera particul: si utraque affirmet & major sit particularis, minor universalis vel major universalis, minor particularis: si major neget particulariter, minor affirmet universaliter: si major universaliter neget, minor particulariter affirmet. plura, quæ ab Arist. illis modis adduntur, v. l. c. & quæ habet de modis quibusdum inversis v. lib. 1. priorum c. 7. & lib. 2. c. 1. & quomodo indefinitæ propositionibus particularibus accenseantur, lib. 1. prior. analyt. c. 6. fatetur Arist. omnes Syllogismos in hac figura esse imperfectos, & non licere, in ea conclu-

dere universaliter aut privativ
mativè. notatque, quod in
guris, quando non fit Syll
categorici & privativi sunt
mini: item, si sint particular
mnino concludatur necessariò
sit categoricus, alter privativu
liter acceptus, semper fieri Sy
minoris extremi de majori.
concludi, in omni figura. &
ut ille habet, quod οἱ ἀτελεῖς
τελειοῦνται διὰ τοῦ πρώτου σχή
imperfecti Syllogismi perficiantur
fig. quod fit aut demonstratio
impossibile, & utroque mod
mam figuram, affirmat. Demo
fit prima figura per ἀντιστροφὴν.
versionem. per impossibile aut
posito, quod impossibile est
mus efficitur in prima figura.
versum: ἔστι καὶ ἀναγαγεῖν πάντ
λογισμοὺς εἰς τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ
θόλου συλλογισμούς. 1. *Licet eti*
omnes Syllogismos ad Syllogismos
primæ figuræ. Universales, con
nunciato privativo: particul
deductionem ad impossibile. v
tatque ille in omni Syllogismo

aliquem categoricum & universalem, cum sine hoc nullus sit Syllogismus, vel nihil pertineat ad rem propositam vel principii petitio fiat. Item universale probari ex terminis universalibus: particulare vero tum hoc, tum illo modo. Et, si conclusio debeat esse universalis, etiam terminos oportere esse universales, & vice versâ. Item, in omni Syllogismo vel ambas vel alteram propositionem necessariò similem esse conclusioni, non tantum, ut sit affirmativa & privativa; sed etiam ut necessaria vel pura vel contingens: & quæ his similia. uti videre est lib. 1. priorum analyt. c. 24. Prætereà, considerandum ex cap. 25, in Syllogismo non debere plures terminos, quàm tres esse, i. e. ἄκρα & μέσον, quod non debet ingredi conclusionem. De inventione medii, vid. lib. 1. priorum, à c. 27. ad 32. Et sic hactenus dicta pertinere videntur ad Syllogismum perfectum, qui est *Aristoteli*, lib. 1. priorum c. 1. ὁ μηδενὸς ἄλλου προσδεόμενος παρὰ τὰ εἰλημμένα πρὸς τὸ φανῆναι τὸ ἀναγκαῖον. 1. *qui præter ea, quæ accepta sunt, nulla alia re indiget, ut appareat necessitas consecutionis.* à quo differt imperfectus sic descriptus; ὁ προσδεό-

δεόμενος ἢ ἑνὸς ἢ πλειόνων, …
καῶα διὰ τῶν ὑποκειμένων …
εἴληπται διὰ προτάσεων. 1. *qu…*
busque indiget, quæ quidem …
terminos sunt necessariæ; non …
sunt per propositiones, ut appar…
consecutionis. nunc de Syll…
perfectis & inter eos de indu…
thymemate, exemplo & Syl…
pothetico.

CAP. XXIX.

Inductio *explicatur, ex Philo…*

Ἐπαγωγή. 1. *inductio*, καὶ ὁ …
συλλογισμός. 1. *ex inductio…*
Syllog. Philosopho est lib. 1. p…
3. §. 2. τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου θάτερ…
μέσῳ συλλογίσασθαι. 1. *cum alte…*
num (scilicet majus. 1. prædica…
omnia, quæ subsunt subjecto …
rum (minus sive subjectum) *de …*
cluditur. & pòst: ἡ ἐπαγωγὴ διὰ …
καθ' ἕκαστον. 1. *inductio fit ex om…*
gularibus. diciturque lib. 1. top…
ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθ' …
δος. 1. *progressio à singularibu…*
versalia. & quod inde primo loc…
tur, τὸ ἐξ ἁπάντων τῶν καθ' ἕκαστ…

μένον. 1. *quod est ex omnibus singularibus compositum.* differt autem inductio à Syllogismo; quod hic διὰ τοῦ μέσου. 1. *per medium* fiat: & inductio citrà id. & syllogismus extremum per medium probet de tertio: illa vel per tertium probet extremum de medio: &, natura prior sit syllogismus, qui fit per medium; sed nobis evidentior sit, qui fit per inductionem. v. lib. 2. priorum analyt. c. 23. differt à demonstratione inductio, quod illa fiat ἐκ τῶν, καθόλου. 1. *ex universalibus:* hæc verò ἐκ τῶν κατὰ μέρος. 1. *ex particularibus*, sive ἐκ τῶν καθ' ἕκαστον. 1. *singularibus.* Evertitur autem inductio, cum dissimile cæteris exemplum exhiberi potest, idque ἔνστασις. 1. *instantia* dicitur, de qua vide lib 2. post. analyt. c. 26. de ἀπαγωγῇ. 1. *abductione* v. cap. 25. nunc de exemplo & enthymemate.

Cap. XXX.

Exemplum & enthymena, *quæ sint & qualia, docetur ex Aristotelicis placitis.*

Exemplum quid sit, docet Philosophus lib. 2. priorum cap. 24. ubi sic: παράδειγμα δ' ἐστὶν, ὅταν τῷ μέσῳ τὸ ἄκρον ὑπάρχον δειχθῇ διὰ τοῦ ὁμοίου τῷ τρίτῳ. 1.

cum

cum medium extremo inesse
simile tertio. id est, quando
mum sive prædicatum co
medio per aliquod exemplu
simile subjecto. Ergo quatu
mini. ait enim §. 2. δεῖ δὲ κ
τρίτῳ καὶ τὸ πρῶτον ὁμοίῳ γνωρ
χειν. 1. *Oportet autem ut med*
primum simili inesse, notius
bare velumus, cum Theban
nere, malum esse, accipien
versus finitimos bellum gere
lum. hujus rei fides est ex sim
luti, quia Thebanis pernitiosu
Phocenses. &c. ubi majus ex
pernitiosum esse: medium,
finitimis: Subjectum sive m
mum: *Athenienses inferre*
banis. simile minori extremo
inferre bellum Phocensibus. v. seq
inceps subjungit, exemplum
rationem totius ad partem,
totum; sed partis ad partem.
sunt sub eodem contenta, alte
altero notius. Quemadmodu
ctione differat exemplum, ibi
ostendit. scilicet quia inductio
bus individuis probat extrem

medio, neque connectit Syllogismum ad extremum: exemplum v. & connectit & non ex omnibus probat. Sed videamus, quid sit ἐνθύμημα. illud definit *Aristoteles* ejusdem libri c. 27. ubi: ἐνθύμημα ἐστὶ συλλογισμὸς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων. 1. *Enthymema est ex verisimilibus & signis* constans. quæ definitio respicit tantum materium Enthymematis Rhetorici. ubi εἰκὸς (verisimile) notat propos. probabilem: σημεῖον. 1. *signum*, propositionem demonstrativam, aut necessariam aut probabilem, quâ indicatur rem factam esse aut extare. Et signum totidem modis vult accipi, quot medium in figuris. 1. tribus. Si una est propositio, est Enthymema: sed si altera fuerit assumpta, fit Syllogismus; uti sic patescat utriusque differentia. de reductione enthymematis ad Syllogismum, vide in seq. nunc de hypotheticis.

CAP. XXXI.

Syllogismus hypotheticus & *qui fit* per impossibile, *aliique explicantur ex Philos.*

Ὑπόθεσις Aristoteli est lib. 1. post. analyt. c. 2. θέσεως ἡ ὁποτερονοῦν τῶν μορίων τῆς ἀντιφάσεως λαμβάνουσα. 1. *ex positionibus ea, quæ utramque contradictionis partem*

tem accipit. velut, esse aliqu
aliquid. Ex illa quoque
constare & cognosci, ibide
logismus autem hypotheticu
aut major aut minor, aut ut
pothesi nititur, ut ostendatu
ἢ μὴ ὑπάρχον. i. *aliquid ines*
esse. vid. lib. 1. prior. analy
& τὰ ἑπόμενα καὶ οἷς ἕπεται ἕ
cedentia & consequentia lo
hypotheticum Syllogismum
guit à δεικτικῷ, i. ostensivo,
rum Analyt. c. 23, & 29. &
esse vult τ̃ διὰ τ̃ ἀδυνάτου. i
per impossibile: sive τοὺς διὰ
ραίνοντας. i. *eos, qui per imp*
dunt. cap. 23. sive εἰς ἀδύνα
qui ad impossibile dicunt, ca
catur autem ille Syllogismu
rum c. 23. diciturque τὸ
λογίζεσθαι, τὸ δ' ἐξ ἀρχῆς,
δεικνύειν, ὅταν ἀδύνατόν τι συ
φάσεως τεθείσης. i. *Falsum co*
quod ab initio propositum fuit
ostendere, cum impossibile qu
posita contradictione. Exemplo
esse communem mensuram
lat. quia posita communi

ut imparia paribus sint æqualia. Ergo imparia fieri paribus æqualia, Syllogismo colligitur. Diametrum vero non habere communem mensuram, ex hypothesi ostendit, quâ falsum quippiam evenit ex contradictione. ergo rationabiliter impossibile ei est, τὸ δεῖξαί τι ἀδύνατον διὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν. i. *ostendere aliquid impossibile per hypothesin ab initio concessam.* ergo in ejusmodi Syllogismo falsum probatur Syllogismo δεικτικῷ, & quod ab initio propositum, ex hypothesi probatur, cap. 29. de Syllogismo modali agit Phil. lib. 1. priorum, à cap. 18, ad 23. de iis autem, qui fiunt δι' ὁμολογίας. i. *per concessionem,* vid. cap. 12. quem cap. 44. vocat διὰ συνθήκης ὁμολογούμενον. i. *ex conventione concessum*: & cap. 29, πρὸς τὸ μεταλαμβανόμενον. i. *ad transsumendum* sive κατὰ μετάληψιν. i. *transsumptionem*, ἢ κατὰ ποιότητα. i. *aut secundum qualitatem.* additque: ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, οὐκ ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς μεταλαμβανομένοις εἶναι σκέψιν. i. *considerationem eorum positam esse, in subjectis terminis, non in sumptis ab initio; sed in transsumptis.* vid. & cap. 23. §. 12. nunc de Syllogismo dialectico.

CAP. XXXI

Syllogiſmi dialectici *Synopſis è Philoſo*
datur.

SYllogiſmum Philoſophus
dit in *dialecticum* & *de*
διαλεκτικὸς ei eſt lib. 1. to
ἐνδόξων συλλογιζόμενος. 1. *q*
libus concludit. probabilia au
δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοι
καὶ τούτοις τοῖς πᾶσιν ἢ τοῖς πλε
λιστα γνωρίμοις καὶ ἐνδόξοις. 1.
omnibus vel pleriſque vel ſapi
que his vel omnibus vel pleriſ
mè notis & claris. Dialecticam
thodum ante poſuerat in eo,
mus de quolibet problemat
tari ex probabilibus & diſput
ſtinentes nihil repugnans di
Dialectici problematis tractat
ſtare, partim conſtructione
ne; partim deſtructione eoru
ſunt probabilia. vid. & cap.
illud problema in quæſtionem
de quo poſſumus πρὸς ἀμφότ
ερον, 1. *in utramque partem du*
aliàs, cap. 3. problema ἢ γέν
συμβεβηκὸς ἢ ἴδιον δηλοῖ. 1. *aut ge*

prium aut accidens aut definitionem designet. ad quæ omnia attributa dialectica referri vult: differentiam autem modò generi, modò definitioni adscribit: quæ omnia faciunt problemata *notionalia*, latius explicata, cap. 8. *realia* autem pertinent ad subjecta & attributa realia, quatenus convenire invicem dicuntur. De problemate dialectico utriusque generis, vide plura, cap. XI. & de probabilibus, iisque contrariis &c. cap. 14. & x. ubi propositionem dialecticam vocat ἐρώτησιν ἔνδοξον. 1. *interrogationem probabilem.* scilicet ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, μὴ παράδοξον. Ergo παράδοξον, quod & ibidem dicitur ἐναντίον ταῖς τῶν πολλῶν δόξαις. 1. *quod contrarium est vulgi opinionibus*, differt ab ἐνδόξῳ. 1. *probabili*; præcipuè, cum illud possit esse verum, hoc magis debeat videri verum, quàm falsum: de inventione argumentorum dialecticorum sive de locis & regulis topicis, consule Aristotelem in top. & 2. post. analyt. à quibus enumerandis abstinere me jubet compendii ratio. nunc ergo transibo ad ἀπόδειξιν.

CAP. XXXIII

Demonſtratio *per partes ſuas & requiſi* *tur ſecundum Ariſtotelem.*

DEmonſtratio definitur A 1. poſt. analyt. c. 2. συλλ ϛημονικὸς, καθ' ὃν τὸ ἔχειν αὐτο 1. *Syllogiſmus ſcientialis, ſec* *eo quod ipſum habemus, ſcimus* 1. *Scire*, hic intelligitur, non do cognoſcere; ſed δι' ἀποδε 1. *per demonſtrationem ſcire.* & riò demonſtratio efficit ſcienti ex illa oritur. Demonſtratio alia τȣ̃ διότι. ſic enim Philoſo poſt. analyt. c. 13. ubi: τὸ καὶ τὸ διότι ἐπίςαϑαι. 1. *ſcire* *ſit & cur ſit, differunt.* ergo & tio τȣ̃ ὅτι & τȣ̃ διότι. hanc Ar lib. 1. poſt. c. 2. his verbis οἰόμεϑα ἕκαςον ἁπλῶς, ὅταν τ' ἀ γνώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμα ἐϛιν αἰτία ἐϛὶ καὶ μὴ ἐνδέχεται τȣ̃τ' 1. *Scire putamus unamquamque* *citer, cum putamus cauſam, p* *res eſt, cognoſcere, ejus rei cau* *poſſe eam aliter ſe habere.* cauſa notat medium, quo ſcientia

ratur. & illa causa debet esse proxima sive ἄμεσος. i. *immediata.* scientia autem causæ, ut causa est talis rei, quæ aliter se habere non potest, dianoetica est & syllogistica. quâ affectus animus scientis nec mutari nec ratione flecti potest. ut scientia τȣ̃ διότι respicit proximam causam; sic τȣ̃ ὅτι proximum effectum, aut causam remotam. de quæstionibus τὸ ὅτι, τὸ διότι, εἰ ἔστι, τί ἐστιν. i. *quod sit, cur sit, an sit & quid sit,* quarum binæ posteriores pertinent ad themata simplicia, priores ad complexa, vide lib. 2. post. analyt. cap. 1. notandumque, quod scientia & demonstratio τȣ̃ διότι simpliciter solent dici scientia, & demonstratio, uti videre est è suprà cit. lib. post. c. 2. non autem τȣ̃ ὅτι. & ita illa ad omnes pertinet quæstiones: hæc tantum ad quæstiones εἰ ἔστι & ὅτι ἐστιν. i. *an sit & an insit.* referturque hæc ad illam tanquam ad finem. & illa sic solvit quæstionem τȣ̃ ὅτι, ut unà satisfaciat quæstioni τȣ̃ διότι; sed hæc tantum quæstionem τȣ̃ ὅτι solvit. Demonstrationem τȣ̃ διότι respiciunt tria, quæ sic exhibentur lib. 1. post. analyt. c. x. ubi: τρία γάρ ἐστι, τὰ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν· ἓν μὲν, τὸ ἀποδεικνύμενον συμπέρασμα· τȣ̃το δ' ἐστὶ τὸ ὑπάρ-

χον γένει τινὶ καθ' αὑτό· ἓν δέ, τα
ἀξιώματα δέ 'εστιν ἐξ ὧν· τρίτον
τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τὰ πάθη
αὐτὰ συμβεβηκότα δηλοῖ ἡ ἀπόδε
*namque sunt, quæ in demonstrat
ctantur: Primum conclusio, quæ
tur, id est, quod alicui generi
alterum axiomata; axiomata au
quibus demonstratio efficitur:
genus subjectum, cujus affection
accidentia declarat.* In primo int
per conclusionem, quod demon
πάθος τὸ ὑπάρχον. 1. *affectio,*
sive subjecto *inest.* In secund
mata, principia & causas, ex
monstratio fit. In tertio pe
ὑποκείμενον, subjectum, cuj
tia & affectiones, quæ illi pe
declarat demonstratio. v. & c
hæc, cum fiat cognitio diano
vult Arist. lib. 1. post. analy
προϋπαρχούσης γνώσεως. 1. *ex*
cognitione, etiam demonstrat
dam (scilicet termini) præc
videntur, juxtà ea, quæ legu
Eò etiam spectant ὑποθέσεις &
1. *suppositiones & postulata.* Qu
demonstranda ut διότι, debet

& cauſam habere *certam.* nam οὐκ ἔστι τὸ μὴ ὂν ἐπίστασθαι. 1. *quod non eſt, ſciri non poteſt*, lib. 1. poſt. analyt. c. 2. & demonſtratio eſt rerum *æternarum*, ceu legere eſt, c. 8. non rerum fortuitarum, cap. 30. Et ex principiis *neceſſariis* conſtat, cap. 6. Neque demonſtrantur propoſitiones *immediatæ*, uti docet Phil. c. 3. ubi ἀναπόδεικτα τὰ ἄμεσα pronunciat. v. & cap. 2. ſed *accidentia propria* de ſubjectis demonſtranda, ut videre eſt, cap. 4. quod autem omnes cauſæ medium demonſtrationis eſſe poſſint, diſce ex lib. 2. poſt. analyt. c. XI. & XII. requiritur autem, ut principia demonſtrationis ſint propoſitiones neceſſariò *veræ* & *reciprocæ*. Vera requirit principia lib. 1. poſt. analyt. c 2. ἀληθῆ μὲν, inquit, δεῖ εἶναι. & *reciprocè neceſſaria*, cap. 6. quæ duo majorem propoſitionem præcipuè ſpectant: aliquando & minorem. & ſic in omnibus cauſis, quæ demonſtratione ſerviunt, eſt ſubordinatio talis, ut poſterior quæque ſit effectum præcedentiis. In demonſtrationibus à cauſa efficiente interna aut à cauſa finali petita minor ſemper quidem eſt neceſſaria; ſed non ſemper reciproca. Etiam principia demonſtrationis re-

ſpectu concluſionum ſunt &
tiora. ait enim *Ariſt.* cit. ca
καὶ γνωριμώτερα δεῖ εἶναι καὶ πρ
nes, cur ea obtinere debe
vide. & c. 3. reſpiciuntque i
propoſitionem. quod aute
demonſtrandæ principia eſſe
cet *Ariſt.* lib. 1. Priorum
& lib. 1. poſt. c. 2, & 7. &
munia, neque heterogenea ſi
ex alia ſcientia petita, v. & c
pto, ſi una ſcientia alteri eſt
tum enim propriè non com
πάβασις εἰς ἄλλο γένος. Prin
axiomata vel *theſes*, uti vide
priorum analyt. c. 2. & x. ἀξ
poſitio per ſe nota, ἣν ἐστι δε
δ' ἔχειν τὸν ὁτιοῦν μαθησόμενον
non oportet probare, neceſſe au
eum, qui velit diſcere aliquid.
νάγκη εἶναι δι' αὑτὸ καὶ δοκεῖν ἀνά
neceſſe eſt eſſe verum per ſe &
eſſe. ubi prius membrum exp
τον: poſterius, à nemine ne
dicunturque κοιναὶ ἔννοιαι. 1. c
tiones nobiſcum natæ. vide &
-cap. ult. θέσις eſt ejuſmodi p
μὴ ἔστι δεῖξαι, μηδ' ἀνάγκη ἔχ

μόριόν τι. i. *quam non oportet probare nec habere eum necesse est, qui velit aliquid discere.* licet aliquando sumatur pro omni propositione, quæ in utramque partem disputando ventilatur, uti legere est, lib. 8. top. cap. 4. & 5. vel etiam pro sententia paradoxa, lib. 1. top. c. 16. Thesis est vel *definitio* vel *hypothesis*. utraque suprà, ubi de enunciatione dictum, explicata est, ex lib. 1. post. c. 2. ubi & definitio dicitur, non admittere, quod est in hypothesi, τὸ εἶναί τι ἢ μὴ εἶναί τι. i. *aliquid esse & non esse aliquid:* & sic hypothesi, non, quid sit res; sed, an sit & an non sit, enunciari. Thesibus axiomata esse universaliora & pluribus scientiis communia: theses vero unicuique scientiæ proprias, vide lib. 1. post. analyt. c. x. & lib. 3. met. c. 3. notandumque, antequam finiamus, quod demonstratio τοῦ διότι situ terminorum aut casu etiam differat à perfecta definitione, quâ affectiones demonstrantur, juxtà ea, quæ docentur lib. 2. post. c. x. f. & quod illa universam demonstrationem exhauriat, ut perfecta: sed quæ est τοῦ ὅτι, imperfecta est: quâ probatur causa ex effectu vel effectus ex causa remota. illa potest esse affirmata & negata: hæc

ſemper eſt negata, v. Ariſto
poſt. c 16. ſed nunc omiſſa il
ri explicatione, pergam ad S
Methodum, brevibus linean
benda.

CAP. XXXIV.

Sophiſtica & Methodus *brevibus tra*

ARgumentationum genera q
docet *Ariſt.* lib. 1. de Sop
chis, c. 2. ſcil. διδασκαλικὸν,
πειραστικὸν, καὶ ἐριστικόν. 1.
(*quò pertinet & demonſtrativu*
cum, tentativum & litigioſum
tractat in analyticis: de ſecund
in aliis libris. de litigioſo libris
Elenchis. ubi, lib. 1. cap. 3.
propoſitum eſſe dicit, ἐλέγχε
darguere: ψευδόμενον τι δεικνύνα
qua re mentientem oſtendere: ε
ἄγειν. 1. *ad inopinabile ducere*
ποιεῖν. 1. *facere, ut ſolæciſmus c*
quod eſt τὸ ποιῆσαι τῇ λέξει β
ἐκ τοῦ λόγου τὸν ἀποκρινόμενον. 1.
mentatione, ut reſpondens barba
& τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ λέγειν.
idem dicatur, cogere. de quib
ſim in primo Elenchorum lib

ciatim, c. 12, 13, & 14. Syllogiſmus autem ἀπατητικὸς ſive fallax, ſpeciem veri præferens, errorem gignit ſive ignorantiam pravæ diſpoſitionis, quæ lib. 1. poſt. c. 16. vocatur ἄγνοια κατὰ διάθεσιν, diſtincta ibidem ab illa, quæ eſt κατ' ἀπόφασιν, 1. *ſecundum negationem:* quæque reſpicit in animo τὸ μὴ ἔχειν; illa autem τὸ φαύλως ἔχειν, τὴν δόξαν. 1. *nullam habere, & pravam habere, opinionem.* cap. 12. §. 9. diciturque illa contraria ſcientiæ. quò reſpicit φαύλως διαλέγεσθαι, ibidem. & lib. 8. top. c. 14. διαλέγεσθαι ἀγωνιστικῶς, 1. *contentioſè diſſerere:* & φαῦλοι λόγοι. 1. *pravæ rationes*, & πονηρολογία. 1. *prava diſputatio*, ibidem. Elenchus autem lib. 1. de Soph. El. c. 1. dicitur συλλογισμὸς μετ' ἀντιφάσεως τοῦ συμπεράσματος. 1. *Syllogiſmus cum contradictione concluſionis.* monſtratque argumentationes, quibus error redarguitur. cavendum itaque cuique, ne ῥαδίως παραλογίσηται, μὴ αἰσθανόμενος. 1. *ne facile decipiatur à paralogiſmo, non id animadvertens.* ſcil. quando ignorat artem Elencticam. 1. σοφιστεύειν. Sophiſticam & Sophiſtam ſic deſcribit l. c. Phil. ἔστι ἡ σοφιστικὴ φαινομένη σοφία, οὖσα δὲ μή· καὶ ὁ σοφιστὴς, χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας,

φίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. 1. *Sophistica est sapientia, quæ videtur, cum revera non sit: & Sophista est, qui quæstum captat ex ea sapientia, quæ videtur esse, nec est.* sed ad quæ potissimum illi respiciendum sit, suprà expressum est. Sophismatum alia sunt, παρὰ τὴν λέξιν; alia ἔξω τῆς λέξεως. 1. *in voce sive dictione*, alia extrà vocem. 1. *in rebus.* priora sunt, homonymia, amphibolia, compositio, divisio, prosodia sive accentus, & figura dictionis. de quibus omnibus consule commentantem Philosophum lib. 1. Soph. El. c. 4. & 7. Sophismata, quæ in rebus inveniuntur, sunt septem. scil. ex accidente; simpliciter vel non simpliciter, sed quadantenus vel alicubi, vel aliquando, vel ad aliquid: ob elenchi ignorantiam: ex consequenti: cum sumitur, quod initio quæsitum fuit: non causa, ut causa: & cum multæ interrogationes pro una accipiuntur. De quibus universis & singulis vide cap. 5, 6, 7, 9. De solutione autem Sophismatum, à cap. 16. usque ad 33. à quibus singulis recensendis me ob rationes sæpe datas abstineo. nunc de *Methodo.* Illam in rerum tractandarum διαθέσει. 1. *dispositione*, versari, passim & ex Arist. notum est. εἶδος dicitur

citur lib. 1. nat. auſc. c. 1. μέθοδος. 1. *via*, lib. 2. de Soph. Elench. c. ult. & lib. 1. nat. auſc. c. 1. & lib. 1. Eudem. c. 6. μέθοδος διδασκαλική. τρόπος lib. 1. nat. auſc c. 1. & lib. 2. met. c. 3. τρόπος διδασκαλίας. præmittenda eſſe, quæ faciliora ſunt, ad cognoſdendum, docet Phil. tum aliàs, tum lib. 1. analyt. poſt cap. 2. & lib. 1. met. c. ult. ubi inter alia: πᾶσα μάθησις διὰ προγινωσκομένων ἢ πάντων ἢ τινῶν ἐστι· καὶ ἢ δι' ἀποδείξεως ἢ δι' ὁρισμῶν. 1. *omnis diſciplina per præcognita aut omnia aut alia eſt: & aut per demonſtrationem aut per definitiones*. addit: δεῖ γὰρ ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς προειδέναι καὶ εἶναι γνώριμα· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δι' ἐπαγωγῆς. 1. *Ex quibus enim definitio eſt, illa præcognoſcere oportet ac nota eſſe: ſimiliter & quæ per inductionem*. quomodo requirantur prima principia ſciendi & notiora & faciliora cognitu, ut pote quæ ἀναπόδεικτα & certiſſima ſunt, è prioribus notum, & in demonſtratione ſuprà oſtenſum eſt. quibus addi poſſunt ea, quæ leguntur lib. 1. nat. auſc. c. 1. πέφυκε δ' ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων, ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. οὐ γὰρ ταὐτὰ ἡμῖν τε γνώριμα καὶ ἁπλῶς· διόπερ ἀνάγκη τὸν τρόπον τοῦτον προάγειν ἐκ

τ̃ ἀσαφεστέρων μὲν τῇ φύσει, ἡμῖν δὲ σαφεστέρων, ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. *i. naturaliter autem constituta est via ab iis, quæ sunt nobis notiora & clariora, ad ea, quæ sunt clariora & notiora natura. non enim eadem sunt & nobis nota & simpliciter. quare necesse est, hoc modo progredi, ex iis quæ natura quidem sunt obscuriora, nobis tamen clariora, ad ea quæ sunt notiora natura & clariora.* illaque vocat πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ συγκεχυμένα μᾶλλον. *i. primum perspicua & manifesta, quæ sunt magis confusa.* inde concludit: διὸ ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ ἕκαστα δεῖ προϊέναι. *i. idcircò ab universalibus ad singularibus progredi oportet.* vide lib. I. post. analyt. c. 2. In hac methodo, ubi præcepta disciplinæ spectantur, nihil admisceri ex aliena disciplina debet. vid. cap. I. Philos. Arist. suprà datæ. quamvis in confirmatione & explicatione præceptorum ex aliis disciplinis varia quandoque trahere liceat, uti ipse Arist. sæpissimè facit. Et illa methodus est, quæ à principiis notis & datis orditur & progreditur, vulgò appellari solet *synthetica. i. compositiva.* Et locum habet in disciplinis theoreticis. sed quæ à fine progreditur ad media proxima & inde ad remo-

motissima, *analytica.* i. est *resolutiva:* & illa in practicis usurpatur. de methodo cognoscendi, qui plura velit, legat lib. 1. Eudem. c. 6. lib 2. met. c. 3. quemadmodum autem Philosophus in metaphys. lib. 3. c. 1. & deinceps utatur quadam per analysin dubitativa demonstrandi via, partim in speciminibus nostris dictum est, partim suo loco pleniùs dicetur. Et sic Logicæ finem hic imponimus, transituri nunc ad tradendam Naturalem Philos. partem.

Philosophia naturalis ex Aristotele ostensa.

Cap. I.

Physicæ *nomen, genus, objectum, modus considerandi illud & finis explicantur.*

H Φυσικὴ, cujus mentio fit lib. 6. met. c. 1. ἀπὸ τῆς φύσεως dicta Aristoteli, est τῆς φύσεως ἐπιστήμη. i. *naturalis scientia.* lib. 1. nat. ausc. c. 1. & ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη, lib. 1. de cælo, c. 1. & lib. 2. nat. ausc. c. 4. & φυσικὴ ἐπιστήμη, lib. 6. met. c. 1. & φυσικὴ καὶ δευτέρα φιλοσοφία, junguntur, lib. 7. met. c. xi. δευτέρα respectu πρώτης, i. metaphysices, cum lib. 1. nat. ausc. c. 1. versetur περὶ γένος τι τοῦ ὄντος.

ὄντος. 1. *circa quoddam genus entis.* quid illud? ἡ οὐσία, ἐν ᾗ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως καὶ στάσεως τῆς ἐν αὐτῇ. 1. *ſubſtantia, in qua principium eſt motus & quietis, quæ in ea eſt.* ibid. & lib. 13. met. c. 7. & c. 3. lib 6. met. c. 1. τοιοῦτον ὂν ὅ ἐστι δυνατὸν κινεῖσθαι. 1. *tale ens, quod eſt poſſibile moveri.* & οὐσία, ἡ κατὰ λόγον ὡς ἐπὶ πολὺ οὐ χωριστὴ μόνον. 1. *ſubſtantia ſecundum rationem inſeparabilis ſolum* ſc. à materia. & lib. 7. c. x1. οὐ μόνον περὶ τῆς ὕλης δεῖ γνωρίζειν τὸν Φυσικόν, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸν λόγον καὶ μᾶλλον. 1. *non ſolum de materia Phyſicum cognoſcere oportet, ſed etiam de ea, quæ ſecundum rationem & magis.* Expreſſiùs lib. 1. de cœlo c. 1. ubi: ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη σχεδὸν ἡ πλείστη φαίνεται περί τε σώματα καὶ μεγέθη καὶ τὰ τούτων ὅσα πάθη καὶ τὰς κινήσεις· ἔτι δὲ περὶ τὰς ἀρχάς, ὅσαι τῆς τοιαύτης οὐσίας εἰσί. 1. *ſcientia naturalis fere plurima circa corpora, magnitudines atque horum affectus motusque. & inſuper circa principia, quæ ſunt ſubſtantiæ talis, verſari videtur.* ad corpora autem naturalia tanquam Phyſicæ objectum refert principia, corpora & magnitudines eorum, & quæ ea habent & motus. lib. 2. nat. auſc. diſtinguens Phyſicum à Mathematico, ait; etiam Phyſici eſſe, ſcire

re, quid sit Sol & Luna & ea, quæ iis per se insunt, quæque ante appellaverat τὰ φυσικὰ σώματα: etiam ejus esse, ut sciat, quid *forma* & *materia*. Ex quibus omnibus patescit; Physicam esse *scientiam*. præterquam, quod & scientiæ definitionem ei vendicet Arist. lib 1. post. analyt. c. 3. & lib 6. mor. c. 3. Ergo est disciplina contemplativa; qualem etiam nominatim vocat lib. 6. met. c. 1. & lib. x1. met. c. 6. Ergo tantum contenta doceri, & obtinere veritatem, quæ ejus finis est, secundum ea, quæ leguntur lib. 2. met. c. 1. ubi; θεωρητικῆς μὲν γὰρ scil. φιλοσοφίας τέλος ἀλήθεια. i. *Speculativæ enim Philosophiæ finis est veritas*. quò homines per naturam tendunt, ut habet Phil. lib. 1. met. c. 1. πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. i. *omnes homines natura scire desiderant*. scientia autem illa acquiritur cognoscendo causas, ut requiritur lib. 1. post. analyt. c. 2. cum ἄνευ αἰτίας οὐκ ἴσμεν τὸ ἀληθές. i. *sine causa verum non cognoscimus*, uti videre est lib. 2 met. quæ rei Physicæ propius applicat. lib. 1. nat. ausc. c. 1. ubi causas & principia prima imprimis cognosci vult. unde etiam ille naturalium tractationis initium capit, ceu

ibidem videre est, additis etiam rationibus, quod ea sint notiora &c. de principiis ergo proximè.

CAP. II.

De principiis & causis in genere tractatur, ubi & de casu & fortuna.

PRrincipium quàm diversimodè sumatur, determinatum est suprà ex Arist. lib. 5. met. c. 1. &c. Hic Principia & causæ coincidunt: sc. analogicè, non synonymῶs, ut videre est lib. 14. met. c. 4. cum illa debeant esse realia, juxtà ea, quæ de Principiis affirmat, lib. 1. nat. ausc. c. 6. quæ ibidem τὰ πρῶτα. i. *prima* dicuntur. sic & in causis. Ideo *Aristoteles* lib. 1. & 2. nat. ausc. nomina Principii & causæ sæpe confundunt. & vult, Physicum demonstrare debere per omnia causarum genera. licet 5. met. hæc tria, Principium, causam & elementum distinguat. *Principia* Physica distinguuntur in *externa* & *interna*. In illis Principiorum sive causarum prima est Deus. sic enim lib. 1. metaphys. c. 2. ὅ, τε γὰρ Θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις. i. *Deus enim tum causa omnibus esse videtur, tum Principium.* & amplissimè Author lib. de mun-

mundo docet, per Deum universa constituta & coagmentata esse, c. 6. Et Deum ipse Phil. vocat primum movens lib. 14. met. c. 7. de causis rerum nat. secundis pòst. *Finis* rerum, ὗ ἕνεκα πάντα ἐστί. i. *cujus gratia omnia sunt*, ibidem. v. lib. 2. nat. ausc. cap. 3. & τὸ ἀγαθὸν. i. *bonum*. ibid. sed de fine ex professo in Logicis. multa etiam hominis causa ordinata esse, confitetur Phil. lib. 2 nat. ausc. c. 2, §. 15. & lib. 2. de Rep c. 5. Ut finis in rerum naturalium consideratione spectandus à Physico, tradit lib. 2. nat. ausc. cap. 9. §. 6. & naturam ipsam agere propter finem, cap. 8. hunc finem ubi creaturæ non obtinere videntur, casu & fortuna aliquid fieri dicitur. licet nec inde rerum initia arcessenda; neque omnimodè fine suo excidere res dicendæ. v. lib. 14. met. c. 3. *casum* & *fortunam* esse in causarum numero, docet Phil. lib. 2. nat. ausc. c. 4. licet quidam negantes casum & fort. dicant, πάντων εἶναι αἴτιον ὡρισμένον. i. *causam esse definitam omnium rerum*. fatetur autem esse, qui fortunam causam quidem agnoscant, sed ἄδηλον ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, ὡς θεῖόν τι οὖσαν sc. τύχην καὶ δαιμονιώτερον. i. *obscuram humanæ menti, & tanquam Di-*

vinum quid ac numen excellens. de utraque plenius in Logicis actum. jam dicendum de causis & princ. internis.

CAP. III.

De Principiis *internis rerum naturalium ex Aristotele & secundum ejus mentem explicandis consideratio instituitur.*

QUot sint *Principia* naturalia & quæ, disceptat Philosophus lib. 1. nat. ausc. cap. 2. productâ Democriti sententia de uno genere principio, formâ vel figura diverso. & Parmenidis ac Melissi, c. 3. enumeratis, ut sit cap. 4. & 5. confutatisque raticiniis, quibus dixerint; *omnia unum* esse: Et Physicorum opinionibus de rerum naturalium Principiis, cap. 5. quæ Veteres ignorasse, ostendit cap. 9. Hæc Principia interna esse *contraria*, docet, cap. 6. in hunc modum: ὅτι μὲν οὖν τἀναντία πως πάντας ποιοῦσι τὰς ἀρχὰς, δῆλον. 1. *Omnes igitur ea, quæ contraria sunt, rerum principia statuere, manifestum est.* ratio desumpta ex definitione: δεῖ γὰρ τὰς ἀρχὰς μήτε ἐξ ἀλλήλων εἶναι, μήτε ἐξ ἄλλων καὶ ἐκ τούτων πάντα. τοῖς δ' ἐναντίοις τοῖς πρώτοις ὑπάρχει ταῦτα. 1. *oportet enim Principia nec ex se invicem esse nec ex aliis &*

ex

ex ipſis omnia, primis autem contrariis hæc inſunt. additque: διὰ μὲν τὸ πρῶτα εἶναι, μὴ ἐξ ἄλλων· διὰ δὲ τὸ ἐναντία μὴ ἐξ ἀλλήλων. 1. *nam quia prima ſunt, ex aliis non ſunt: quia ſunt contraria, non ſunt ex ſe invicem.* Quemadmodum autem omnia ex illis Principiis fiant in ſeq. & cap. 7. & 8. conatur oſtendere. Et notandum, quod, quæ contrarietas illic ſtatuitur colligiturque, ea ſola ſit accidentium, uti ex exemplis adductis patet. poſt hæc, c. 7. inquirit, ubi illa ſunt contraria, an duo vel tria ſint. quot autem & quæ ſint principia rerum naturalium, ex ſua ſententia docet cap. 8. ejuſdem libri. ubi per viam generationis colligit, quæ ſtatuit, dari principia. & imprimis dari id, quod ſubjicitur illi. 1. ὑποκείμενον. & deinde formam eſſe, quam accidentalem toto contextu aſſerit. Prius principium permanens, (lib. 1. nat. auſc. c. x. ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον. 1. *incorruptibile & ingenitum.*) poſterius mutabile & fluxum ſtatuit. inter alia hæc obſerva: ἔτι δὲ καὶ αἱ οὐσίαι καὶ ὅσα ἄλλα ἁπλῶς ὄντα ἐξ ὑποκειμένου τινὸς γίνεται, ἐπισκοποῦντι γένοιτ' ἂν φανερόν, ἀεὶ γὰρ ἔστι τι, ὃ ὑπόκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γιγνόμενον, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα

ἐκ σπέρματος. γίνεται δὲ τὰ γιγνόμενα ἁπλῶς τὰ μὲν μετασχηματίσει· οἷον, ἀνδριὰς ἐκ χαλκοῦ. τὰ δὲ προσθέσει, οἷον τὰ αὐξανόμενα· τὰ δ᾽ ἀφαιρέσει, οἷον, ἐκ τοῦ λίθου ὁ Ερμῆς· τὰ δὲ συνθέσει, οἷον οἰκία· τὰ δ᾽ ἀλλοιώσει, οἷον τὰ τρεπόμενα κατὰ τὴν ὕλην· πάντα δὲ τὰ οὕτω γιγνόμενα, φανερὸν, ὅτι ἐξ ὑποκειμένων γίνεται. 1. *Sed & substantias & quæcunque alia simpliciter sunt, ex subjecto aliquo fieri, consideranti perspicuum utique fiet. semper enim est aliquid, quod subjicitur, ex quo fit id, quod fit: ut plantæ & animantia ex semine. fiunt autem, quæ simpliciter fiunt, partim figuræ mutatione, ut statua ex ære: quædam adjectione, ut ea, quæ augentur: nonnulla ablatione, ut ex lapide Mercurius: alia ex compositione, ut domus: alia variatione, ut quorum materia mutatur: quæcunque autem sic fiunt, constat ex subjectis fieri.* Subjectum esse materiam, ex continenti ejus sermone disci potest. Et ex illo subjecto & forma, tanquam Principiis rem fieri, ibidem concludit, ubi ait: Φανερὸν οὖν, ὡς εἴπερ εἰσὶν αἰτίαι καὶ ἀρχαὶ τῶν φύσει ὄντων, ἐξ ὧν πρώτων εἰσὶ καὶ γεγόνασι μὴ κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ ἕκαστον ὃ λέγεται κατὰ τὴν οὐσίαν, ὅτι γίγνεται ἅπαντα ἔκ τε τοῦ ὑποκειμένου καὶ τῆς μορφῆς.

1. *Si-*

1. *ſiquidem igitur cauſæ & Principia rerum natura conſtantium ea ſunt. Ex quibus primis res ſunt & fiunt, non ex accidenti. ſed quod quidque ſecundum eſſentiam dicitur. Perſpicuum eſt, rem omnem fieri ex ſubjecto & forma.* ſubjectum autem ἀριθμῷ ἕν, εἴδει δὲ δύο. 1. *numero unum, ſpecie duo eſſe dicit.* illudque quod fit aut eſſe ſubjectum aut eſſe oppoſitum. 1. ſive ὑποκείμενον aut ἀντικείμενον. quod ultimum privationem (ἀμορφίαν) vocat & pòſt στέρησιν καὶ ἐναντίωσιν. 1. *privationem & contrarietatem.* ex materia & forma dicit fieri, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ γιγνόμενον. 1. *non per accidens, id quod fit.* ſed de privatione addit: ἡ δὲ στέρησις καὶ ἐναντίωσις συμβεβηκός. 1. *privatio enim & contrarietas eſt accidens.* Et cum inſuper formam (non aliam quàm accidentalem) ut alterum principium ponit, concludit, δύο λεκτέον εἶναι τὰς ἀρχὰς, εἶναι δ' ὡς τρεῖς. 1. *cum duo dici debere principia, tum etiam tria.* quæ pòſt explicat pluribus & concludit tandem: μία γὰρ οὖν ἀρχὴ αὐτὴ, οὐκ οὕτω μία οὖσα, μηδὲ οὕτως ἓν ὡς τὸ δέ τι· μία δὲ, ὁ λόγος. ἔτι δὲ τὸ ἐναντίον τούτῳ ἡ στέρησις. 1. *Hæc* ſcil. materia *igitur, eſt unum Principium: Et cum tamen non ſit ita unum nec ita ens, ut hoc*

aliquid (1. jam determinata per formam) *alterum principium est ratio* scilicet forma: *insuper & huic contrarium est*. 1. *privatio*. materiam facit cap. x. non ens κατ' συμβεβηκὸς. 1. *per accidens*, sed privationem, καθ' αὑτὸ. 1. *per se*. illam ἐγγὺς οὐσίαν facit. 1. *prope substantiam*, hanc v. οὐδαμῶς. 1. *nequaquam*. Sed de illis Principiis in specie, restat, ut dicamus.

CAP. IV.

Quæ sit materia *corporum naturalium juxtà Arist. & inquiritur & traditur.*

EX nihilo nihil fieri, cum docet Phil. lib. 1. natur. ausc. c. 9. concludit; aliquod ὑποκείμενον prærequiri debere, ἐξ οὗ ἐνυπάρχοντος. 1. *ex quo insito*, aliquid dicitur fieri. ἀεὶ γὰρ, inquit cap. 8. ἔστί τι, ὃ ὑπόκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γιγνόμενον. 1. *Semper enim est aliquid, quod subjicitur, ex quo fit id, quod fit*. definit autem materiam c. x. f. λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατ' συμβεβηκός. 1. *materiam v. voco primum cujusque rei subjectum, ex quo insito fit aliquid, non per accidens*. subjectum, ergo substantiam. nominatim etiam hoc probari posset, ex lib. 7. met. c. 2. & 3.

& 3. ubi; ἡ ὕλη ἐσία γίνεται. εἰ γὰρ μὴ αὐτὴ ἐσία, τίς ἐςιν ἄλλη. i. *materia ſubſtantia ſit. ſi enim illa non eſſet ſubſtantia, quæ alia eſſet.* & in diviſione ſubſtantiæ etiam ponit τὴν ὕλην, lib. 2. de anima, c. 1. & lib. 1. nat. auſc. n. c. 7. ideo contendit eſſe ſubſtantiam, quod non ſubſtantia non poſſit eſſe ſubſtantiæ principium conſtituens. ὑλικὴν ἐσίαν materiam vocat tam primam, quàm ſecundam, lib. 8. met. c. 4. ubi ſic legitur: περὶ τῆς ὑλικῆς ἐσίας δεῖ μὴ λανθάνειν, ὅτι ἀεὶ καὶ ἐκ τῦ αὐτῦ πάντα πρώτυ, ἢ τῶν αὐτῶν ὡς πρώτων καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη ὡς ἀρχὴ τοῖς γιγνομένοις, ἔμως ἔςι τις οἰκεία ἑκάςυ. i. *De materiali ſubſtantia oportet non latere; quod etſi ex eodem omnia primum aut iiſdem tanquam primis & eadem ſit materia, ut principium illis, quæ fiunt. eſt tamen quædam cujuſque propria.* vid. & lib. 7. met. c. xi. quod autem lib. 8. met. c. 1. f. dicatur potentiâ ſubſtantia & lib. 2. de anima. c. 1. per ſe non eſſe hoc aliquid, & lib. 7. met. c. 3. neque quid neque quantum: & lib. nat. auſc. c. x. ἐκ ὂν κατὰ συμβεβηκός. i. *non ens ſecundum accidens.* intelligendum eſt tamen ratione ulterioris determinationis, quam per formam, quæ & ἐντελέχεια. i.

perfectio dicitur, & efficientem accipit, tum quatenus in ea privatio formæ invenitur. uti etiam ex parte disci potest ex iis, quæ de materia secunda leguntur expressa lib. 8. met, c. 4. ἐνδέχεται δὲ μιᾶς τῆς ὕλης οὔσης ἕτερα γίνεσθαι διὰ τὴν κινοῦσαν αἰτίαν. οἷον ἐκ ξύλου καὶ κιβωτὸς καὶ κλίνη. ἐνίων δ' ἑτέρα ὕλη ἐξ ἀνάγκης ἑτέρων ὄντων. i. *contingit enim una existente materia diversa fieri propter moventem causam, ut ex ligno fit arca & lectus. quemadmodum autem diversa materia necessario diversis existentibus.* Et ex eo, quod lib. 12. met. c. 5. partim universalis, partim singularis substantia statuitur. & cum ἡ ὕλη, ᾗ ὕλη, παθικόν. i. *materia, quatenus materia, passiva* dicitur, lib. 1. de gen. & corr. c. 7. id explicandum est, respectu generationis & compositionis. in quibus & forma & efficiens activæ sunt causæ. Materia cum sit substantia, necessario debet esse *corpus*. quod nunc probabimus etiam ex ipso. lib. enim. 1. de cœlo c. 9. legitur, ὕλη ἦν αὐτῷ scil. οὐρανῷ τὸ φυσικὸν σῶμα, καὶ αἰσθητόν. i. *materia cœlo erat Physicum corpus & sensibile.* & ibidem, ὁ κόσμος dicitur ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκείας ὕλης. i. *mundus ex tota sua materia* constare; cum dixerat, esse substantias ἢ

σώματα

σώματα ἢ τὰ μετὰ σωμάτων γιγνόμενα καὶ μεγέθων. i. *aut corpora aut quæ fiunt cum corporibus & magnitudinibus.* & lib. 7. met. c. XI. dicitur τὸ σῶμα, ἡ ὕλη. i. *corpus, materia.* & è materia dicitur ἐσία lib. 7. met. c. 8. ὕλη ἐσίας σωματικῆς. i. *materia subst. corporeæ.* Et cum sit subjectum θερμȣ̃ & ψυχρȣ̃ calidi & frigidi, lib. 2. de gen. & corr. c. 1. & moveri dicatur, cap. 9. & materia sit inseparabilis à corporibus, lib. 4. nat. ausc. c. 9. f. ἡ ὕλη ἐ χωριστὴ τῶν σωμάτων. & materiam habeant cuncta, quæ aut natura aut arte fiant, lib. 7. met. c. 7. γιγνόμενα; & ἅπαντα, ὕλη lib. 14. met. c. 3. & sit Φυσικὸν σῶμα, lib. 2. de anima. c. 1. Et Φυσικῶν σωμάτων ὕλη, lib. 2. de generatione & corr. c. 5. & gravis & levis sit; lib. 4. de cœlo, c. 4. necessario illa erit corporeæ naturæ, & sic corpus. i. substantia extensa in longum; latum & profundum, quod proprium est corporis, uti videre est lib. 4. natural. ausc. c. 3. & lib. 2. c. 3 & lib. 3. c. 7. & 5. adde, quod legitur lib. 1. de gen. & corr. c. 5. ἐδὲ στιγμὰς θετέον, ἐδὲ γραμμὰς τȣ̃ σώματος ὕλην. ἐκεῖνο δὲ, ȣ̃ ταῦτα ἔσχατα, ἡ ὕλη. i. *Nec puncta nec lineas corporis materiam ponere oportet; sed cujus ultima sunt hæc, id mate-*

materies est. corpus in insita esse divisibile, lib. 5. met. c. 13. docemur. & illa esse tres dimensiones καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ εἶναι ἄλλο μέγεθος. i. *& præter hæc nullam aliam esse magnitudinem*, lib. 1. de cœlo cap. 1. & lib. 13. met. c. x. σῶμα ἐστὶ τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν. i. *corpus est, quod undecunque habet dimensionem.* Sed de illis aliàs latiùs dictum. Nunc de forma, de qua multipliciter in Scholis disceptatum.

CAP. V.

Forma, *suis nominibus & essentia explicata, quale sit principium corp. nat. plenè ostenditur ex Aristotele.*

FOrma, ceu alterius principii rerum, ignorationem in Antiquis Phil. improbat Aristoteles lib. 1. de part. anim c. 1. & eam dicit esse causam, quod nescīverint explicare, quod quid res esset, & substantiæ definitio. Democrito tamen tribuit aliquid. ubi sic de eo: ἥψατο μὲν Δημόκριτος πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ, ἀλλ᾽ ἐκφερόμενος ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. i. *Sed Democritus hanc tetegit primus: non tamen, quod ad rerum naturalium studium putaverit necessariam; sed quod ab ipsa retraheretur.* nominibus variis expressam formam invenimus

mus apud Philosophum, quorum pleraque breviter delibabimus: Sæpissimè forma appellatur tantum, μορφὴ, ut inter alia, lib. 1. nat. n. ausc. c. 9. lib. 7. met. c. 3. & l. c. ab initio. lib. 1. de generat. & corr. c. 5. ubi μορφὴ opponitur ὕλῃ. v. lib. 8. met. c. 6. &c. Item, εἶδος, lib. 4. nat. ausc c. 3. & lib. 2. c 7 lib. 7. met. c. 8. & x. & lib 14. c. 3. & 4. lib. 1. de generat. & corr. c. x. opponitque τῷ δεκτικῷ. & ὕλῃ, lib. 4. de cœlo, cap. 4. f. & dicitur ὕλης εἶδος, lib 1. de gen. & corr. c. 3. εἶδος vocat μορφὴν lib. 7. met. c 8. Item, λόγος. ut lib. 1. de generat. animal. c. 1. & lib. 2. nat. ausc. c. 3. §. 3. & lib. 4, c 3. & 1. met. c. 7. lib. 8. c. 1. & lib. x. c. 9. & lib. 1. de part. anim. c. 1. lib. 2. de gen. & corr. c. 9. lib. 1. de cœlo, c. 9. λόγος τῆς οὐσίας, lib. 1. de generat. & corr. c. 1. & lib. 2. c. 9. lib. 5. met. c. 9. &c. & ille λόγος dicitur τὸ τὶ ἦν εἶναι. lib. 2. nat. ausc. c. 3. § 3. & lib. 8. met. c. 2. ὁ διὰ τῶν διαφορῶν λόγος. Etiam ἐντελέχεια vocatur, lib. 2. de anima cap. 1. &c. item. σχῆμα, lib. 1. nat. ausc. c. 6. lib. 2. c. 1. § 20. & lib. 7. met. c. 7. & σχήματος μορφὴ, ibidem. σχῆμα τῆς ἰδέας, lib. 7. met. c. 3. Item, τὸ τὶ ἦν εἶναι,

lib. 7. met. c. 7. lib 2. c. 3. § 3. nat. ausc. lib. 2. post. analyt. c. xi. Item. τὸ τί ἐστι, lib. 2. nat. ausc. c. 7. § 6 & λόγος ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι, lib. 7. met. c. 7. & conjunctim μορφὴ καὶ εἶδος lib. 2. de generat. & corr. c. 8. f. opposita τῇ ὕλῃ, εἶδος καὶ μορφὴ, lib. 8, met. c. 5. & lib. 2. nat. ausc. c. 1. § 17. & lib. 1. de cœlo c. 9. pr. λόγος καὶ μορφὴ, lib. 8. met. c. 1. τὸ τὶ ἐστι καὶ μορφὴ, lib. 2. nat. ausc. c. 7. § 6. item, τὸ τὶ ἦν εἶναι καὶ μορφὴ, lib. 2. de gen. & corr. c. 9. σχῆμα καὶ μορφὴ, lib. 6. nat. ausc. cap. 4. § 2. & τὸ σχήματος μορφὴ, ibidem. ἡ μορφὴ καὶ εἶδος, lib. 2. de generat. & corr. c. 9. lib. 2. de anima c. 1. ἐνέργεια καὶ μορφὴ junguntur, lib. 8, met. c. 3. pr. Præterea. εἶδος καὶ παράδειγμα, lib. 2. nat. ausc. c. 3. εἶδος λέγω τὸ τὶ ἦν εἶναι. εἶδος καὶ τὸ τί ἐστιν. lib 1. nat. ausc. c 2. f. εἶδος σχῆμα dicitur lib. 7. met. c. 7. εἶδος καὶ λόγος, lib. 4. nat. ausc. c. 3. λόγος καὶ εἶδος, lib. 4. met. c. 2. f. εἶδος καὶ ἐνέργεια junguntur. lib. 8. met. c. 2. formam cum materia constituere compositum, docet Philosophus lib. 1. nat. ausc. c. 6. & lib. 2. de anima, cap. 1. ubi: ἕτερον δὲ, μορφὴν καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται τὸ δέ τι· καὶ τρίτον, τὸ ἐκ τούτων. 1. *aliud vero formam*

mam

mam & speciem scilicet esse, ex qua jam dicitur hoc aliquid: ac tertium, quod ex his constat. (v. & lib. 8. met. c. 6.) quo respectu etiam εἶδ☉ dicitur ἐντελέχεια. 1. *actus atque perfectio:* quæ ἐντελέχεια talem notat actum, quæ aut est ab accidente aut à substantia, sic ibidem ψυχὴ dicitur ἐντελέχεια ἡ πρώτη. 1. *primus actus*; ubi & τὸ ἓν καὶ τὸ εἶναι πλεοναχῶς λέγεται, τὸ κυρίως ἡ ἐντελέχειά ἐστι. 1 *unum & esse* (quod materiæ & formæ simul tribuitur) *multipliciter dicitur, quod propriè actus est.* & cum forma materiæ jungitur ἐν τρίτῳ est ἐντελέχεια materiæ sive actus aut perfectio. quam ad accidens etiam nonnulli è Græcis Aristotelis interpretibus retulerunt, neque negarunt Patricius & alii: vide præter ea, quæ in variis formæ nominibus suprà congesta. & abunde formam accidens esse ostendunt, etiam lib. 1. nat. ausc. c. 8. § 9. & 13. & respice quoque definitionem accidentis, Cat. 2. expressam, scilicet ὃ ἔν τινι μὴ ὡς μέρ☉ ὑπάρχον, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν. 1. *quod cum in aliquo non quasi pars sit, non potest esse sine eo in quo est.* quod & formæ convenit, quæ esse non potest sine materia, nec tamen ei inest, ut pars. ergo accidens est.

mate-

materiæ, ergo nec ſubſtantia compoſito. Et ſubſtantiam eſſe Philoſophus nunquam aggreſſus eſt probare, uti conſtat ex locis, ubi de forma agit. ſc. lib. 1. nat. auſc. ubi de ea, ut principio: & ſecundò, ubi de ea ut cauſa tractat. & in metaphyſicis, ubi multis formam ſpeculatur. Et ubi de forma ſubſtantiali diſſerit, confuſè hoc faciens, meminit ſubinde figuræ Logicæ, quæ ei eſt quarta qualitatis ſpecies: aut artificialis, ut ſyllabæ, domus. v. lib. 7. met. c. x. etiam ubi de ſubſtantiali loquitur, παρέργως & verbo tenus tantum ſermocinatur: tanquam nihil acturus, ut omnia agat. Quin imò loco formarum, ſæpe qualitates, quæ cum materia compoſitum faciant, ſubſtituit. v. lib. 5. nat. auſc. c. 1. §. 6. & lib. 4. de cœlo. c. 4. circa finem. de diſpoſitionibus, quæ formam exprimant v. lib 2. nat. auſc. c. 1. § 14. f. & lib. 7. met. c. x. & lib. 14. met. c. 4. ubi ſenſibilium corporum εἶδος, τὸ θερμόν. i. *Species, calidum*, dicitur. item lib. 8. c. 6. χαλκός, ὕλη, τὸ δὲ στρογγύλον, μορφή. i. *materia, rotundum, forma.* & lib. 3. nat. auſc. c. 2. § 2. quod movet ſemper aliquam formam (εἶδος ibi etiam accidens) i. vel hoc vel tale vel tantum ad-

adfert. ante meminerat ἐντελεχείας, quæ dicitur ἀλλοίωσις, lib. 3. nat. ausc. c. 3. v. & lib. 5. nat. ausc c. 3. § 5. ubi mutatio dicitur fieri εἰς ἕτερον εἶδος, tantum qualitate significatâ, uti patet ex subjecto exemplo. & lib. 2. natural. ausc. c. 2. § 17, 18, 19. forma accidentalis & artificialis, positæ pro specie, confunduntur. confer & lib. 1. nat. ausc. c. 1. § 4. & lib. 2. de anima c. 1. Ad hæc, *forma* speciem dat substantiæ corporeæ. nam dicitur τὸ διά τι. i. *Propter quod.* & λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι. i. *ratio quidditatis*, lib. 2. nat. ausc. c. 3. λόγος οὐσίας l. c. suprà, i. *ratio substantiæ.* Quidam Philosophi ajunt speciem dare finaliter, ut terminum, materiam coercendo & determinando, atque formaliter speciem composito exhibendo. quod autem forma finis vicem sustineat aliquando, videre est lib. 2. nat. ausc. c. 7. § 6. & seq. & ita dicitur cap. 9. § 6. αἴτιον τῆς ὕλης. i. *causa materiæ.* & negatur de materia, ubi additur: καὶ οὐκ αὕτη scil. ὕλη τοῦ τέλους. i. *non ipsa materiæ finis.* i. formæ. quia sine forma restringente materia non est principium alicujus constituens, cum illa materiam præparat ad componendum: & ita à for-

ma, ut ſpecies eſt, agendi vis & efficacia proficiſcitur. quo reſpectu etiam efficiens nuncupatur à Philoſopho, lib. 2. nat. auſc. c. 7. § 3. & § 6. μορφὴ dicitur ἀρχὴ κινοῦσα φυσικῶς. 1. *Principium naturaliter movens*. v. & lib. 1. de gen. & corr. c. 7. & 9. Notant Philoſophi, id potiſſimum formæ convenire, ut in generationibus compoſitorum, incipiat eſſe ſive producatur. De novo cum producuntur formæ, volunt Peripatetici, è potentia materiæ eas elici. inter quos *Fonſeca* lib. 1. met. c. 2. quæſt. 5. ſect. 2. de eo ſic loquitur: *Nihil enim aliud dicere videmur; cum formam eductam de potentia materiæ aſſerimus, quàm id factum eſſe, ut ea, quæ prius non erat actu in materia, ſed potentia duntaxat, ſit actu in illa.* ſic formam eſſe in potentia materiæ, antequam educatur. Sic Suaretz diſp. 5. 2. 14. *Cum materia tantum continet formam in potentia receptiva ſeu paſſiva.* putatque *Piccolomineus* q. 2. de mat. pr. 15. *formam educi, non, quod præfuerit actu; ſed poteſtate tantum, & deducitur ab agente; quatenus una cum materia ab agente de novo producitur.* Quam loquendi rationem corrigens *Pererius* ex aliena perſona 5 Phyſ. 8. ſic infit: *Quod vulgò*

vulgò dicitur ; formam educi ex materia, minus impropriè dicitur : sonat enim illam segregationem formarum Anaxagoræ vel inchoationem quandam formarum ab aliis introductam. quare magis propriè diceretur : formam induci & gigni in materia, quàm ex ipsa educi. sed & ipse vult educi eam, tanquam cohærentem & immersam materiæ. unde adhuc concludi posset, dictam formam esse accidens. licet eductio illius ex potentia materiæ sit inexplicabilis & demonstrabilis. sed de illa satis. restat nunc, ut de ortu Subst. naturalis agamus, omissâ speciali consideratione *privationis.* de qua vid. lib. 13. met. c. xi. & lib. 2. nat. ausc. c. 1. & aliàs. quot modis dicatur illa, vide lib. 5. met. c. 22.

Cap. VI.

Origo substantiæ corporeæ *traditur & ostenditur, ex Philosopho.*

ORtus *substantiæ naturalis* Aristoteli (qui creationem ignoravit) explicatur per *generationem.* quàm non tantum viventibus assignamus, ut fit libro de vita & morte. nec omnium nostrorum origini, ut lib. 4. meteor. c. 1. sed, uti dictum, substantiæ naturali, quæ describi-

 tur

tur lib. 1. de gener. & corr. cap. 3. γίνεσθαι ἁπλῶς ἐκ μὴ ὄντος, ὅταν ἐξ ἀναισθήτου ἔλθῃ. 1. *oriri simpliciter ex non ente, cum ex insensibili proficiscitur.* addit: εἴτ' οὖν ὄντος τινὸς τοῦ ὑποκειμένου, εἴτε μὴ, γίνεται ἐκ μὴ ὄντος. ὥστε ὁμοίως καὶ γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος. καὶ φθείρεται εἰς τὸ μὴ ὄν. 1. *sive igitur subjecto quopiam existente, sive non: ex eo fit, quod haud est. quare simili modo & ex eo, quod haud est, generatur, & in id, quod haud est, corrumpitur.* sic definitur ergo generatio, cap. 4. ὅταν ὅλον μεταβάλλῃ μὴ ὑπομένοντος αἰσθητοῦ τινος, ὡς ὑποκειμένου τοῦ αὐτοῦ. 1. *cum totum mutatur nec sensibile quicquam, ut subjectum, idem permanet.* ut; ex toto semine sanguis, aut ex tota aqua aer aut ex aëre toto aqua fit. illud autem ὑποκείμενον non respicit aut materiam aut formam, sed compositum, uti docet lib. 7. met. c. 8. v. lib. 14. met. c. 3. & lib 1. nat. ausc. c 8. unde mutatio fieri dicitur κατὰ τὸ εἶδος, lib. 8. met. c. 2. & 5. Ergo, ἡ μὲν ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μεταβολὴ (σύνθετον) οἷον ἐκ δυνάμει οὐσίας εἰς ἐντελεχείᾳ οὐσίαν, γένεσίς ἐστιν. 1. *Ea mutatio, quæ ex hoc in hoc tendit, ut ex substantia potentia, in substantiam actu, generatio est.* & sic differt à

varia-

variatione, quæ describitur lib. 1. de gen. & corr. c. 4. & ab auctione & diminutione, quæ cap. 5. cum ipsi nec generatio necessariò loco mutari cernitur; sed id omnino contingere, existimat, in accretione & diminutione. Nam συγκρινόμενα ἀνάγκη καὶ κατὰ τόπον μεταβάλλειν. 1. *quæ concrescunt & disjiciuntur, necesse est etiam locum mutare.* lib. 8. nat. ausc. c x. §. 2. ubi tamen & auctionem & variationem vult, ἄνευ φορᾶς οὐκ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν. 1. *sine latione non esse posse.* item, πύκνωσιν καὶ μάνωσιν εἶναι συγκρίσεις καὶ διακρίσεις, καθ' ἃς καὶ γένεσις καὶ φθορὰ λέγεται τῶν οὐσιῶν. 1. *densationem & rarefactionem esse concretionem & secretionem, secundum quas etiam dicitur generatio & interitus substantiarum.* v. & lib. 6. nat. ausc. c. 16. Unde facile colligi potest, quod generatio sit productio substantiæ naturalis tanquam compositi, quæ etiam variis præparationibus præviis, 1. augmentationis & diminutionis & alterationis, sive variorum motuum localium, qui sunt partium vel totius, tandem fieri solet. atque hæc de generatione subst. in communi. nunc de natura ejus.

CAP. VII.

Natura *quid sit* & substantiæ naturales, *explicatur ex Aristotele.*

Natura quot modis usurpetur, docet Phil. lib. 4. met. c. 4. τὰ φύσει ὄντα. i. *quæcunque natura constant*, (quæ τὰ φυσικὰ σώματα appellantur lib. 1. de cœlo c. 2. & 3. & lib. 3, cap. 3.) explicat ille lib. 2. nat. ausc. c. 1. esse ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, τὰ δὲ κατ᾽ αὔξησιν καὶ φθίσιν, τὰ δὲ κατ᾽ ἀλλοίωσιν. i. *quæ habent in se ipsis principium motus & quietis, alia secundum locum, alia secundum accretionem & diminutionem, alia secundum varietatem.* naturam ipsam sic definit: φύσις ἐστὶ ἀρχή τις καὶ αἰτία τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καθ᾽ αὑτὸ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. i. *natura principium quoddam est & causa, cur id moveatur & quiescat, in quo inest primum per se, non ex accidenti.* & absolutè, lib. 1. de cœlo c. 2. §. 2. τὴν φύσιν κινήσεως ἀρχὴν φαμὲν εἶναι. i. *naturam motus principium esse dicimus.* Et lib. 3. nat. ausc. c. 1. ἡ φύσις μέν ἐστιν ἀρχὴ κινήσεως καὶ μεταβολῆς. i. *natura est principium motus & mutationis.* in priore loco 2. nat. additur,

ditur, *non ex accidenti.* quia ut ille, fieri potest, ut aliquis sibi ipsi sit causa sanitatis, cum sit Medicus; sed non quatenus sanatur, Medicinam habet; sed accidit eundem esse Medicum & sanari. Quemadmodum natura notet essentiam rei, explicat §. 12. & modò materiam, modò formam respectu motus §. 16. & seq. & cum per formam aliquid dicatur actu esse hoc, ideo formam magis putat esse naturam, quàm materiam, per quam tantum potestate illud est. additque, illud, quod ex materia & forma compositum est, non esse naturam; sed naturâ constare: ut exempli gr. homo, ex quo etiam homo fieri dicitur. Materia vocatur lib. 1. nat. ausc. c. 1. §. 18. ὑποκειμένη φύσις. i. *subjecta natura*, ut suprà ὑποκειμένη ὕλη. i. *subjecta materia.* Ergo forma natura agens & operans, dum propriè ad motum nititur. Et sciendum, quod, cum antè Principia dixerit esse contraria, velit lib. 1. nat. ausc. c. 6. §. 9. πάντα εἶναι τὰ φύσει γινόμενα ἢ ἐναντία ἢ ἐξ ἐναντίων. i. *quæcunque natura fiunt aut esse contraria aut ex contrariis.* Substantiæ ergo dicuntur naturales potissimum à natura, quæ corpora sunt aut cum corpo-
 ribus

ribus ac magnitudinibus fiunt. ut lib. 3. de cœlo, cap. 1. ubi: πᾶσαι γὰρ αἱ φυσικαὶ ὐσίαι ἢ σώματα ἢ κατὰ σωμάτων γίγνονται καὶ μεγεθῶν.. & distinctiùs: τῶν φύσει λεγομένων, τὰ μὲν εἰσιν ὐσίαι, τὰ δ' ἔργα καὶ πάθη τύτων. i. *eorum, quæ natura dicuntur esse, alia sunt substantiæ, alia harum opera affectionesque.* ad substantias a. naturales pertinere vult simplicia corpora, πῦρ καὶ γῆν καὶ ὅσα σύστοιχα. τύτοις καὶ ὅσα ἐκ τύτων. i. *ignem & terram & quæ cum iis sunt elementa, quæ ex hisce.* Cœlum quoque & cælestia, tanquam, quæ ex illis orta, οἷον τόν τε σύνολον ὐρανὸν καὶ τὰ μόρια αὐτῦ. i. *veluti totum cælum ipsiusque partes.* Item: τά τε ζῶα καὶ τὰ φυτὰ καὶ μόρια τύτων. i. *animalia plantasque & eorum partes.* de affectionibus, operationibus motionibusque naturalium subst. in seq. vide. principio motus sic exhibito, sequitur nunc ipse motus.

CAP. VIII.

Motus *generaliter consideratus suis definitionibus & requisitis*; *item*, generatio & corruptio, variatio, auctio & diminutio *in specie, explicantur.*

IGnorato motu juxtà *Aristotelem* lib. 3. nat. ausc. c. 1. ἀναγκαῖον ἀγνοεῖσθαι καὶ τὴν φύσιν. & κίνησις. i. *motus* §. 7. ei finitur, ἡ τῦ

ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια ἢ τοιοῦτον. i. *actus ejus, quod eſt poteſtate, quatenus tale.* ἐντελέχειαν pòſt refert ad ἐνέργειαν, ubi οἰκοδόμησιν vult eſſe & ἐνέργειαν & κίνησιν. quam exiſtimat eſſe actum indefinitum, qui non ad unam ſimpliciter Categoriam pertineat. ſed fluctuat in explicanda ejus ratione & natura: quia neque ad entium poteſtatem neque ad actum (cum ens aliud ſit poteſtate, aliud actu) ſimpliciter referri debere putet. οὔτε γὰρ, inquit, τὸ δυνατὸν εἶναι ποσὸν κινεῖται ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τὸ ἐνεργείᾳ ποσόν. ἥ τε κίνησις ἐνέργεια μὲν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελὴς δέ. i. *neque enim quod poteſt eſſe quantum, neceſſariò movet, neque quod eſt actu quantum. ac motus videtur eſſe quidem actus, ſed imperfectus.* Ideo conqueritur de difficultate explicandæ naturæ motus, ubi ait: διὰ τοῦτο δὲ χαλεπὸν αὐτὴν λαβεῖν τί ἐστιν, ἢ γὰρ εἰς στέρησιν ἀναγκαῖον θεῖναι ἢ εἰς δύναμιν ἢ εἰς ἐνέργειαν ἁπλῆν· τούτων δ᾽ οὐθὲν φαίνεται ἐνδεχόμενον. i. *idcirco difficile eſt ſumere, quid ipſe ſit. aut enim neceſſe eſt, eum ad privationem referri aut ad potentiam aut ad actum ſimplicem: quorum nullum videtur eſſe poſſe.* concludit incertus: λείπεται τοίνυν ὁ εἰρημένος τρόπος· ἐνέργειαν μέν τινα εἶναι· τοιαύτην δ᾽ ἐνέρ-

δ' ἐνέργειαν, οἵαν εἴπομεν, χαλεπὴν μὲν ἰδεῖν, ἐνδεχομένην δὲ εἶναι. i. *relinquitur ergo modus, quem diximus: scilicet motum esse actum quendam, ac talem actum, qualem diximus, difficilem quidem cognitu; sed nihilominus, qui esse possit.* quamvis sit motus præcipua corporis naturalis affectio, uti videre est lib. 1. de cœlo c. 1. §. 1. Deinde posteà lib. 3. c. 2. nat. ausc. §. 1. sic definit motum in genere consideratum; ἡ κίνησις ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν. i. *motus est actus ejus, quod est mobile, quatenus est mobile.* sicque vult hoc fieri τίξει τοῦ κινητικοῦ. i. *contactu ejus, quod movendi vim habet.* & id, quod movet semper aliquam formam (εἶδος) adferre, scil. ἤτοι τόδε, ἢ τοιόνδε ἢ τοσόνδε. i. *quæ sit hoc aliquid, vel tale vel tantum*, quod erat ἀρχὴ sive αἴτιον κινήσεως. Et sic vult motum esse à movente & in mobili, his verbis: ἔστιν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινητῷ. ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου καὶ ἀπὸ τοῦ κινητικοῦ. i. *motus est in re mobili: est enim actus hujus, & ab eo, quod movendi vim habet.* ubi modum moventis & mobilis distingens, ἐνέργειαν adscribit τῷ κινητικῷ. i. principaliter moventi, & ἐντελέχειαν (ante εἶδος appellat) τῷ κινητῷ. i. *mobili.* licet ἐνέργειαν jam receptam

ptam huic etiam tribuat. motum non eſſe in forma; ſed in eo, quod movetur & actu eſt mobile, docet Phil. lib. 5. nat. auſc. c. 1. §. 10. illud κινητόν. i. *mobile* reſtringi debet ad corpus. nam, ut habet lib. 1. de cœlo c. 9. κίνησις ἄνευ φυσικοῦ σώματος οὐκ ἔστιν. i. *motus ſine naturali corpore nullus eſt.* & eſt corporis proprius, juxtà ea, quæ leguntur lib. 3. de cœlo, cap. 3. ubi: παντὸς τοῦ φυσικοῦ σώματός ἐστι κίνησις οἰκεία. i. *Omnis naturalis corporis eſt proprius motus.* moventis & mobilis diverſam dicit eſſe ἐνέργειαν, quæ reſpectu moventis dicitur ποίησις, & reſpectu mobilis, πάθησις. ambas tamen vult eſſe κινήσεις, non realiter, ſed ratione diverſas. ſic in textu lib. 3. nat. auſc. c. 2. ait; τὸ τοῦδε ἐν τῷδε καὶ τὸ τοῦδε ἐνέργειαν εἶναι, ἕτερον τῷ λόγῳ. i. *eſſe actum hujus in hoc & hujus ab hoc ratione differre.* huc ſpectat definitio motus expreſſa dicti libri c. 3. κίνησίς ἐστιν ἐντελέχεια τοῦ δυνάμει ποιητικοῦ, ᾗ τοιοῦτον. i. *motus eſt actus ejus, quod facere & quod pati poteſt, quatenus eſt tale.* idque ſimpliciter ad omnes ſpecies motus pertinere in ſeq. oſtendit. ἁπλῶς μεταβάλλειν. i. *ſimpliciter mutari* dicitur τὸ, τῷ τοῦτο τι μεταβάλλειν. i. *quia ejus aliquid*

quid mutatur. illud autem *aliquid* vult esse, quod non ex accidenti movetur, nec quia aliud aliquid ipsius movetur, ἀλλὰ τὸ, τῷ κινεῖται πρῶτον. i. *sed, quia ipsum movetur primum.* & hoc vocat καθ' αὑτὸ κινητόν. i. *quod per se est mobile.* & respectu ejus, in quod fit motus, vult obtinere potius mutationem. sic corruptio ei est εἰς τὸ μὴ ὂν μεταβολή. i. *mutatio in non ens.* & generatio εἰς τὸ ὂν μεταβολή. i. *mutatio in ens.* utramque c. 2. §. 2. aliis verbis exprimit, scil. τὴν ἐκ μὴ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον, καὶ τὴν ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκείμενον. i. *de non subjecto in subjectum & de subjecto in non subjectum,* scil. μεταβολήν, vocans generationem & corruptionem. & negans utramque esse motum. licet Logicè in Categoriis consideret, ut motus species. v. cap. 14. sed præter illas aliam dicit esse μεταβολήν, quæ est ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον. i. *de subjecto in subjectum.* & illam vult esse motum. fierique tripliciter, scil. τήν τε τοῦ ποσοῦ καὶ τὴν τοῦ ποιοῦ, καὶ τὴν κατὰ τόπον. i. *eum, qui est quanti, eum qui est qualis, & eum, qui est secundum locum.* In substantia autem ideo non esse motum, quod nihil illi sit contrarium &c. neque in relatis

neque

neque in facere & pati. vide ejus rationes §. 10. & seq. de generatione & corr. suprà dictum. motum in qualitate vocat ἀλλοίωσιν. 1. *variationem.* estque, ut Cat. c. 14. μεταβολὴ κατὰ τὸ ποιόν. 1. *mutatio in qualitate.* Et lib. 5. nat. ausc. c. 3. ἡ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει μεταβολὴ ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλοίωσίς ἐστιν. 1. *mutatio, quæ sit in eadem forma ad magis & minus, variatio est,* qualitatem autem intelligi vult, non, quæ in substantia sit, sed παθητικόν. 1. *patibilem,* καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθὲς εἶναι. 1. *ex qua dicitur pati aut impatibile esse.* l. 5. de gen. c. 3. v. & lib. 7. nat. ausc. cap. 3. §. 2. Et vult, ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, αἰσθητοῦ ὄντος μεταβάλλειν ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν ἢ ἐναντίοις οὖσιν ἢ μεταξύ. 1. *manente subjecto sensibili in suis affectibus mutationem fieri, qui aut contrarii aut inter contrarios medii sint,* lib. 1. de gen. & corr. c. 4. variationem ut cum aliis motibus conferat, vid. Cat. c. 14. Motum, qui est in quantitate lib. 3 nat. ausc. c. 2. dicit vacare nomine, vocat autem αὔξησιν καὶ φθίσιν. 1. *auctionem & diminutionem.* & lib. 1. de gen. & corr. cap. 5. περὶ μέγεθος ἡ αὔξησις καὶ φθίσις ἐστί. 1. *circa magnitudinem auctio & diminutio versatur.*

ſatur. utramque præreꝗuirere τ̃ φοϱὰν. 1. *lationem*, ſive motum ad locum ſuprà memoratum ex Phil. nunc de φοϱᾷ.

CAP. IX.

Motus localis *per ſuam definitionem & requiſita atque ſpecies explicatur ex Philoſopho.*

MOtus κτ̀ τόπον vocatur Ariſtoteli φοϱά. 1. *Latio.* quomodo latio ſit unus genere motus, vide lib. 5. nat. auſc. c.6. quæ autem propriè dicantur ferri, ſic docet ejuſdem lib. cap. 3. §. 13. λέγεται φέρεσθαι ταῦτα μόνα κυρίως, ὅταν μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἤ τὸ στῆναι τοῖς μεταβάλλουσι τ̃ τόπον καὶ ὅσα αὐτὰ μὴ ἑαυτὰ κινεῖ κτ̀ τόπον. 1. *Ea ſola propriè dicuntur ferri, quæ cum locum mutent, non eſt in ipſis ſitum, ut ſe ſiſtant; & quæ ſeipſa non movent ſecundum locum.* & quod fertur, tota ſua mole locum mutare vult, lib. 1. de gen. & corrupt. c. 5. ubi: τὸ μὲν γὰρ φερόμενον, ὅλον ἀλλάττει τόπον. & quod ſimul locum non mutat, non dicitur moveri, lib. 4. nat. auſc. c. 7. §. 5. Et mobile ſpectare proximè contingentia, ut quieſcentia, his docet, quæ leguntur lib. 4. nat. auſc. c. 6. τὸ ἐν ἠρεμοῦντι τῷ περιέχοντι γίνεται μετάστασις τῶν τοῦ φερομένου. 1. *in eo, quod continet, quieſcente*

fit

ſit tranſlatio ejus, quod fertur. Motum Localem eſſe primum motum, toto capite x. libri 8. nat. auſc. probat, ubi ex fine his verbis concludit: ὅτι μὲν τοίνυν τῶν κινήσεων ἡ φορὰ πρώτη, φανερὸν ἐκ τούτων. Et licet ille neget generationem propriè eſſe φοράν, vult tamen illam præcedere generationem tanquam priorem, & etiam ad illam pertinere, juxtà ea, quæ docet lib. 2. de gen. & corr. c. x. ubi: τὰ πρότερα, inquit, καλῶς εἴρηται τὸ πρῶτον τῶν μεταβολῶν τὴν φορὰν, ἀλλὰ μὴ τὴν γένεσιν, εἰπεῖν. πολὺ γὰρ εὐλογώτερον, τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι γενέσεως αἴτιον εἶναι, ἢ τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι τοῦ εἶναι· τὸ μὲν οὖν φερόμενόν ἐστι, τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἔστι. διὸ καὶ ἡ φορὰ προτέρα τῆς γενέσεως. 1. *Priora eſſe, dicta rectè; Lationem, inquam, mutationum primam eſſe & non generationem, dilucidum eſt. Nam multò magis conſonum eſt rationi, id quod eſt, ei, quod non eſt, ut naſcatur, cauſam eſſe: quàm id, quod non eſt, ei, quod eſt, ut ſit. ſed quod lationem ſubit, eſt: quod vero oritur non eſt. idcircò latio generatione prior eſt.* & pòſt: φαμὲν δὲ αἰτίαν εἶναι τὴν φορὰν τοῦ γίνεσθαι. 1. *Dicimus autem lationem eſſe cauſam generationis.* & lib. 4. de cœlo c. 4. ἡ φορὰ, γένεσίς πόθεν ποῖ. 1. *latio vero è*

quopiam

quopiam in quidpiam generatio est. & lib.7. nat. auſc. c. 3. §. 3. πρῶτον μὲν οὖν περὶ φορᾶς εἴπωμεν· αὕτη γὰρ πρώτη τῶν κινήσεων ἐστίν. i. *primum de latione dicam: hic enim est motuum primus*. & nullum præter illam lationem continuum eſſe motum, ibidem oſtendit. accretionem etiam & diminitionem requirere motum localem ad ſuam eſſentiam, docet lib. 4. nat. auſc. c. 6. motum localem, porrò, diſtinguit in illum, qui eſt à ſe, & illum, qui eſt ab alio l. c. 7. nat. in iis autem quæ à ſe moventur τὸ κινοῦν πρῶτον. i. *primum movens* vult ἐνυπάρχειν. i. *ineſſe*. ab alio autem mota dicit quatuor modis moveri, qui motus appellantur ἕλξις, ὦσις, ὄχησις, καὶ δίνησις. i. *tractus, pulſus, vectio & converſio*: & omnes motus, qui in loco fiunt, ad illos reduci. ἔπωσιν autem & ἄπωσιν vult eſſe ὦσιν τινά. Illam vocat, ὅταν τὸ ἀπ' αὐτοῦ κινοῦν ἐπακολουθοῦν ὠθῇ. i. *cum id, quod à ſe pellit, rem ſequitur, quæ pellit*. hanc autem ὅταν μὴ ἐπακολουθῇ κινῆσαν. i. *cum non ſequitur movendo*. Præterea ῥίψις. i. *jactus* ei eſt, ὅταν σφοδροτέραν ποιήσῃ τῆς ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν τῆς κατὰ φύσιν φορᾶς καὶ μέχρι τούτου φέρηται, ἕως ἂν κρατῇ ἡ κίνησις. i. *cum vehementiorem motum efficit, quo*

rem à se pellit, quàm sit illius rei latio naturalis, & ea res eousque fertur, donec motio vim suam retineat. &, δίωσις καὶ σύνωσις, ἄπωσις καὶ ἕλξις εἰσίν. i. *dispulsio & compulsio sunt depulsio & tractus.* &, εἰσπνοὴν. i. *inspirationem* vocat ἕλξιν. i. *tractum.* & ἐκπνοὴν. i. *expirationem*, vocat ὦσιν. i. *pulsum.* ὄχησιν autem & δίνησιν. i. *vectionem & conversionem refert ad tractum & pulsum.* vectione autem vult aliquid κατὰ συμβεβηκὸς moveri, cum est aut in eo, quod movetur, aut super eo. & quod vehit., moveri existimat vel pulsum vel tractum vel conversum. & tribus his modis dicit esse communem ὄχησιν. δίνησιν. i. *conversionem* componit ἐξ ἕλξεως καὶ ὤσεως, i. e. *ex tractu & pulsu.* ὦσιν. i. *pulsum* didit esse δίνησιν, ἡ ἐφ' αὑτοῦ τ' ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλο: ἕλξιν. i. *tractum*, τ' ἀπ' ἄλλου πρὸς αὐτὸ ἢ πρὸς ἄλλο. i. *qui fit ab alio ad se vel ad aliud.* Motus localis prætereà dividitur in rectum, circularem & mixtum. ut videre est lib. 8. nat. ausc. c. 13. rectâ circularem vult esse priorem; utpote, quæ ipsi magis simplex & perfecta est, & quæ potest esse æterna. licet circulari rectus non sit contrarius, uti docet Philosophus lib. 1. de cœlo, c. 4. Etiam

motus dividitur in proprium & communem. sic lib. 2. de cœlo c. 8. οἰκεία κίνησις. i. *propria motio* opponitur τῷ φέρεσθαι ὑπὸ τῶν κύκλων. i. *orbibus ferri*. v. lib. 1. de cœlo, c. 2. & propriæ motionis mentio quoque fit, lib. 3. de cœlo, c. 3. f. ubi, τῷ σώματι φυσικῷ οἰκείαν κίνησιν tribuit. & lib. 4. nat auscult. c. 17. κίνησις καὶ φορὰ μία τῷ φερομένῳ. i. *motio & latio una est propter id quod fertur.* contraria motui est quies & motus motui, juxtà Phil. lib. 5. nat. ausc. c. 2. & 8. & quietes etiam dicit esse contrarias inter se § 5. nunc de loco & vacuo.

CAP. X.

Locus *quid sit, explicatur ex Aristotele*: item, *notatur ex illo, quid sit* vacuum, *& non dari illud in rerum natura.*

OMnem substantiam esse alicubi, docet *Aristoteles*, lib. 4. nat. ausc. c. 1. Et sic locum & corpus esse combinata, ut & extensiones suas jungant & ejusdem naturæ habeant. ait enim Categ. cap. 6. τὰ τοῦ σώματος ὡσαύτως καὶ τὰ τοῦ τόπου. i. *eadem est ratio partium corporis & loci.* Et, ut corpori, sic & loco convenire tres dimensiones, fatetur Philosophus lib. 4. nat. ausc. c. 3.

c. 3. ubi: διαστήματα μὲν οὖν ἔχει τρία, μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος, οἷς ὁρίζεται τὸ σῶμα πᾶν. i. *dimenſiones igitur tres habet, longitudinem, latitudinem & altitudinem, quibus omne corpus definitur.* negat tamen ibidem corpus eſſe aut materiam aut formam, cap. 4. definiturque c. 6. ἔσχατον τοῦ περιέχοντος, ὃ οὔτ' ἐστὶ μέρος τοῦ ἐν αὐτῷ ὄντος, οὔτε μεῖζον, τοῦ διαστήματος, ἀλλ' ἴσον. i. *extremum continentis ſive ambientis* corporis, *quod non eſt pars ejus, quod in eo eſt, neque majus intervallo, ſed æquale.* quia in eodem ſunt extremitates eorum, quæ ſe tangunt. & ſtatuens locum immobilem, definit eum plenius §. 28. τὸ τοῦ περιέχοντος πέρας ἀκίνητον πρῶτον. i. *ejus, quod continet, terminum immobilem primum.* & c. ſeq. vocatur πέρας ἠρεμοῦν. i. *terminus quieſcens.* ideo locus ſimul dicitur eſſe cum re, quia termini ſimul ſunt cum eo, quod terminatur. ergo locus non eſt pars rei, ſed terminus, uti ab Ariſt. docetur. Illudque corpus dicitur eſſe in loco, extra quod eſt aliud aliquod corpus, quod ipſum continet. illud vero non eſt in loco, extra quod non eſt ullum corpus. ideo negat cœlum eſſe in loco. & locum nihilominus dicit eſſe

τ̃ οὐρανοῦ τὸ ἔσχατον. i. *extremum cæli*, καὶ ἀπλόμενον τ̃ κινητοῦ σώματος πέρας ἠρεμοῦν *terminum quiescentem*, *qui tangit corpus nobile*. distinctio loci interni & externi, ut è præcedentibus elici possit, quisque judicet: puncti Philosophus negat esse locum, & duo corpora in eodem esse loco. cum autem Phil. vocat πέρας πρῶτον. intelligit οἰκεῖον τόπον. i. *proprium locum*, qui c. 4. ἴδιος. i. *proprius*, nuncupatur: ut ideo distinguatur à κοινῷ. i. *communi* loco. utrumque designat l. c. τόπος ὁ μὲν κοινὸς, ἐν ᾧ ἅπαντα τὰ σώματά ἐστιν. i. *locus communis est*, *in quo sunt omnia corpora*. ὁ δὲ ἴδιος, ἐν ᾧ πρώτῳ. i. *proprius est*, *in quo primo*, inest scilicet corpus. additque de eo: ἔστιν ὁ τόπος, τὸ πρῶτον περιέχον ἕκαστον τῶν σωμάτων. i. *est locus*, *quod primum continet unumquodque corpus*. in quo etiam naturaliter dicitur permanere. Cum igitur unumquodque corpus & omnia corpora sint in loco, expellitur inde *vacuum* sive *inane*. definitur autem *Arist*. lib. 4. nat. ausc. c. 9. κενὸν, ἐν ᾧ μηδέν ἐστι. vacuum, in quo nihil est. ratio: ὅτι τὸ ὂν, σῶμα οἴονται εἶναι· πᾶν δὲ σῶμα ἐν τόπῳ· κενὸν δὲ, ἐν ᾧ τόπῳ μηδέν ἐστι σῶμα· ὥστε εἴ πȣ μή ἐστι σῶμα, κενὸν εἶναι ἐνταῦθα.

ταῦτα. *quia, quod est, putant esse corpus. omne autem corpus esse in loco: inane vero, in quo nullum est corpus. quare sic, ubi non est corpus, ibi esse inane.* lib. 1. de cœlo c. 9. f. τὸ κενὸν εἶναι φαμὲν, ἐν ᾧ μὴ ὑπάρχει σῶμα, δυνατὸν δὲ γενέσθαι. i. *vacuum id esse dicimus, in quo corpus non est, sed esse potest.* tribuit autem priore loco 4. nat. ausc. Antiquis quibusdam Philosophis, quod voluerint, omne corpus esse tactile & tale esse, quodcunque habet gravitatem & levitatem. Et ideo, id vacuum esse, in quo nihil est grave aut leve. Et contra eorum rationes affirmat, & probat, nullum dari ejusmodi inane, cap. x. & x i. & x i i. & x i i i. & lib. 1. de generatione & corr. c. 8. pr. jam de tempore pertractandum.

Cap. XI.

Temporis *explicatio ex Philosopho petita breviter exhibetur.*

TEmpus (χρόνος) definitur ab Aristotele lib. 4. nat. ausc. c. 16. ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον. i. *numerus motus secundum prius & posterius.* distinguens numerum in ἀριθμούμενον sive τὸ ἀριθμητὸν, & eum, ᾧ ἀριθμοῦμεν. i. *quod numeratur sive quod numerabile est & quo nume-*

numeramus. Scholaſtici poſteà vocarunt numeratum & numerantem. tempus autem Ariſt. hic intelligit ἀριθμούμενον. ideo eſt numerus motus. i. motus numeratus. & ita, cum plus & minus numero expendimus, majorem & minorem motum dijudicamus tempore. idque ſecundum πρότερον καὶ ὕστερον. ait enim ὅταν γὰρ τὰ ἄκρα ἕτερα τοῦ μέσου νοήσωμεν καὶ δύο εἴπῃ ἡ ψυχὴ τὰ νῦν, τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον, τότε καὶ τοῦτο φαμὲν εἶναι χρόνον. i. *cum enim extrema à medio diverſa intelligimus ac duo momenta affirmat anima, alterum prius, alterum poſterius: tum dicimus id eſſe tempus.* quod deinceps dicit ὁρίζεσθαι τῷ νῦν. i. *momento terminari*, cap. xx, de momento. τὸ νῦν ὅρος τοῦ παρήκοντος καὶ τοῦ μέλλοντος. i. *præſens momentum eſt terminus præteriti & futuri.* etiam vocatur μονάς, cap. 17. § 4. continuum eſſe tempus propter momentum ac dividi ratione momenti, ibidem aſſerit. neque tamen vult momentum eſſe partem temporis, quemadmodum nec puncta lineæ. ubi ſic in textu: ἡ μὲν οὖν πέρας τὸ νῦν, οὐ χρόνος, ἀλλὰ συμβέβηκεν, ἡ δ' ἀριθμεῖ, ἀριθμός· τὰ μὲν γὰρ πέρατα, ἐκείνου μόνου ἐστίν, οὗ ἐστι πέρατα. i. *quatenus igitur momentum eſt, terminus, non*

non est tempus, sed ei accidit. quatenus autem numerat, est numerus. termini namque illius rei tantummodo sunt, cujus sunt termini. est numerus κινήσεως: quia, ἐ δοκεῖ, inquit, χρόνος γεγονέναι ἐθεὶς, ὅτι ἐδὲ κίνησις. i. *non videtur tempus fieri ullum, cum non est motus.* v. & lib. 1. de cœlo. c. 9. f. interim, ad tempus pertinere vult c. 18. non velox & tardum, ut de motu; sed longum & breve, quatenus est continuum; multum & paucum, quatenus est numerus. Item, non tantum metiri nos motum tempore; sed etiam motu tempus, διὰ τὸ, inquit, ὁρίζεσθαι ἀπ' ἀλλήλων. i. *quia seivicem definiunt.* dicitque quidem χρόνον, *tempus*, esse μέτρον κινήσεως καὶ τῆ κινεῖσθαι. i. *mensuram motus & ipsius moveri*, cap. 19. sed tamen mensurari tempus ab aliis motibus, qui sunt constantissimi & continui, id est, corporum cœlestium. quibus aliàs motum æternum adscribit libris de cœlo. & quæ sit æternitas, docet lib. 1. c. 9. f. nunc ingrediar elementa.

CAP. XII.

De elementis *in genere tractatio instituitur juxtà mentem & textum Aristotelis.*

ELementum quot modis dicatur, inquirit Philosophus lib. 4. met. c. 3. omnibusque elem: commune esse vult, τὸ εἶναι στοιχεῖον ἑκάστου, τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ. i. *cujusque esse elementum, quod primum cuique inest.* lib. 1. nat. ausc. confundit elementum cum principio & causa. v. l. 12. met. c. 4. quod Philosophis Veteribus etiam placuisse, ille testatur lib. 1. nat. ausc. & xi. met. c. 1. & lib. 2. de de part. anim. c. 1. definitur elementum corporum lib. 3. de cœlo. c. 3. εἰς ὃ τὰ ἄλλα σώματα διαιρεῖται ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ. i *in quod cætera corpora dividuntur; in quibus inest potentia aut actu.* additque illud esse ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει. i. *indivisibile in specie diversa.* Exemplum v. in seq. elementa corporum non esse materiam neque esse infinita, conatur ostendere contra Antiquorum nonnullos, lib. 2. de gen. & corr. c. 5. de elementorum principiis, scilicet materia & forma, v. cap. 2. & nullum corpus elementis prius esse, lib. 3. de cœlo, c. 6. ubi tanquam absur-

absurdum infert, ἄλλο σῶμα πρότερον εἶναι τῶν στοιχείων. Quatuor esse *elementa*, probat Phil. lib. 4. de cœlo, cap. 5. ex gravitate & levitate naturali, quarum hanc simpliciter uni, ut igni, & illam alteri, i. terræ convenire vult: & illi motum, qui fit sursum; & huic eum, qui fit deorsum tribuit. aeri autem & aquæ levitatem & pondus, ita ut aqua universis, excepta terra, substet: aër autem super omnia emineat, excepto igne. unum autem solum esse, ὃ πᾶσιν ἐπιπολάζει. i. *quod super omnia natet.* & unum, ὃ πᾶσιν ὑφίσταται. i. *subsidet universis.* & duo alia esse, ἃ καὶ ὑφίσταταί τινι καὶ ἐπιπολάζει τινί. i. *quæ & cuipiam substant, & super aliquid collocantur.* unde quatuor elementa dari, concludit. vide & lib. 1. de cœlo, n. 3. & lib. 2. de gen. & corr. c. 3. recto motu moveri tantum elementa, quæ moventur, probat lib. 1. de cœlo cap. 2. æterna esse, refutat, lib. 3. de cœlo, c. 6. unde sequi, esse ortui & interitui obnoxia, arbitratur: petitque exemplum & argumentum ab experientia: quâ ignem & aquam & unumquodque simplicium corporum dissolvi videmus. duobus autem modis ignem corrumpi, scilicet, ὑπὸ τοῦ ἐναν-

ἐναντίου σβεννύμενον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ μαραινόμενον. i. *à contrario, cum extinguitur: & à se ipso, cum marcescit.* modus: τοῦτο δὲ πάσχει τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ πλείονος, καὶ θᾶττον, ὅσῳ ἂν ᾖ ἔλαττον. i. *hoc enim patitur minor à majore & eo celeriùs, quo minor est.* unde concludit de universis: ὥστε ἀνάγκη φθαρτὰ καὶ γεννητὰ εἶναι τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων. ex invicem autem generari elementa, probat cap. 7. ideo, quia οὔτε ἐξ ἀσωμάτων γίγνεσθαι δυνατὸν, οὔτε ἐξ ἄλλου σώματος. i. *neque ex incorporeo neque ex alio corpore fieri possint.* ἐξ ἀλλήλων γίγνεσθαι, i. *ex se mutuo fieri.* & illo cap. post refutatam suo modo Empedoclis & Democriti sententiam, infert, cum neque elementorum migratio in se mutua, segregatio sit, restare; εἰς ἄλληλα μεταβάλλοντα γίγνεσθαι. i. *mutationem subeuntia in se, mutuo generari.* illudque fieri dupliciter existimat: ἢ τῇ μετασχηματίσει. καθάπερ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ κηροῦ γένοιτ' ἂν σφαῖρα καὶ κύβος (al. κύκλος) ἢ τῇ διαλύσει, τῇ εἰς τὰ ἐπίπεδα καθάπερ ἔνιοί φασιν. i. *aut transfiguratione: ut ex eadem cera pila fit, tesserave, aut dissolutione in plana, ut quidam ajunt.* exanima seq. Veterum sententiam de elementis figuratis refellit lib.

3. de cœlo, c. 8. directè de elementorum ad invicem generatione & corruptione, transmutationeque agit Phil. lib. 2. de generat. & corr. c. 4. cum capite superiore ostendisset suo modo, simplicia corpora mutuam subire generationem, εἰς ἐναντία καὶ ἐξ ἐναντίων. i. *in contraria & ex contrariis.* Elementis autem contrarietates tribuit ex differentiis contrariis, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas. Speciatim: ignem facit calidum siccumque: aquam vero humidam & frigidam: aërem humidum calidumque: terram vero frigidam & siccam. additque: ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολον πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. i. *quæ enim symbolum inter se habent, horum cita est migratio: quæ vero non habent, tarda; quod facilius fit, unum, quam multa mutari.* sic ex igni fiet aër, altero mutationem subeunte, cum siccitas vincatur ab humiditate: & aqua ex aëre, cum calorem frigus evincat. Eodem modo ex aqua terra, cum humiditas vincatur. & ex terra ignis fiet, cum frigiditas intereat. ἔχει γὰρ, inquit, ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα.

βάλα. i. *nam utraque ad utraque symbola habent.* & hunc mutationis modum vult esse promptissimum. difficiliorem autem, cum plurimum fit mutatio: ut, si ex aqua oriatur ignis, ubi frigiditatem & humiditatem corrumpi prius, necesse est. Item, ex terra, aër, frigiditate & siccitate corruptâ. Eodem modo, cum ex igne & aere, aqua & terra fiant. ubi ἀμφότερα μεταβάλλει. i. *utriusque qualitates corrumpuntur*; & hæc generatio tardior est. Sin verò utriusque altera qualitatum, earum migrationem, vult fieri difficilius; sed non in se mutuò. ut, ex igne & aqua, si terra & aër fiat: ex aëre vero & terra, ignis & aqua. fiet *aër*, cum aquæ frigiditas fuerit corrupta & ignis siccitas, remanentibus hujus caliditate & illius humiditate: Et *terra*, cum calor ignis & aquæ humiditas intereant, remanentibus hujus frigiditate & illius siccitate. Ex aere & terra, *aqua*, cum aëris calor & terræ siccitas intereant, relictis illius humiditate, & hujus frigiditate. Et ex iisdem *ignis*, cum aeris humiditas & terræ siccitas corrumpantur, relictis illius caliditate & hujus siccitate. De actione & passione elementorum, lege Phil. lib. i. de generat. &

corr.

corr. c. 9. refutatis ſuo more binis Veterum ſententiis. Nunc carptim de elementis ſingulis.

Cap. XIII.

De Elementis *in ſpecie agitur ex textu & ſenſu Philoſophi.*

IGnem caloris eſſe exceſſum, docet Philoſophus lib. 2. de gen. & corr. c. 4. ubi ſic: τὸ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος. perinde, ut glacies, frigoris. ratio: ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις, ὑπερβολαί τινές εἰσιν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. igitur, εἰ ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. i. *ſi glacies humidi & frigidi condenſatio ſit: etiam ignis calidi & ſicci fervor erit.* atque ideo, ut è glacie nihil generari poteſt, ita quoque ex igne nihil. licet ipſe nutriatur, juxtà ea, quæ leguntur loco citat. & lib. 1. de anima, cap. 4. ejusque accretionem in infinitum progredi velit, priore loco. ubi ſic: ἡ μὲν γὰρ τοῦ πυρὸς αὔξησις εἰς ἄπειρον, ἕως ἂν ᾖ τὸ καυστόν. aitque quibuſdam, in contrarium, videri, quod ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἁπλῶς αἰτία τῆς τροφῆς καὶ αὐξήσεως. i. *ignis natura ſimpliciter cauſa alimenti & auctionis ſit.* Præterea, *ignis*

ignis ipsi est corpus absolute leve, nulliusque ponderis, ut legere est, lib. 4. de cœlo c. 4. ubi: τὸ πῦρ οὐδὲν ἔχει βάρος. &, ἄνω καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον φερόμενον. i. *quod sursum fertur & ad extremum.* ad actiones autem ignis pertinere vult Phil. lib. 3. de cœlo, c. XII. congregare & segregare corporum partes. ubi sic de eo: δοκεῖ τὸ πῦρ μᾶλλον συγκρίνειν καὶ συνορίζειν ἢ διακρίνειν· διακρίνειν μὲν γὰρ τὰ μὴ ὁμόφυλα, συγκρίνειν δὲ τὰ ὁμόφυλα· καὶ ἡ μὲν σύγκρισις καθ' αὑτό ἐστι. τὸ γὰρ συνορίζειν καὶ ἑνοῦν, τοῦ πυρός· ἡ δὲ διάκρισις κατὰ συμβεβηκός· συγκρίνον γὰρ τὸ ὁμόφυλον ἐξαιρεῖ τὸ ἀλλότριον. i. *ignis congregare magis finesque in unum redigere, quàm segregare videtur. Segregat enim ea, quæ non ejusdem generis sunt: congregat autem ea, quæ sub eodem genere collocantur. & congregatio quidem per se est, (fines enim in unum cogere atque unire ignis ipsius est,) segregatio vero per accidens. Terram* Elementum esse grave, quod sua natura deorsum feratur, docet *Arist.* lib. 4. de cœlo, c. 4. ubi, ἡ γῆ, inquit, κάτω φέρεται καὶ πᾶν τὸ βάρος ἔχον. i. *terra & quicquid pondus habet deorsum fertur.* antè dixerat: πρὸς τὸ μέσον. i. *ad medium* sive centrum mundi. Terram

simul

simul cum aqua corporibus materiam exhibere, docet lib. 4. met. c. 4. ubi ob siccum terræ & humidum aquæ peculiarissimè tributum ἅπαντα τὰ ὡρισμένα σώματα οὐκ ἄνευ γῆς καὶ ὕδατος εἶναι. i. *omnia definita corpora non sine terra & aqua esse* dicuntur: & omnibus mixtis inesse, lib. 2. de gen. & corr. c. 8. & priore loco, terra sola διαλυτὸς εἰς ἄλλο σῶμα. i. *dissolubilis in aliud corpus esse. Aqua* quemadmodum infra aërem subsidat atque adeo gravis & levis sit, vid. l. c. de cœlo. & omnibus etiam corporibus mixtis insit, lib. 2. de gen. & corr. c. 8. negat esse molle corpus, lib. 4. meteor. c. 4. ubi: τὸ ὕδωρ οὐ μαλακόν· οὐ γὰρ ὑπείκει τῇ θλίψει τὸ ἐπίπεδον εἰς βάθος, ἀλλ᾽ ἀντιπεριΐσταται. i. *Aqua haudquaquam mollis est: quippe cujus pars summa compressu intrò minimè redit; sed circum obsistit.* Etiam *aërem* inesse omnibus corporibus mixtis, statuit Phil. lib. 2. de gen. & corr. cap. 8. levem & gravem esse, sursum ac deorsum natura ferri, lib. 4. de cœlo, cap. 4. dictorum elementorum ignem & terram existimat esse sinceriora: aquam autem & aerem magis mixta, lib. 2. de gen. & corr. c. 3. ubi: ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα, πῦρ καὶ γῆ. μέσα δὲ

σα δὲ, μεμιγμεία μᾶλλον, ὕδωρ καὶ ἀήρ. atque hæc de elementis. nunc de miſtione & miſcibili.

CAP. XIV.

De mixtione *&* miſſibilibus *Philoſophi mens traditur.*

M*Ixtionem* à generatione & corruptione. item, miſſibile à generabili & corruptibili differre, probat Phil. lib. 1. de generat. & corr. c. x. ubi etiam: οὐ ἅπαν ἅπαντι μικτόν· ἀλλ' ὑπάρχειν δεῖ τι χωριστὸν ἑκάτερον τῶν μιχθέντων. τῶν δὲ παθῶν οὐδὲν χωριστόν. 1. *non omnia omnibus miſceri queunt; ſed eorum, quæ miſcentur, utrumque ſeparabile quid eſſe oportet: affectuum autem nullus ſeparabilis exiſtit.* Et mixta, eſſe quodammodò & non eſſe, vult, actu quidem aliud, exiſtente eo, quod ex iis factum eſt: potentiâ vero quidpiam utriusque eorum, quæ erant, antequam miſcerentur, & non perdita. Item, quæ miſcentur, prius ex ſeparatis coiverunt & poſſunt rurſus ſepararari. unde concludit: οὔτε διαμένουσι ἐνεργείᾳ, ὥσπερ τὸ σῶμα καὶ τὸ λευκὸν, οὔτε φθείρονται οὔτε θάτερον οὔτε ἄμφω· σώζεται γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν. 1. *igitur neque permanent actu, uti corpus & albedo: nec corrumpuntur aut ambo aut alterum:*

nam

nam eorum virtus aut potentia salva manet. Præterea eorum, quæ mista sunt, dicit ὁπουῦ παρ' ὁπουῦ εἶναι μόριον μιχθέντων. 1. *Particulam quamlibet juxtà quamlibet esse.* neque, cum in partes minimas ipsi non fiat divisio, neque compositio sit idem, quod mistio, κτ' μικρὰ σωζόμενα δεῖ τὰ μιγνύμενα φάναι μεμίχθαι. 1. *oportet dicere, quæ miscentur esse mista secundum partes exiguas*, quæ suam adhuc retineant naturam; cum sic esset compositio, ἐ κρᾶσις ἐδὲ μίξις. 1. *non temperatura aut mixtio:* nec pars cum toto eandem haberet rationem. neque enim vult materiam igni mistam esse, neque misceri, dum comburitur aut ipsam suis partibus aut igni; sed ignem gigni & materiam corrumpi. Sed siquid misceri debeat, quod mistum est, ὁμοιομερὲς εἶναι. 1. *similium esse partium.* neque eorum, quæ activa & passiva sunt, divisibilia, multa paucis, magna parvis, composita mistionem facere; sed accretionem ejus, quod evincit: μεταβάλλει γὰρ, inquit, θάτερον εἰς τὸ κρατοῦν. 1. *nam alterum in id, quod evincit, verti solet. ut gutta vini cum aqua non miscetur.* quæ autem sint miscibilia, sic radicat: ἔςι ταῦτα μικτὰ, ὅσα ἐναντίωσιν ἔχει

 τὴν

τῶν ποιούντων. i. *sunt ea mistibilia, quæcunque ex agentibus contrarietatem habent.* hæc enim dicit inter se esse παθητικά. i. *est passiva* sunt. addit: καὶ μικρὰ μικροῖς παρατιθέμενα, μίγνυται μᾶλλον· ῥᾷον γὰρ καὶ θᾶττον ἄλληλα μεθίστησι. i. *parva autem dum parvis admoventur, propensius misceri solent: quippe cum ea facilius celeriusque sese transmeënt.* quod in multis difficilius fit. idcirco ex his, quæ dividi possunt & pati solent, facile quoque terminos suscipiunt, ea mistilia esse dicit. ideo, quæ liquida sunt μάλιστα, inquit, μικτά. i. *maximè mistilia.* ideo ex præcedentibus colligitur definitio illius verbis expressa: qua μίξις. i. *mistio* dicitur ἡ τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις. i. *mistibilium alteratorum unio.* At relicta nunc inferiorum mixturâ, ascendamus ad cœlestia.

CAP. XV.

De cœlo, ejusque affectionibus & motibus Aristoteles explicatur.

Οὐρανόν. i. *cælum*, tripliciter nominari, existimat *Arist.* lib. i. de cœlo, c. 9. primò, cœlum dici τὴν οὐσίαν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς ἐπιφορᾶς· ἢ σῶμα φυσικὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἐπιφορᾷ τοῦ παντὸς, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρύσθαι

ϑαι φαμὲν. i. *substantiam ultimæ universi conversionis, aut id naturale corpus, quod est in ultima universi conversione: in quo & universum Divinum dicimus esse.* Secundò, τὸ συνεχὲς σῶμα τῇ ἐσχάτῃ ἐπιφορᾷ τοῦ παντὸς, ἐν ᾧ σελήνη καὶ ἥλιος καὶ ἔνια τῶν ἄστρων, καὶ ταῦτα ἐν οὐρανῷ φαμέν. i. *corpus proximum ultimæ conversioni, in quo luna, sol, & nonnullæ stellæ sunt collocatæ, hæc enim in cælo dicimus esse.* Tertiò, τὸ περιεχόμενον σῶμα ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἐπιφορᾶς. i. *id corpus, quod à conversione ultima continetur.* de eo ait; τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὸ πᾶν εἰώθαμεν λέγειν οὐρανόν. i. *hoc enim totum ac universum cælum dicere consuevimus.* vide authorem lib. de mundo, c. 2. ubi æthērem appellat. sed simplicem substantiam, & à quatuor elementis diversam docet cœlum esse, lib. 1. de cœlo, c. 2. & 3. & cap. 9. non tantum esse τῆς ἐξ ὕλης. i. *constare ex materia,* ἀλλὰ ἐξ ἁπάσης. i. *ex omni,* διὰ τὸ πᾶσαν, τὴν περιειληφέναι τοῦτον. i. *propterea, quod universum hoc materiam est complexum.* Et non tantum ex hac, sed & ἐξ ἅπαντος συνεστάναι τοῦ φυσικοῦ καὶ αἰσθητοῦ σώματος. i. *ex universo naturali sensibilique corpore constare.* & sic idem de universo mundo: ἐξ ἁπάσης ἐπὶ τῆς οἰ-

κείας ὕλης ὁ πᾶς κόσμος· ὕλη γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ φυσικὸν καὶ αἰσθητόν. 1. *universus autem mundus ex sua materia constat: materia namque ipsius naturale est ac sensibile corpus.* unde elici posse videtur, materiam mundi esse eandem, quatenus talem. sed, cum omnis differentia est à forma, uti docetur lib. 8. met. c. 2. cœlestium & sublunarium differentiam inde petendam esse, itidem videtur. præsertim, ubi ante dixerat, coelum. 1. *mundum*, εἶναι τῶν καθ' ἕκαστα. 1. *esse singularem.* de differentia cœli & sublunarium corporum, v. lib. 1. de gen. & corr. & lib. 12. met. c. 4. Simplex corpus esse, probat lib. 1. de cælo, c. 2. & 3. atque ideo ingenerabile & corruptibile, ibidem, ex simplici, qui ei est, motu circulari & intermino. ubi sic legitur. εὔλογον ὑπολαβεῖν περὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀναυξὲς καὶ ἀναλλοίωτον. 1. *rationi consentaneum est existimare & ingenerabile atque incorruptibile ipsum esse.* rationem autem ponit in eo, quod non habeat contrarias qualitates, unde omnem mutationem vult oriri. & concludit; διότι μὲν οὖν ἀΐδιον καὶ οὔτε αὔξησιν ἔχον, οὔτε φθίσιν, ἀλλ' ἀγήρατον καὶ ἀναλλοίωτον καὶ ἀπαθές ἐστι τὸ πρῶτον τῶν σωμάτων. 1. *patet igitur ex hisce,*

hisce, id quod primum est corporum, perpetuum esse, neque accrescere neque decrescere neque senescere, neque alterationibus neque passionibus subjici. addit fundamentum instabile: εἰ τοῖς ὑποκειμένοις πιστεύει. i. *si quis hisce, quæ supposita sunt, credat.* dictam rationem deinde cum Phænomenis jungit: quæ posita ei sunt in opinione hominum de Diis in cælo, non corruptibili, commorantibus. quàm pulcra hæc sint, quisque judicet. vid. & lib. 2. de cælo, c. 6. *Cælum* esse figuræ sphæricæ, probat Philos. lib. 2. de cælo, c. 4. vult enim illam figuram, τοῦτο σχῆμα εἶναι οἰκειότατον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ φύσει πρῶτον. i. *accommodatissimam substantiæ ipsius & naturâ primam esse.* circularem autem esse perfectissimam & primam; ideoque mundo, ut corpori perfectissimo & simplici, tribuendam, censet in seq. primum autem corpus esse vult τὸ ἐν ἐσχάτῃ περιφορᾷ. i. *quod est in ultima conversione.* & rotundum, quia τὸ κύκλῳ φερόμενον. i. *conversione movetur*; quæ bina tantum supponit. unde arcessit, quod, καὶ τὸ συνεχὲς ἐκείνῳ. i. *cum illo continuum*, sit etiam σφαιροειδές. i. *rotundum.* & concludit: ὥστε σφαιροειδὴς ἂν εἴη πᾶσα φορά. πάντα γὰρ

ἅπτεται καὶ συνεχῆ ἐστι ταῖς σφαίραις. i. *quare ipſum univerſum rotundum erit: omnia namque tangunt & hærent ſphæris.* item ex motu celerrimo & figura corporum, quæ circa mundi medium feruntur, probat cælum, ſive mundum eſſe ſphæricum. vide & in lib. de mundo, ſi libet. De *Cæli* motu dubitationes aliquot videre eſt, lib. de animalium motione, c. 4. & illum eſſe omnium motuum celerrimum & menſuram, aſſerit Phil. lib. 2. de cælo, c. 4. & eſſe regularem, affirmat & probat dicti libri cap. 6. quæ maxime ſpectare vult ἐσχάτην περιφοράν. i. *extremam converſionem*, quæ πρώτη φορὰ & πρῶτος οὐρανὸς. i. *prima latio & primum cælum ei dicuntur*. à quo ſccundarum mobilium motum diſtinguens ait: ἐν γὰρ τοῖς ὑποκάτω πλείους ἤδη αἱ φοραὶ συνεληλύθασιν εἰς ἕν. i. *in his enim quæ fiunt ſub illo plures lationes in unum convenire.* Harmoniam autem cæleſtem, quam in iis eſſe Pythagorici fingebant, refutat ille lib. 2. de cælo, c. 9. Cæleſtium autem corporum motus multiplicari juxtà diſtantiam à primo orbe, probat *Ariſt.* ejuſdem lib. c. 12. ubi conſentaneum rationi eſſe, cenſet, primo corpore i. e. ultimæ converſionis, unam latio-

lationem subeunte, propinquissimum minimis motibus moveri, ceu duobus: id autem, quod hæret illi, tribus: aut aliquo alio ordine tali. contrarium dicit obtinere in cœlo planetario. unum a. motum cœlo fixarum & plures planetariis tribuit ibidem. illumque esse omnibus stellis communem & fixarum singulis proprios esse, vult in seq. ubi: ὅτι μὲν κατὰ τὴν πρώτην μίαν οὖσαν φορὰν πολὺ πλῆθος συνέστηκεν ἄστρων· τῶν δ' ἄλλων χωρὶς ἕκαστον εἴληφεν ἰδίας κινήσεις. i. *quia autem in prima quidem latione magnam copiam Stellarum constituit: cæterarum vero stellarum quamque seorsim proprias motiones accepit.* quod postremum refert ad errantes Stellas: τῶν γὰρ πλανωμένων ἐν ὁτιοῦν πλείους φορὰς φέρεται. i. *Vagarum enim stellarum quæque pluribus lationibus fertur.* inæquales autem earum motiones digeri vult uniformi motu primæ, i. e. supremæ sphæræ, his verbis: ταύτῃ τε οὖν ἀνισάζει ἡ φύσις καὶ ποιεῖ τινὰ τάξιν τῇ μὲν μιᾷ φορᾷ πολλὰ ἀποδοῦσα σώματα, τῷ δὲ ἑνὶ σώματι πολλὰς φοράς· καὶ ἔτι διὰ τόδε ἐν ἔχουσι σῶμα αἱ ἄλλαι φοραὶ (al. σφαῖραι) ὅτι πολλὰ σώματα κινοῦσιν αἱ περὶ τὴν τελευταίας καὶ τὴν ἐν ἄστρον ἐχούσης. i. *Hoc igitur pacto natura ipsa in æqualitatem hæc redigit*

atque ordinem quendam facit, uni quidem lationi multa corpora, uni corpori lationes complures reddens. & insuper ob hoc unum cæteræ sphæræ corpus habent, quod multa corpora movent. & quæ sunt ante ultimam & quæ unam possident stellam. Ultimæ autem sphæræ annexas ferri, dicit; ἐν πολλαῖς γὰρ σφαίραις ἡ τελευταία ἐνδεδεμένη φέρεται. i. *In multis enim sphæris ultima sphæra ligata fertur.* distinguit autem τὴν σφαῖραν. i. *sphæram*, à φορᾷ. i. *latione.* nam ἑκάστη, inquit, σφαῖρα σῶμα τυγχάνει ὄν. i. *sphæra autem quæque corpus est.* sed φορὰ tantum simplicem lationem. & stellæ dicuntur φέρεσθαι ἐν τῇ σφαίρᾳ, lib. 2. de cœlo, c. 7. nunc de stellis.

CAP. XVI.

De sideribus fixis & planetis, & *eorum natura*, & *affectionibus ac mundi systemate ex Phil. disseritur.*

Astra esse ejusdem naturæ, cujus sit corpus, in quo sunt fixa sidera (quæ ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις lib. 2. de cœlo, c. 8. & ἀστέρες ἐνδεδεμένοι, & μένοντες lib. 1. met. cap. 8. vocantur) probare nititur *Aristoteles* ejusdem lib. de cœlo, c. 7. ubi consonum rationi censet, unumquodque τῶν ἄστρων ποιεῖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος, ἐν ᾧ τυγ-

τυγχάνει τῆς φορᾶς ἔχον: &, ἕκαστον συνεστάναι ἐκ τούτων, ἐν οἷς ἕκαστον ἐστίν. negat tamen stellas aut igneas esse aut in igne ferri. caliditatem a. fieri concedit, παρεκθλιβομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐκείνων φορᾶς. 1 *cum aër ab eorum motione fricatur*. quod pòst pluribus explicat. Molem earum esse *rotundam*, docet lib. 2. de cœlo c. xi. id, quod ante cap. 8. demonstraverat. scil. stellas aptas esse per se moveri, naturamque nihil absque ratione & frustra facere. ideo concludit: διὸ καὶ εὐλόγως ἂν δόξειαν ὅ, τε ὅλος οὐρανὸς σφαιροειδὴς εἶναι καὶ ἕκαστον τῶν ἄστρων. 1. *quapropter & secundum rationem videtur totum cælum esse rotundum & unaquæque stellarum*. additque, ut ante, quod, πρὸς τὴν ἐν αὐτῷ κίνησιν ἡ σφαῖρα τῶν σχημάτων χρησιμώτατον. 1. *Sphæra figurarum maximè utilis sit ad eum motum*. & quidem celerrimum, qui commodissimè fiat. eodem modo se habere cæteras stellas, quo se habet Luna & Sol, corpora rotunda mole oblata aspectui, capite 8. & 9. probat. licet statuat, lib. 1. met. c. 8. sidera, quæ à sole aspiciuntur, ideo diversa esse, quod Sol non in eodem loco maneat. Prætereà stellas fixas ab errantibus in eo quoque discer-

nit Phil. 1. quod illæ micent. qui ſcintillationis cauſam conjicit in diſtantiam viſus noſtri, qui ideo imbecillior, ab ipſis, uti videre eſt l. c. ubi: πρὸς δὲ τοὺς μένοντας βραδύνειαι ſcil. ὄψις διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόῤῥω λίαν· ὁ δὲ τρόμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν. 1. *Ad fixas autem longè valde ſe extendens, ob longitudinem tremit: tremor autem ipſius facit, ut hæc motio ipſius ſtellæ eſſe videatur.* & exiſtimat, eandem eſſe apparentiam, ſive cauſa ſit in oculo, ſive in ipſis corporibus cœli, his verbis: οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ ὁρώμενον. Stellas a. quæ moventur, vult non tam proprio motu ferri, quam communi ſuorum orbium, uti videre eſt lib. 2. de cœlo, c. 8. Ad ordinem ſitus & motuum in corporibus cæli conſtituendum, imprimis laborat Philoſophus de inveniendo eorum centro & terrâ in eo firmanda, lib. 2. de cælo, cap. 13. ubi Antiquorum ad examen vocatis adoptatisque opinionibus cap. 14. probare nititur terræ in medio mundi quietem. ratio ejus *prima* ab incommodo ducitur. 1. quod ſi moveretur, violentus eſſet motus & non ideo diuturnus. quem negat terræ tribui debere. *Secunda*,

ab ortu

ab ortu & occaſu ſtellarum fixarum. qua omnia, quæ circulariter moventur, poſt relinqui videntur, plurimisque lationibus una præter primam ſphæram moveri; ideo & terram, ſi moveretur, duabus lationibus moveri, neceſſe eſſet. quod ſi fieret, etiam mutationes fixarum & regreſſiones fieri debere, quod non eſt in experientia. *Tertia*, petita eſt à naturali partium motu, quo ad medium feruntur univerſi. Ergo terra, ut totum, in centro. licet pòſt ſtudeat ſatisfacere quæſtioni, utrum gravia moveantur ad centrum mundi, an ad centrum terræ. *Quarta*, ſumpta eſt à jactu, quæ fit ſurſum recto motu, quo pondera in eundem terræ locum deſcendunt. ex quibus cauſam affert, propter quam terra in medio mundi quieſcat. v. ſeq ubi & dictis cauſis in fine cap. authoritatem Mathematicorum ſubjungit pro terrâ in medio mundi ſtabilienda. lib. de mundo, cap. 2. (de Authore ejus libri, Ariſtotelis doctrinæ hic nihil contrarii continentis, non diſputo) fixa ſidera in una ſphæra ponuntur: ſed planetæ in diverſis. & ita illa τῷ σύμπαντι οὐρανῷ συμπεριστρέφεσθαι τὰς αὐτὰς ἔχοντα ἕδρας. 1. *cum omni cælo circumferri,*

eaſdem


easdem tenentia sedes (*i. e. invariatâ distantiâ*) *circumferri* dicuntur. hic autem οὔτε τοῖς προτέροις ὁμοιοταχῶς κινεῖσθαι, οὔτε ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν ἑτέροις καὶ ἑτέροις κύκλοις, ὥστε αὐτῶν τὸ μὲν προσγειότερον εἶναι· τὸ δὲ, ἀνώτερον. i. *non eadem celeritate cum prioribus moveri, nec inter se invicem; sed in aliis atque aliis orbibus. ita ut hic partim proprius terram accedat, ille sublimius* feratur. Et sic in eadem fixa altitudine vult esse posita, planetas in diversa. quos septem numerat, & in totidem orbibus moveri solitos. ὥστε ἀεὶ, inquit, τὸν ἀνωτέρω, μείζω τοῦ ὑποκάτω εἶναι· τούς τε ἑπτὰ, ἐν ἀλλήλοις περιέχεσθαι· πάντας γε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαίρας περιειλῆφθαι. i. *ita ut subinde inferior superiore minor sit, septemque orbes se complectentes invicem atque coercentes, à globo denique siderum inerrantium comprehendantur.* Ordinem Planetarum sic exhibet: συνεχῆ δὲ ἔχει ἀεὶ ταύτην τὴν θέσιν· ὁ τοῦ Φαίνοντος ἅμα καὶ Κρόνου καλούμενος κύκλος· ἐφεξῆς δὲ, ὁ τοῦ Φαέτοντος, Διὸς λεγόμενος. εἶθ' ὁ Πυρόεις, ὁ Ἡρακλέους τε καὶ Ἄρεος προσαγορευόμενος. ἐφεξῆς δὲ Στίλβων, ὃν ἱερὸν Ἑρμοῦ καλοῦσιν ἔνιοι· τινὲς δὲ Ἀπόλλωνος. μεθ' ὃν ὁ τοῦ Φωσφόρου, ὃν Ἀφροδίτης· οἱ δὲ, Ἥρας προσαγορεύουσιν. εἶτα ὁ

Ἡλίου·

Ἡλίου· καὶ τελευταῖος, ὁ τῆς σελήνης, μέχρι τῆς γῆς ὁρίζεται. 1. *Hanc porro globo contiguam habet semper posituram Phænontis, simul & Saturni, circus dictus. cui proximus est Phaethontis: qui & Iovis appellatur. Post hunc sequitur Pyrois: Herculis idem Martisque appellatus. ab hoc rursus est Stilbon, qui sacer Mercurio esse creditur: à nonnullis etiam Apollini. Secundus Luciferi orbis est, quem Veneris nonnulli orbem, quidam Iunonis vocant. ab hoc est orbis solis. & denique Lunæ, nobisque citimus, ad terram usque fines suos proferens.* de terra sic: ἑξῆς δὲ τὴν ἀερίου φύσεως γῆ τε καὶ θάλασσα ἐρήρεισται. 1. *ab aërea porro natura protinus & mare situm habent fixum & affirmatum.* respice schema subjectum, in quo in ultima peripheria regio est fixarum, cui succedit Saturni & reliquorum planetorum ordo, versus interiora, uti antè recitatum est. quibus adde, quod cap. x. asserit, sc. in cælo planetario remotiorem à medio tardius, & in majore orbe: & propriorem illi inque minore orbe, celerius, ferri. & cap. 6. quod præter ἁπλῆν τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ περιαγωγὴν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ περατουμένην. 1. *simplicem cæli universi conversionem die nocteque finitam.* alias dicit fieri

fieri διεξόδους. i. *permeationes.* Et quidem Luna illi ἐν μηνὶ τὸν ἑαυτῆς διαπεραίνεται κύκλον αὐξανομένη τε καὶ μειουμένη καὶ φθίνουσα. i. *mense suum peragit orbem, augescens vicissim, minutaque & tabescens.* Sol ἐν ἐνιαυτῷ. i. *in anno.* καὶ, inquit, οἱ τούτου ἰσόδρομοι, ὅ, τε Φωσφόρος καὶ ὁ Ερμῆς λεγόμενος. i. *Et quæ eum æquant cursu, Lucifer & Mercurius.* Πυρόεις ἐν διπλασίονι τούτων χρόνῳ. i. *Pyrois spatio altero tanto illorum.* i. biennii. ὁ δὲ Διὸς, ἐν ἑξαπλασίονι τούτου. i. *Iovis stella spatio Pyroentis sexcuplici.* i. duodecim annorum. πλευταῖος ὁ τοῦ Κρόνου λεγόμενος, ἐν διπλασίονι καὶ ἡμίσει τῶν ὑποκάτω. i. *ultima Saturni, quæ dicitur tempore sesquiplo majore, quàm quantum est id, quo circumagitur illa, quæ infra ipsum est proximè.* i. 30. ann. de sole, luna & terra quædam cap. seq. subjungam.

CAP.



C A P. XVII.

De Sole, Luna & terra *quædam proferuntur ex Arist. quæ ad eorum nat. & affect. pertinent.*

QUod cœlestia non sint calida sive ignea, inter alia probat *Arist.* lib. 1. meteor. c. 3. ex eo, quod Sol, ὅσπερ, inquit, μάλιστα δοκεῖ θερμὸς, φαίνεται λευκὸς, ἀλλ' οὐ πυρώδης ὤν. i. *qui calidus imprimis esse videtur, candidus apparet, non igneus.* Sed tantum ejus lationem efficere

re calorem in inferioribus terræ locis, ibidem affirmat: argumento eorum, quæ vi lata vicinum aerem calefaciunt. ubi addit: *μάλιστα γὰρ*, inquit, ἡ τοῦ στερεοῦ διακρίνει κίνησις ἀέρα. 1. *nam solidæ rei motio aerem imprimis segregare potest*, item: quod ignis aerem complexus motionis ratione crebiter segregetur dissipeturque & vi deorsum feratur. Solis accessu attrahi è terra vapores, decessu ejus, dimitti, statuit lib 2. meteor. c. 2. & non tantum ille humorem, qui per summa telluris residet, attrahit, ἀλλὰ καὶ, inquit, τὴν γῆν αὐτὴν ξηραίνει θερμαίνων. 1. *verum etiam terram ipsam calefaciendo exsiccat.* etiam sole accedente fieri generationes; recedente, corruptiones, docet lib. 2. de gen. & corr. c. x. Quod comprimat & excitet ventos sol, lib. 2. meteor. c. 9. rationes ejus & vide & examina. etiam ejus discessu ventos mutari, disce ex c. 13. *Solem* esse orbicularem, ostendere conatur lib. 2. de cælo, cap. XI. quam figuram non demit ei defectus. ibidem. *Lunæ* quoque figuram rotundam tribuit, quam neque ullæ phases evertant, lib. 2. de cælo, c. XI. & divisiones omnes in menstruo ambitu luna dicitur suscipere,

cipere, cap. 15. ubi fieri dicitur εὐθεῖα, καὶ ἀμφίκυρτος καὶ κοίλη. 1. *recta, & utraque ex parte curva & concava.* aliter vult obtinere in eclipsi, in quâ semper illa curvam habere lineam affirmatur. deficit a. διὰ τὴν τῆς γῆς ἐπιπρόσθησιν. 1. *ob terræ interpositionem.* ejusque plures contingere defectiones, videre est ex lib. 2. de cælo, c. 13. & cur illius defectum quandoque terræ motus subsequatur, lib. 2. meteor. c. 8. & eum aliquando ventos præcedere, cap. 15. de tempore & causa, ibidem vide. *Terram* esse globosam, probare studet Phil. lib. 2. de cælo, cap. 15. *prima* ejus sententiæ firmandæ ratio sumpta est à specie naturalis motus terræ: sc. cum uniuscujusque partium pondus ad ipsum medium feratur; & minus si à majore pellatur, egredi non possit; sed prematur potius, ac aliud alii cedat, donec ad medium ipsum perveniat. *Secunda*, à figura motus. 1. angulis, quos pondera diversis cadentia locis efficiunt. cum velit omnia gravia similes ad angulos, sed non distantia, æquè ferri: idque obtinere respectu ejus, quod natura rotundum est. *Tertiam* desumit ab Eclipsi lunæ, in qua semper curvam habere lineam, quæ di-

stinguat, luna dicitur in meatu. & sic, ut objectu terræ deficiat, terrenæ circumferentiæ causam esse vult. *Quartam* petit ab apparitione & occultatione stellarum fixarum, quarum, quæ ad meridiem videntur, nunquam videntur ad septentrionem: & quæ hic, nunquàm ibi. *Quintam* sumit à conjunctione Oceani, qui est ad Columnas Herculis & Maris Indici. *Sextam* arcessit à Mathematica magnitudinis terræ supputatione, quæ sit εἰς τετ]εράκοντα μυριάδας πεδίων. i. ad quadraginta stadiorum millia. ex quibus sigillatim elicit σφαιροειδῆ τ' ὄγκον τῆς γῆς εἶναι. i *molem terræ rotundam esse.* simulque exinde, & ex apparitione & occultatione stellarum suprà memorata terræ molem ad cæterarum stellarum magnitudinem parvam esse & respectu cæli evanescere. uti videre est lib i. meteor. c. xii. terræ & maris natura describitur ab Authore de mundo, c. 3. ubi & orbis, quà continens est, amplissima *latitudo* βραχὺ ἀποδέον τετρακισμυρίων σταδίων. i. *Paulò minus, quàm quadraginta stadiorum millia patet:* & *longitudo*, περὶ ἑπτακισμυρίους μάλιστα. i. *ad septuaginta millia,* esse traduntur, juxtà exquisitæ Geographiæ Authores.

thores. nunc de Cometis dicendum.

CAP. XVIII.

Doctrina de Cometis *breviter ex Philosopho exhibetur.*

Veterum de *Cometis* opiniones recenset *Arist.* lib. 1. meteor. c. 6. quarum tres sint præcipuæ. Prima est Anaxagoræ & Democriti, Cometen concursum planetarum facientium: Secunda Pythagoricorum Cometen planetam comatum affirmantium: tertia est Hippocratis Chii & Æschyli, qui Cometen planetam esse statuebant, cui coma appareat ob subjectam exhalationem, à qua ad solem aspectus reflectatur. quas omnes ibidem ille refellit. Sed suam de iis sententiam proponit affirmatque cap. seq. ubi primò supponit mundi terræ circumfusi primam eam omnem partem, quæ orbiculari subest lationi, exhalationem esse calidam aridamque: quam, & aëris, in sinu suo comprehensam, haud parum circularis latio ac motus secum circa terram raptat versatque. at interim, dum illa sic fertur & movetur, quà forte fuerit bene temperata, sæpe incenditur. διὸ, inquit, φαμὲν γίγνεσθαι καὶ τὰς τῶν σποράδων ἀστέρων διαδρομάς. *i. ob quod & illos*

ſparſorum ſiderum diſcurſus fieri dicimus. cauſæ Comet: afficiens & materialis, ei notantur; cum ob ſuperiorum corporum converſionem in ejuſmodi denſitatem igneum inciderit principium, neque tam vehementer multum, ut continuò, & diu exurere queat: neque tam debile, ut ſtatim extinguatur; ἀλλά, inquit, πλείων καὶ ἐπὶ πολύ. i. *ſed validius & quod diutius poſſit permanere*. ſimulque contingat, ut ſubvolet in eum locum probè temperata exhalatio, aptaque, ut incendatur: tum, inquit, ἀστὴρ τοῦτο γίνεται κομήτης. i. *id ſidus crinitum fit.* figuram eam dat Cometæ, ὅπως ἂν τὸ ἀναθυμιώμενον τύχοι. i. *quamcunque ſurrecta exhalatio contraxerit.* aliquando, ἐὰν πάντη ὁμοίως ἐσχηματισμένος, κομήτης. i. *Si undique ſimilis fuerit, Cometa*: & aliquando, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος καλεῖται πωγωνίας. i. *Si autem oblonga, pogonias.* i. *barbata, dicitur.* Cum ſtella cometen convenire docet, ubi ait: ὥσπερ δ' ἡ τοιαύτη φορά, ἀστέρος φορὰ δοκεῖ εἶναι· οὕτω καὶ ἡ μονή, ἀστέρος μονὴ δοκεῖ εἶναι. i. *ut autem hujuſmodi latio, ſtellæ latio: ſic & ſtatio ſtellæ ſtatio videtur eſſe.* & in ſeq. comparat Cometam cum ſtellis tranſcurrentibus & cum paleæ ſuccenſæ cumulo.

&

& deinceps dividit eum in Cometen per se, & stellam Comatam: eamque comam, quæ stellæ adhæret, confert cum solis & lunæ comis, firmatque, ἀρχὴν συστάσεως. i. *Principium constitutionis* Cometæ esse ἐν αὐτῷ τῷ κάτω τόπῳ, i. *in inferiore loco existere.* licet non neget, sub aliqua stella aut errantium aut cælo affixarum motionis opera constare exhalationem, & sic ex iis fieri Cometen. Et, quæ corona vel coma stellis fixis, lunæ aut soli, circumdata videatur, eam vult fieri in aëre per refractionem luminis. Quod ignea sit cometarum materia; inde manifestum esse vult, quod ventos indicent, & siccitatem: uti loco citato probat. Motum Cometarum sic exhibet: ὅταν μὲν οὖν κατ᾽ ἀστέρα γένηται ἡ τοιαύτη σύγκρισις, τὸν αὐτὴν ἀνάγκη φαίνεσθαι φορὰν κινούμενον τὸν κομήτην, ἥνπερ φέρεται, ὁ ἀστήρ· ὅταν δὲ συστῇ καθ᾽ αὐτόν, τότε ἀπολειπόμενος φαίνεται. i. *Cum igitur juxtà stellam aliquam talis concretio facta fuerit, Cometes eodem, quo stella, motu ferri videatur, necesse est. Cum verò, per se constiterit, tum subsidens & relicta videtur.* ratio: τοιαύτη γὰρ ἡ φορὰ τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὴν γῆν. i. *nam latio mundi, qui circa terram est, agnoscitur ejusmodi.*

 modi.

modi. Cometen non esse per reflectionem ad sidus, sub quo est, nec per reflectionem ad solem, dum sit per se, ibidem quoque ostendere conatur. Cur nec plures, nec sæpe, nec extra tropicos Cometæ fieri & apparere soleant, causam conjicit in solis astrorumque lationem; quæ non modò calidum secernit; verum etiam id segregat, quod consistit: quoque in lactei circuli, de quo mox, regionem magna exhalationum copia ingrediatur.

CAP. XIX.

De Galaxia *quid affirmet Aristoteles, breviter ostenditur.*

Pythagoricorum, lac, esse combustionem vel aliam similem cœli affectionem dicentium: Et Anaxagoræ & Democriti, illud esse quorundam siderum, quæ sol motu suo non aspicit, lumen, asserentium refutatis sententiis, Aristoteles lib. 1. meteor. c. 8. *Galaxiam* meteoron, quoque facit. prioribus enim Cometarum sumptis hypothesibus ait; multarum stellarum lationem ἐκπυρίζειν ἀέρα καὶ διακρίνειν. *i. ignem excitare* &c. & quidem ea in regione, καθ' ὃν τόπον πυκνότατα καὶ πλεῖστα καὶ μέγιστα τυγχάνει ὄντα τῶν ἄστρων.

i. in

i. *in qua densissimæ & plurimæ & maximæ sunt stellæ.* ideo vult; τὴν ζωδίων τόπον διὰ τ τȣ ἡλίȣ φορὰν καὶ τὴν πλανητῶν διαλύειν τ τοιαύτην σύστασιν. i. *signorum locum ob solis & errorum lationem hujusmodi constitutionem attenuare & dissolvere.* halitum autem qui est sub circulo, in quo lac spectatur, lactis causam esse vult, probatque ex eo, quod locus ille multas & magnas habeat stellas, quæ halitum trahant: extrâ tropicum halitum à Planetis non dissolvi: &, in ea circuli illius parte, quæ candorem duplo majorem præfert, majus etiam esse lumen: cum & ibi majores densioresque sint stellæ, quàm in altera. Deinde à simili sumpta ratione, id est, à Cometarum causa; ὡς εἰρημένη μετρίως. i. *tanquam quæ mediocriter dicta*, verisimilius pronunciari existimat, quæ prolata, de lacteo hoc circulo. Nam quæ ibi affectio circa unam stellam existat, τȣτο, inquit, περὶ κύκλον τινὰ συμβαίνει γίνεσθαι τὸ αὐτό. i. *hanc eandem circa circulum effici contingit.* & sic lac illud ei est ἡ τȣ μεγίστȣ διὰ τ ἐκκρισιν κύκλȣ κόμη. i. *facta per secretionem maximi circuli coma.* denique sententiam suam probat ex eo, quod rari Cometæ sint, quibus sub-

trahitur materia, & quidem, διὰ τὸ συνεχῶς ἀποκεκρίσθαι τε καὶ ἀποκρίνεσθαι καθ' ἑκάστην περίοδον εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀεὶ τὴν τοιαύτην σύστασιν. 1. *quod talis constitutio in hunc semper locum & continuè excreta sit & per singulas excernatur circuitiones.* stellarum vagantium (i. e. novarum) naturam, ut etiam meteoris accenseat Phil. vide lib. 1. meteor. c. 4. nunc de reliquis meteoris.

CAP. XX.

Flammæ succensæ, faces, capræ & stellæ discurrentes *inter meteora ignita computata. quæ sunt, &c. exponitur ex Phil.*

DE flammis succensis, facibus, capris, & stellis discurrentibus agit Philosophus lib. 1. meteor. c. 4. ubi, ut materiam illis suppeditet geminam, vult fieri exhalationem incalescente à sole terra: τὴν μὲν, inquit, ἀτμιδωδεστέραν· τὴν δὲ, πνευματωδεστέραν· τὴν μὲν οὖν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τῇ γῇ ὑγροῦ, ἀτμίδα· τὴν δ' αὐτῆς τῆς γῆς οὔσης ξηρᾶς· καπνώδη. 1. *alteram vaporosam: alteram magis spirituosam: humidi quidem exhalationem, quod in terra, & super terram existit, Vaporem. terræ vero præacidæ existentis, fumidam* exhalatio-

tionem. Igneorum autem meteororum materiam exhalationem siccam facit, quam in sphæra ignis (quæ τὸ περὶ τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον dicitur) infra lunam hærere dicit. & succensionem fieri, ut ignis appareat, per μικρὰν κίνησιν. i. *exiguum motum*, existimat. ὥσπερ, inquit, τὸν καπνὸν ἐκκάεσθαι. i. *ut fumus accenditur.* flammam autem illam πνεύματος ξηροῦ ζέσιν esse dicit. i. *fervorem spiritus aridi.* illumque motum causari, cœlum sua conversione. distinctionem flammarum sumit ex situ & copia materiæ. Si longitudinem & latitudinem habeat succensio, vult sæpe videri καιομένην φλόγα, ὥσπερ ἐν ἀρούραις καιομένης καλάμης. i. *flammam collucentem, propemodum ut in arvis fit, succensis calamis.* Si autem longitudinem duntaxat habeat, tum fieri dicet, τοὺς καλουμένους δαλοὺς καὶ αἶγας καὶ ἀστέρας i. *quos vocant torres; nec non capras & vagas utcunque stellas.* Si in longitudinem magis, quam in latitudinem succensio porrigatur, cum ἀποσπινθηρίζῃ ἅμα καιόμενον, αἶγα καλεῖσθαι. i. *quasdam velut scintillas dispuere videtur, nominari capram*, vult. fieri autem illud dicit, διὰ τὸ παρεκπυροῦσθαι, κατὰ μικρὰ μὲν, ἐπὶ ξε-

χὴν δὲ. i. *quia minutatim quidem, sed priore parte ignem obiter excipit.* ſed cum hæc affectione caret, δαλὸς. i. *torris*, ei vocatur. *ſtellas autem excurrentes* (διάττοντας) apparere vult, cum exhalationis longitudo in multas ſimul & exiguas partes diſſeminata eſt. & latitudo & craſſitudo ſe conſimiliter habent. interdum autem, vult, exhalationem illam motionis opera deflagrantem, eadem gignere: Interdum vero ab aere ob refrigerationem conſiſtente calidum ſecerni extrudique; & inde fieri, ut eorum delatio, (ῥίψει) projectioni magis, quàm incenſioni ſimilior ſit. & juxtà eum diſceptari poſſet, an ejuſmodi ſtellarum excurſus, haud aliter proveniant, quàm, cum lucernæ ſubdita exhalatio è flamma ſupera inferam reaccendit, an corporis cujuſdam projectiones exiſtant. utrumque fieri, ille exiſtimat. Duplicem quoque locum illis igneis imaginibus concedit Phil. Nam, quæ in ſuperiore inveniuntur loco, ἐκκαιομένης τῆς ἀναθυμιάσεως. i. *conflagrante exhalatione* fieri, exiſtimat: quæ verò in inferiore, ἐκκρινομένης. i. *ſecretione* ejus exhalationis provenire; quod ea, quæ ſit humidiuſcula, frigeſcat & coagmentetur.

ratio: αὕτη γὰρ συνιοῦσα καὶ κάτω ῥέπουσα ἀπωθεῖ πυκνουμένη καὶ κάτω ποιεῖ τοῦ θερμοῦ τὴν ῥίψιν. 1. *nam hæc cum coït, spissaturque, deorsum vergendo, id propellit ac contorquet infernè, quod caloris est particeps.* Cum autem illarum stellarum delatio magna ex parte obliqua est, causam quærit & ponit in duabus lationibus, quarum altera vi infernè, altera naturâ supernè juxtà lineam dimetientem fieri dicitur. ergo omnium materia est exhalatio: causa vero efficiens, aut supera latio aut aëris concrescentis conglutinatio. Infrà lunam autem eam fieri, colligit è motuum celeritate. *Phasmata* etiam in cælo exhibere noctibus serenis, docet Aristoteles lib. 1. meteor. c. 5. quibus exprimit χάσματα, βοθύνους καὶ αἱματώδη χρώματα. 1. *hiatus, foveas, & colores sanguineos.* omnibus eandem causam assignat. 1. apparentiam & nihil absurdi esse, statuit; si idem aër coruscans varios præferat colores. ratio: διὰ τε γὰρ πυκνοτέρου διαφαινόμενον ἔλαττον φῶς καὶ ἀνάκλασιν δεχόμενος ὁ ἀὴρ, παντοδαπὰ χρώματα ποιήσει· μάλιστα δὲ φοινικοῦν, διὰ τὸ ταῦτα μάλιστα ἐκ τοῦ πυρώδους καὶ λευκοῦ φαίνεσθαι μιγνυμένην κατὰ τὰς ἐπιπροσθέσεις. 1. *nam tam lumen minus per den-*

densius transparens corpus, quàm aer refractionem suscipiens, colorum varias ac multiplices facit visiones: imprimis verò punicei ac purpurei; quod hi potissimum mixtum ignei candidique altero alteri superindito temperari soleant. & quod parvo tempore illi colores durent. causam ponit in constitutione, quæ citò absumitur. *Hiatum* autem fieri vult ἀναῤῥηγνυμένου τοῦ φωτὸς ἐκ κυανέου καὶ μέλανος. 1. *lumine interrupto cærulei atrive coloris interventu*; unde τὸ βάθος ἔχειν δοκεῖ. 1. *profunditas inesse videatur.* Et ejusmodi etiam *torres* frequenter excidere existimat, ubi amplius concreverit. alios insuper gigni in cælo colores, qui non appareant, ibidem etiam docet. nunc de iis, quæ in inferiore aëre gignuntur, agendum.

CAP. XXI.

De nube, nebula, pluvia, rore, pruina, nive *&* grandine *agitur secundum mentem Aristotelis.*

DE *meteoris*, quæ in aëre generantur, agit Phil. lib. 1. meteor. c. 9. ubi causam eorum ponit in motu solis, qui fit per Zodiacum. efficientem & materiam existimat esse; quando manente terra, humor, qui circa eam est, à solis radiis & ab

ab alio calore supero ἀτμιδούμενον φέρεται ἄνω· τῆς δὲ θερμότητος ἀπολιπούσης τῆς ἀναγούσης αὐτὸ, καὶ τῆς μὲν, διασκεδαννυμένης πρὸς τὸν ἄνω τόπον· τῆς δὲ καὶ σβεννυμένης, διὰ τὸ μετεωρίζεσθαι πορρώτερον εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, ἀέρα, συνίσταται πάλιν ἡ ἀτμὶς ψυχομένη διά τε τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ καὶ τὸν τόπον, καὶ γίνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος· γινόμενον δὲ φέρεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν. i. *in vaporem conversus in sublime tendit: calore verò, cujus opera fungebatur, vaporem deserente atque altero in superum locum disperso, altero etiam extincto, qui longius in aërem, qui suprà terram est, evehatur, vapor, frigore contracto ob caloris destitutionem atque loci naturam rursus consistit: & ex aëre fit aqua, quæ postea quàm penita est, rursum in terram defertur.* vaporem autem dicit esse ἀναθυμίασιν τὴν ἐξ ὕδατος. i. *exhalationem, quæ ex aqua orta est.* νέφος. i. *nubes* ci est, ἡ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ. i. *quæ ex aëre in aquam mutatus* sc. vapor. Et ὁμίχλη. i. *nebula,* νεφέλης περίττωμα τῆς εἰς ὕδωρ συγχείσεως. i. *nubis in aquam concreta superfluitas.* vide seq. *pluviæ* autem guttas ψακάδας facit, ὅταν κατὰ μικρὸν φέρεται. i. *cum minutius descendit.* & ὑετὸν, i. *pluviam,* ὅταν κατὰ μείζω μόρια φέρεται.

ϕέρεται. 1. *cum per partes majusculas fertur.* de *rore* & *pruina* sic loquitur: ἐκ δὲ τῆς καθ' ἡμέραν ἀτμίζοντος, ὅσαν ἂν μὴ μετεωρισθῇ διὰ ὀλιγότητα τοῦ ἀνάγοντος αὐτὸ πυρὸς πρὸς τὸ αναγόμενον ὕδωρ, πάλιν καταφερομένων, ὅταν ψυχθῇ νύκτωρ, καλεῖται δρόσος καὶ πάχνη. 1. *ex eo, quod interdiu evaporat, quantumque, quod attolli in sublimè nequiverit, ob caloris ipsum elevantis ad vaporem, qui surrigitur, parvitatem, cum rursum descendit, concepto per noctem frigore, ros & pruina vocitatur.* pruinam autem dicit hyeme & frigidioribus in locis fieri, cum vapor fuerit antè conglaciatus, quàm sursum in aquam concreverit. rorem vero in temperatioribus locis & per temperiem maximè provenire. cum in aquam vapor fuerit densatus & nec tepor tantas habeat vires, ut vaporem gelare propter vel loci vel temporis naturam calentiorem queat. additque; & *rorem* & *pruinam* nisi serena nocte & à ventis silente, nasci: neque, cum vapor non longè à terra attollitur pruinam in montibus gigni. cujus rei binas in seq. dat causas. adseverat autem ubique rorem fieri flante Austro, non Aquilone; præterquam in Ponto, ubi contrarium obtine-

tinere vult. examina cauſas .ibidem memoratas. Cum pruina Phil. cap. XI. confert. *nivem*. ubi: ὅταν παγῇ τὸ νέφος, χιών ἐστιν· ὅταν δ' ἡ ἀτμὶς, πάχνη. I. *cum nubes fuerit congelata, nix: cum vapor, pruina emergit*, loci tantum differentiâ. non enim, ut ille, niſi frigus dominaretur, coaleſceret, cum multam adhuc retinent caliditatem: nam in nube multus adhuc calor ineſt, qui ſupereſt ex eo igne, qui à tellure humorem in vaporem converſum ſuſtulit. exiſtimat autem, nihil inferius gigni, quod grandini proportione reſpondeat. χάλαζαν. I. *grandinem*, cap. XII. vult eſſe κρύσταλλον. I. *glaciem*, concreſcente per hyemem aqua: plerunque autunmo fieri; æſtate autem & hyeme rarenter: cum non admodum magnum exiſtit frigus. & in locis temperatioribus fieri grandines, nives in frigidiuſculis. Cauſam grandinis Anaxagoras aëris ambientis frigus conſtituit. quem tribus argumentis refutat Ariſtoteles. & ſuam grandinis & pluviæ quærit in ἀντιπεριστάσει. vult enim frigus tempore calidiuſculo introrſum per antiperiſtaſin coactum ob circumdantem calorem interdum celeriter aquam ex nube facere, interdum grandinem.

dinem. unde elicit: διὸ καὶ ψεκάδες πολὺ μείζους ἐν ταῖς ἐλεειναῖς γίνονται ἡμέραις ἢ ἐν τῷ χειμῶνι καὶ ὕδατα λαβρότερα: λαβρότερα μὲν γὰρ λέγεται, ὅταν ἀθροώτερα; ἀθροώτερα δὲ διὰ τὸ τάχος τῆς πυκνώσεως. 1. *quocirca & multo majores stellæ & aquæ impetuosiores æstuantibus diebus; quàm hyberno tempore fiunt. impetuosiores namque dicuntur, cum densiores ex alto ruunt. quod profectò evenire solet ob concretionis celeritatem.* vult enim quod dixit, nubem pati ubi descendit in calidum aëra, & tum maximè, cum in maximè calidum incidit. Et, si frigus magis in profundum coactum fuerit ab exteriore calore} qui fecerit aquam, conglaciat magis, & emergit grando. quò propiùs autem & repente magis concretio facta fuerit, eò & aquæ impetuosiores & stillæ atque grandines majores evadunt, quod per brevem ferantur locum. affirmatque, grandinem ideo minus æstate, quàm vere & antumno; magis tamen quàm hyeme fieri solere. quia aër per æstatem calidior; verno autem tempore adhuc humidus sit, antumno jam humescat. celerius autem concrescere vult, id quod est calefactum. Exempla in seq. vide. nunc de ventis.

CAP.

CAP. XXII.

De ventis *breviter ex Philosopho disseritur.*

ARistoteles lib. 1. meteor. cap. x. examinat sententias Veterum, aut aërem motum *ventum* constituentium: aut eandem venti materiam facientium cum ea, quæ est nubis & aquæ: aut unum tantummodo ventum esse, contendentium. Venti autem naturam & ortum explicat ille lib. 2. meteor. c. 8. præmisso, quod duplex sit halitus, humidus & siccus, & uterque misceatur; quodque sol accessu suo attrahat vaporem & discessu dimittat in terram: nec non, quod terra in se teneat caloris semina: & quod exhalatio vapida & humida gignatur. pluviæ autem causam putat esse exhalationem humidam, & ventorum, siccam. sic enim in textu legitur: τούτων δ' ἡ μὲν ὑγροῦ πλέον ἔχουσι πλῆθος ἀναθυμίασις, ἀρχὴ τοῦ ὑομένου ὕδατός ἐστιν· ἡ δὲ ξηρὰ, τῶν πνευμάτων ἀρχὴ καὶ φύσις πάντων. pòst illam sententiam suam confirmat, refutatis Veteribus suo more. Ventorum motum describit lib. 2. meteor. c. 9. ubi: ἡ δὲ φορὰ, λοξὴ αὐτῶν ἐστι. 1. *Spiritus tramite obliquo ferri assolent.* An autem Ventis initium sit è

ſupero aut infero loco, quærit ibidem, & reſpondet; quod ventorum motio deſuper fiat, & antequam ſpirent illi, illuſtretur aër, ſi nubilus caliginoſuſve fuerit: ratio: σημαίνει γὰρ κινουμένην πνεύματος ἀρχὴν πρὶν φανερῶς ἐληλυθέναι τὸν ἄνεμον, ὡς ἄνωθεν αὐτῶν ἐχόντων τὴν ἀρχήν. i. *quippe cum nubis motio, flatus initium, priusquam ad nos apertè venerit, portendat, tanquam flatu deſuper originem habente.* cum autem illi ventus ſit quædam ſiccæ exhalationis, quam tellus profundit, copia, per terram currens, motionis initium ab alto venire, materiei & ortus ab imo, planum eſſe vult, ἡ γὰρ, inquit, ῥεύσεται τὸ ἀνιὸν, ἐκεῖθεν τὸ αἴτιον. i. *nam qua parte, quod aſcendit, inclinarit, inde ſui curſus cauſam ſortitur.* ortum autem refert ad terram, ut in ſeq. videre eſt. Et cur venti debiliores & velociores ſive illuſtriores ſint, ibidem. nam exiſtimat flatuum initia multis exhalationibus ſenſim coeuntibus exultare, quemadmodum amnium fontes, terra humorem fundente, fiunt. ventos autem minimos eſſe, vult, cum ſinguli ſpirare cœperunt. At, ubi longius ſe protraxerint, ingenuos (λαμπροὺς) venire. Regionem autem quæ ſeptentrionibus

bus subdita est, per hyemem tranquillari nec ullum flatum sentire, existimat. addit: ἀλλὰ τὸ κατὰ μικρὸν ἀναπνέον καὶ λανθάνον, ἔξω προϊὸν, ἤδη πνεῦμα λαμπρὸν γίνεται. 1. *At quod paulatim exspirat, atque eodem in loco latet; id, ubi præteriit, jam spirans evadit illustrius.* Quomodo autem sol exhalationem siccam attrahens ventos excitet & sedet, & ortum eorum impediat, explicat cap. 10. item, quid de anniversariis ventis sit finiendum, c. XI. & quid de numero, nominibus, situ contrarietate & mutatione ventorum, cap. XII. de mutatione & affectu eorum, c. 13. hæc de ventis breviter: nunc de tonitru & fulgure: de procella, typhone, prestere & fulmine: item de area, iride, pareliis & virgis.

Cap. XXIII.

De tonitru, fulgure, ecnephia, typhone, prestere, fulmine, Argi & Psoloente *&c. differitur ex Arist.*

Quod *tonitrui* causa sit exhalatio sicca, nubibus inclusa, quæ ambientibus nubibus incurrit, & excernitur, docet *Aristoteles* lib. 2. meteor. c. 18. ubi vult nubium constitutionem ad supremum terminum densiorem evadere. & hoc con-

tingere, ἢ ἐκλείπει τὸ θερμὸν διακρινόμενον εἰς τὸν ἄνω τόπον, ταύτην πυκνοτέραν καὶ ψυχροτέραν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν σύστασιν. i. *qua calor sequestratus superiorem in locum deficit, hanc constitutionem densiorem esse, frigidioremque necesse est.* Ideo existimat & fulmina & procellas & omnia ejusdem generis deorsum ferri. calorem autem dicit in superiorem locum spargi solere. fieri autem tonitru; ὅσον ἐμπεριλαμβάνεται τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως ἐν τῇ μεταβολῇ ψυχομένου τοῦ ἀέρος, αὕτη συνιόντων τῶν νεφῶν ἐκκρίνεται· βίᾳ δὲ φερομένη καὶ προσπίπτουσα τοῖς περιεχομένοις νέφεσιν, ποιεῖ πληγήν, ἧς ὁ ψόφος καλεῖται βροντή. i. *quantum aridæ exhalationis in mutatione frigescentis aëris intercipitur, id coeuntibus nubibus excernitur: quod cum vi feratur & ambientibus nubibus incurrit, ictum facit, cujus sonitus tonitru nuncupari solet.* & fieri dicitur, ut sonus, cum exhalatio inclusa rumpitur. cumque ἐν τοῖς νέφεσι γιγνομένη ἡ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν νεφῶν εἰσπίπτουσα ποιεῖ τὴν βροντήν. i. *Spiritus secretio, quæ in ipsis nubibus fieri solet, cum nubium densitati ingruit, tonitru excitat.* sonitus autem varietatem in tonitru arcessit ex inæqualitate nubium, & cavernis,

quæ

quæ in iis ſunt, in quibus denſitatis continentia deficit. Diffindunt autem & diſſipant tonitrua, non ſono, ſed ſpiritu. ὅτι ἅμα συγκρίνεται τὸ τὴν πληγὴν ποιῆσαν καὶ τὸν ψόφον πνεῦμα· ὃ ἐὰν πατάξῃ, διέσχισεν· ἐπέκαυσε δ' οὔ. i. *cum ſpiritus tam ſonum, quàm ictum efficiens, una cum illis excernitur: qui ſi percutiat, findere, non urere ſolet.* ſic Philoſophatur, lib. 3. meteor. c. 2. *fulguris* cauſam priore loco dat his verbis: τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἐκθλιβόμενον, τὰ πολλὰ μὲν ἐκπυροῦται λεπτῇ καὶ ἀσθενεῖ πυρώσει· καὶ τοῦτ' ἔστιν, ἣν καλοῦμεν ἀστραπήν· ᾗ ἂν ὥσπερ ἐκπίπτον τὸ πνεῦμα χρωματισθὲν ὀφθῇ· i. *Spiritu autem qui extinguitur, fere conflagrat tenui & imbecilli ardore. atque id eſt, quod vocant fulgetrum, quo ceu tinctus excidens ſpiritus videri poteſt.* dicitque fieri μετὰ τὴν πληγὴν καὶ ὕστερον τῆς βροντῆς. i. *poſt ictum atque tonitru.* licet prius cernatur, quam audiatur; διὰ τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς. i. *quoniam viſio auditum prævertit.* vide in ſeq. plura: ubi & Veterum adverſarias ſententias refellit. Cum flatus excernitur in partes exiguas & ſparſim diffunditur, & ſæpe fit ac perflat atque ſubtilior eſt, tonitrua dicitur edere & fulgura: ſed, ἂν τὸ πνεῦμα, inquit lib.

 3. me-

3. meteor. c. 1. ἀθρόον καὶ πυκνότερον, ἧττον δ' ἐκκριθῇ λεπτὸν, ἐκνεφίας ἄνεμος γίνεται. 1. *Si universus flatus & densior ac minus subtilis expressus fuerit, procellam gignit, quæ vocatur Græcis ecnephias.* Statuitque, celeritatem excretionis robur adferre. &, ut pluvia multa accedat, fieri magnam ac continentem secretionem, cum & in adversam partem exhalationum copia tetendit: & cum ambo in materia insunt potentiâ, & utriusque facultatis principium sit, quod è materia coexcernitur, cujuscunque copia major fuerit, abnudantius subsequi solet, ut sit exhalationis pars altera, imber, illius, altera ecnephias. *Typhonem* & presterem creavi vult Phil. ὅταν τὸ ἐκκρινόμενον πνεῦμα, τὸ ἐν τῷ νέφει, ἑτέρῳ ἀντιτυπήσῃ. 1. *cum flatus, qui in nube erat excretus alteri incurrendo repercutitur.* perinde cum ex lato in angustum adigitur in portis viisque. & ob id, inquit, γίγνονται οἱ δῖνοι καὶ ἐν τοῖς νέφεσιν ὁμοίως κατὰ τὴν ἀρχήν. 1. *vertigines in terra & in nubibus similiter juxtà principium fiunt.* addit quoque; cum procella fit, semper nubes excerni & continuum oriri ventum: sed heic nubis semper continuitatem subsequi: *vertiginem*

nem autem fieri, cum repellitur prima corporis ad hunc modum fluentis pars. propterea, quod illa nequaquam cedat, aut ob loci anguftias, aut, quod in frontem alius aliquis afflet fpiritus: &, ne ulterius procedat, arceat, aliudque à tergo impellat, quo neceffariò cogatur in latus, & qua parte non prohibeatur, fe vertat in circulum. præcipitari autem vult §. 6. cum ob nubis denfitatem impotens ab ipfa flatus fecernitur, inque orbem primò convertitur. in præceps autem ferri, cum continuè nubes denfantur, qua parte calor excidit: καλεῖται δ', inquit, ἂν ἀχρωμάτιστον ᾖ, τοῦτο τὸ πάθος τυφῶν, ἄνεμος ὤν, οἷον ἐκνεφίας ἄπεπτος. 1. *quare hæc affectio coloris expers vocatur Typhon: qui quidem ventus eft, velut ecnephias, inconcoctus.* quod autem Aquilonius non fit *typhon*, neque nive jacente, ecnephias, in feq. exponit. *Prefterem* autem generari vult, ὅταν, ut ille, καὶ κατασπώμενον ἐκπυρωθῇ (τοῦτο δ' ἐστὶν, ἂν λεπτότερον τὸ πνεῦμα γένηται) καλεῖται πρηστήρ. 1. *cum fpiritus, qui è nube detrahitur ardens accenfufque fuerit. quod quidem accidit; fi tenuior efficiatur, prefter vocatur.* ratio: συνεπιμπρησι γὰρ τὸν ἀέρα τῇ πυρώσει χρωματίζων. 1. *in-*

incendit enim simul aërem, adeo ut ardore ipsum inficiat. Fulmen (κεραυνὸν) fieri statuit §. 12; ἐὰν δ' ἐν αὐτῷ τῷ νέφει πολὺ καὶ λεπτὸν ἐκθλιβῇ πνεῦμα. i. *cum ex ipsa nube multus ac tenuis expressus fuerit flatus.* haud dissimiliter fit *Arges.* i. *clarum,* Poetis memoratum. ἐὰν scilicet πάλιν λεπτὸν, οὐκ ἐπικαίον, διὰ λεπτότητα. i. *si admodum tenue fuerit; sed præ levitate non adurat.* ψολόεντα. i. *Psoloen,* quasi dicas, *fumidum,* ἐὰν ἧττον ἐπικαίον. i. *si minus adurat.* illudque vult ob essentiæ tenuitatem ferri; sed ob motus celeritatem antè penetrare, quàm ut adurat & morâ interjecta infuscet. quomodo autem fulmina porosa corpora terebret & dura liquet, in seq. tradit. ubi semper spiritum fulmina præcedere comitarique, non cerni, existimat: & ideo minus quati omne, & afflari, quàm percuti, cum spiritus ocior fulmine sit. nunc de area sive corona, & pareliis ac virgis.

CAP. XXIV.

Quid Halo, Parelius & Virga, *ostenditur ex Philosopho.*

AReæ sive Coronæ (ἅλω Græcis est) tria phænomena enumerat Philosophus lib. 3. me-

3. meteor. c. 2. in quibus spectetur forma ejus, locus & tempus apparitionis. sic in textu: ὁ μὲν ἅλω φαίνεται πολλάκις κύκλος ὅλος. 1. *area plerumque completa circuli forma cernitur.* &, γίνεται περὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ περὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἄστρων. 1. *fitque circa solem & lunam ac splendida astra.* Et: ἔστι δ' οὐδὲν ἧττον νυκτὸς ἢ ἡμέρας· καὶ περὶ μεσημβρίαν ἢ δείλην· ἕωθεν δ' ἐλαττονάκις καὶ περὶ δύσιν. 1. *præterea non minus noctu, quàm interdiu, & horis antemeridianis, quàm postmeridianis: mane vero & circa solis obitum varius.* causæ Phænomenωn dantur, cap. 3. ubi aspectum ejus fieri dicit τῇ ἀνακλάσει τῆς ὄψεως. 1. *refractione visus:* συνισταμένου τοῦ ἀέρος καὶ τῆς ἀτμίδος εἰς νέφος, ἐὰν ὁμαλὸς καὶ μικρομερὴς συνισταμένη τύχῃ. 1. *cum vapidus aër in nubem concrescit, dummodo consistens æquabilis sit ac partibus constet exiguis.* & ideo, cum vapor consistat & atri coloris sit, aquæ signum dari existimat: cum dissipatur aut emarcessit, minimè. cum dissipatur, flatum significari, cum emarcescit, serenum. vide seq. quod autem Halo non è regione astri, sed circa astrum appareat §. 8. sic docet: ἀνακλᾶται δ' ἀπὸ τῆς συνισταμένης ἀχλύος περὶ τὸν ἥλιον ἢ

τ̃ σελήνlω ἡ ὄψις· διὸ ὐκ ἐξ ἐναντίας, ὥσπερ ἶρις, φαίνεται. 1. *refringitur autem aspectus à caligine, quæ circa solem lunamque consistit. quocirca area non è regione, perinde ut arcus, apparet.* formam autem orbicularem rei tribuit; πάντοθεν ὁμοίως ἀνακλωμένης. 1. *cum ex æquo undique modo refringitur aspectus.* ratio optica ci est: cum ἀπὸ τ̃ αὐτῦ σημείυ πρὸς τὸ αὐτὸ σημεῖον αἱ ἴσαι κλασθήσονται ἀπὸ κύκλυ γραμμαὶ ἀεί. 1. *cum lineæ æquales ab eodem puncto ad idem ducta punctum, semper super circuli lineam. franguntur.* demonstrationem Mechanicam vide in seq. Phænomena παρηλίων καὶ ῥάβδων. 1. *Pareliorum ac Virgarum sive bacillorum*, tradit *Arist.* lib. 3. meteor. c. 2. §. 9. ubi dicit semper ἐκ πλαγίας γίνεσθαι. 1. *ex obliquo effici*, καὶ ὔτε ἄνωθεν, ὔτε πρὸς τῇ γῇ, ὔτε ἐξ ἐναντίας, ὐδὲ δὴ νύκτωρ, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τ̃ ἥλιον. 1. *& nec suprà solem nec infrà prope terram nec è regione, nec etiam noctu; sed semper circa solem.* Et addit; apparere, aut sole ascendente, aut descendente: occidente frequenter: & cœli umbilicum perreptante, rarò. causam illorum phænom: conjicit in refractionem & differentiam, ac in modum refringendi. quomodo autem fiat

fiat *Parelius*, pleniùs docet lib. 2. meteor. c. 8. ubi: γίνεται παρήλιος μὲν, ἀνακλωμένης τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον ἀπό τινος. 1. *cum solem versus refringitur aspectus.* *Virgas* autem fieri dicit, διὰ τὸ προσπίπτειν τοιαύτην οὖσαν τὴν ὄψιν, οἵαν εἴπομεν ἀεὶ γίγνεσθαι, ὅταν πλησίον ὄντων τοῦ ἡλίου νεφῶν. ἀπό τινος ἀνακλασθῇ τῶν ὑγρῶν πρὸς τὸ νέφος. 1. *Virgæ autem fiunt, propterea, quod aspectus talis, qualem semper fieri diximus, quoties nubibus prope solem consistentibus ab aliquo humido effringitur, ad nubem se applicat.* dicitque nubes cum in directum spectantur, coloris expertes esse; cum vero in aquam, plenas virgarùm esse. tumque, cum in aqua spectantur, colorem nubis esse. in seq. plenius virgarum & pareliorum causas exequitur, quæ omnia dicto loco & legantur & examinentur: nunc sequitur compendiaria Iridis tractatio.

Cap. XXV.

Iridis *apparentiæ & causæ dantur ex Aristotele.*

Ἶρεως (*Arcus*) phænomina exhibentur à Philosopho lib. 3. meteor. c. 2. non circularem præferre figuram; sed ad summum, semicircularem §. 5. tradit in hunc mo-

modum: 1. ἡ ἶρις οὐδέποτε γίνεται κύκλος, οὐδὲ μεῖζον ἡμικυκλίου τμῆμα. 1. *arcus autem cælestis nec unquam circulus evadit, nec major quam dimidiá circuli formâ sectio.* &: καὶ δύνοντος μὲν καὶ ἀνατέλλοντος, ἐλαχίστου μὲν κύκλου, μεγίστη δ' ἡ ἀψίς· αἰρομένου δὲ μᾶλλον, κύκλου ἢ μείζονος, ἐλάττων δ' ἡ ἀψίς. 1. *& occidente & oriente minimi circuli maximus ambitus: cum autem & elevatur magis, circuli majoris minor ambitus.* 2. *tempus* notat: μετὰ μὲν τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν, ἐν ταῖς βραχυτέραις ἡμέραις, πᾶσαν ὥραν γίγνεται τῆς ἡμέρας ἐν ταῖς θεριναῖς οὐ γίνεται περὶ μεσημβρίαν. 1. *post autumni æquinoctium die decrescente, quacunque hora fit: æstate vero per meridiem non cernitur.* 3. *numerum:* οὐδὲ δυοῖν πλείους ἴριδες γίνονται ἅμα. 1. *nec unquam plures simul sunt, quàm duo.* 4. *colorem:* τούτων δὲ τρίχρως μὲν ἑκατέρα, καὶ τὰ χρώματα ταὐτὰ καὶ ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἔχουσιν ἀλλήλαις· ἀμυδρότερα δ' ἐν τῇ ἐκτὸς, καὶ ἐξ ἐναντίας κείμενα κατὰ τὴν θέσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς, τὴν πρώτην ἔχει περιφέρειαν τὴν μεγίστην, φοινικίαν· ἡ δ' ἔξωθεν, τὴν ἐλαχίστην μὲν, ἐγγύτατα δὲ πρὸς ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἀνάλογον. 1. *horum autem quamvis uterque tricolor sit, atque eosdem pari numero ac reli-*

quus

quus, colores habeat: tamen, qui in exteriore sunt, obscuriores habentur atque ordine contrario positi. nam arcus interior primaria, quæ maxima est, circumferentiam puniceam gestat: exterior ultimam, quæ minima est; sed illi proxima, atque reliquas proportionabiliter. ex mistura hos colores negat oriri. inter puniceum & viridem interjacere vult ξανθόν. i. *flavum* colorem. Causas Phænomenωn *Iridis* inquirit & dat Phil. lib 3. meteor. c. 4. in refractionem liminis eas conjicit, præmissis, quod aspectus refringatur, ab aëre & aqua: quod refractio aspectus ab aëre fit vel ob aëris concretionem, vel ob aspectus imbecillitatem: quod in aëre & aqua non tantum fiat ἀνάκλασις. i. *refractio*; sed etiam διάκλασις. i. *perfractio*: quod refractio magis fiat ab aqua, quàm ab aëre: quod in guttis, prius, quàm pluere incipiat, oppositi astri color appareat, non figura: & quod color ille appareat continuus, dum guttæ videntur continuæ. Iridem fieri per refractionem, sic ostendit: ὅταν τοῦτον ἔχῃ τὸν τρόπον ὅ, τε ἥλιος καὶ τὸ νέφος καὶ ἡμεῖς ὦμεν μεταξὺ αὐτῶν, ἔσται διὰ τὴν ἀνάκλασιν ἔμφασίς τις. ἀλλὰ μὴν καὶ φαίνεται τότε καὶ οὐκ ἄλλως ἐχόντων, γιγνο-

γιγνομένη ἡ ἶρις. *i. quoties ſol & nubes ſe ad hunc modum habebunt, & nos ſolem inter & nubem erimus, apparitio quædam ob refractionem fiet. quin imò & tunc & non aliter habentibus illis, arcus in cœlo cernitur.* concludit pòſt: ὅτι μὲν οὖν ἀνάκλασις ἡ ἶρις τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι, φανερόν. *i. patet igitur, arcum eſſe refractionem viſionis in ſolem.* deinceps cum area ſeu corona confert arcum, dicens; iridem fieri, ex adverſo ſolis, aream vero circa eum. utramque quidem, refractionem eſſe; ſed colorum varietate diſtinctionem fieri. pòſt confert iridem cœleſtem cum aliis tribus, quarum prima eſt in lacernis; altera circa remos; tertia, quæ fit ob conſperſionem in loco ſoli oppoſito. Irides quot apparere ſolent, & diverſos earum colores, explicat Phil. lib. 3. meteor. c. 5. ubi præmittit hypotheſeων loco, rem lucidam in nigro aut per nigrum, colorem puniceum efficere: aſpectum longe protenſum, imbecilliorem & minorem reddi: Nigrum eſſe velut privationem, & conſpectum fractum, ut præ imbecillitate, quod nigrum eſt, magis nigrum faciat: & quod album eſt, minus album appareat. de coloribus utriuſque iridis affirmat,

firmat, quod ἡ μὲν ἰσχυροτέρα ὄψις εἰς φοινικοῦν χρῶμα μετέβαλεν· ἡ δ' ἐχομένη, εἰς τὸ πράσινον· ἡ δ' ἔτι ἀσθενεστέρα, εἰς τὸ ἀλουργόν· ἔπὶ δὲ τὸ πλεῖον οὐκ ἔτι φαίνεται. i. *validior aspectus colorem album in puniceum: proximus ab illo, in viridem: qui praeterea imbecillior est, in purpureum, mutare assolet.* aliorum colorem dicit esse insensibilem. unde concludit: διὸ δ' ἶρις τρίχρως φαίνεται· ἑκατέρα μὲν, ἐναντίως δέ· i. *quocirca & arcus tricolor: uterque quidem, sed opposito modo, apparet.* τὴν φοινικοῦν. i. *puniceum* in extima iride ponit. quia ἀπὸ μεγίστης περιφερείας πλείστη προσπίπτει ἡ ὄψις πρὸς τ' ἥλιον, μεγίστη δ' ἔξω. i. *aspectus à maxima circumferentia soli plurimus incurrit: extima, autem maxima est.* huic proximam & tertiam se habere dicit juxtà proportionem. cur *flavus* color? διὰ τὸ παρ' ἄλληλα φαίνεσθαι. i. *quia juxtà positi colores spectantur.* color autem puniceus juxtà viridem, quod albus appareat, caussam esse vult, quod ἐν τῷ μελανωτάτῳ νέφει μάλιστα ἄκρατος γίνεται ἡ ἶρις. i. *in nube nigerrima iris maximè pauca sinceraque fieri soleat.* addit: συμβαίνει δὲ ποτε ξανθότερον εἶναι· δοκεῖν τὸ φοινικοῦν· ἔστι δὲ τὸ ξανθὸν ἐν τῇ ἴριδι χρῶμα μεταξὺ τούτου φοινίκου

νίκȣ καὶ πρασίνȣ χρώματ@. διὰ τ̃ μελανίαν ȣ̃ν τῷ κύκλῳ νέφȣς, ὅλον αὐτῷ φαίνεται τὸ φοινικȣ̃ν, λευκόν. ἔστι γὰρ τὸ ἐκεῖνο λευκόν. i. *tunc enim accidit, ut color puniceus flavior esse videatur. flavum autem illud quod in Iride apparet, color est inter puniceum & viridem medius. Igitur ob nubis circumstantis nigrorem, quicquid ejus puniceum est, album apparet. nam puniceum ad illa album* est. & ut aliter etiam fit *flavedo*, sic indicat: ἀπομαραινομένης τ̃ ἴριδ@ ἐγγυτάτω, ὅταν λύηται τὸ φοινικȣ̃ν· ἡ γὰρ νεφέλη, λευκὴ ȣ̃σα παρασπίπτȣσα παρὰ τὸ πράσινον, μεταπίπτει εἰς τὸ ξανθόν. i. *emarcescente proximè terram Iride, cum dissolvitur, puniceum. nebula alba juxtà viridem se applicans, in flavum transire solet.* etiam hoc demonstrat in lunæ iride, quæ alba apparet: & per similia ignis & florum. De iride exteriore hoc affirmat, quod ἀμαυρότερα τοῖς χρώμασιν καὶ τῇ θέσει τὰς χρόας ἐξ ἐναντίας ἔχει κειμένας. i. *coloribus languidioribus sit, quos etiam situ diverso, atque prima, habeat.* cum μικρότερον ἀποτεινομένη ἡ ὄψις, ὥσπερ τὸ πορρώτερον ὁρᾷ καὶ τὸ ἐνταῦθα τ̃ αὐτὸν τρόπον. i. *aspectus longius procurrens ut quod remotius est, ita quod hic est, videt.*

In

In exteriore igitur iride ἀσθενεστέραν ἀνάκλασιν. i. imbecilliorem refractionem ponit; διὰ τὸ πορρώτερον ποιεῖσθαι τὴν ἀνάκλασιν. i. *quia remotiorem facit refr.* & ita color languidior fit. ordinem a. inversum fieri existimat; *quod se à minori & interiori circumferentia ad solem majore tradat.* ratio ei est; quia visio minus distans à propinquissima primæ iridi circumferentia refringitur; & minima exterioris iridis circumferentia propinquissima est. Plura vide de iis cap. 6. ubi & de figura iridis & magnitudine, quas demonstrat mechanicè. Et inter alia, iridis figuram, cum sol est in oriente, ideo semicircularem esse, quod radii visionis, ita ad nubem ferantur, ut duos efficiant conos, quorum basis est in nube; sed alterius vertex est in oculo: alterius, qui per reflectionem fit, in sole. ejus autem basis dimidiam partem ab horizonte auferri. propterea, quod centrum & polus iridis sint in diametro horizontis. Et quò altius sol suprà horizontem scandat, eò minorem fieri iridem. quod, quò altior est sol suprà horizontem, eò magis sub horizonte sint centrum & polus iridis. cap. 7. probare satagit, post æquinoctium autumnale Iri-

dem quacunque diei hora apparere posse; non autem post æquinoctium vernum. atque hæc de Iride. de mari nunc & fluminibus proximè tractandum.

CAP. XXVI.

De mari *&* fluminibus *breviter disseritur ex Philos.*

DE origine *maris* & salsedine opiniones Veterum enarrat Arist. lib. 2. meteor. c. 1. & refutat suo more cap. 2. & 3. ubi videri existimat ex eorum mente rationi convenire, ut totius aquæ corpus quoddam sit, à qua cum quid detrahitur, abscedit & cæteris admiscetur; perinde ac cæterorum quoque elementorum congesta moles est, atque initium quoddam multitudine constat: ut ignis in sublimi: aëris in loco ab igne secundo: terræ in eo, circa quem omnia sita sunt. putatque ille, *mare* ideo esse *salsum*, quod in eo aquæ dulcis quicquid est, calore solis in vapores convertatur & pluviis materiam det, dicens; τὸ μὲν λεπτότατόν τε καὶ γλυκύτατον ἀνάγεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ φέρεται διακρινόμενον καὶ ἀτμίζον εἰς τὸν ἄνω τόπον. I. *quantum profectò aquæ levissimum sit dulcissimumque assiduè eximi, in vaporem converti, & denique in altum sevocari vide-*

videtur, manente reliqua materia crassiore. pòst & colligit & docet, locum à mari occupatum, non esse locum maris, sed aquæ. & necessum esse, ut & aquæ, sicut reliquis elementis, suus sit locus, quem mare occupet. problema autem illud, cur aqua quæ mari ex fluminibus intrantibus miscetur, non compareat, explicat cap. 4. (al. 2 & 3.) durationem *maris* persequitur cap. 5. (aliis 3.) ubi & de æternitate ejus. *salsedinem* explicaturus cap. 6. (al. 3.) ejus tres causas ab aliis prolatas recitat. quarum prima est, quod terra intùs aqua tecta sit: deinde portione dulci à sole sublata, residuum aquæ (ut ante dictum) factum sit mare. Secundam ponit in terræ admistione, quæ fit ab invectis in mare fluminibus. tertiam, quæ est Empedoclis, quod salsedo sit sudor terræ, refutat diversis rationibus, quæ videantur dicto loco. suam autem sententiam cap. 7. (al. 3.) ut adprobet, præmittit, duplicem esse exhalationem, humidam & siccam: item, mare idem specie & magnitudine manere, partibus subinde permutatis. scilicet in commixtione quadam sedimento & excremento liquorum ponit *salsedinem*. ut, quod in cor-

pore eſt τὸ ἀπεπτότατον. i. *minime concoctum*, id dicitur ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν. i. *ſalſum amarumque*, ſic ejuſmodi ſint τὰ περιττώματα. i. *excrementa*, ad quæ præcipue humida in corpore refert, etiam in aqua. vide ſeq. deinceps ſalſedinis cauſam ab exhalatione ſicca arceſſit; ſicut enim, quod poſt ignem relinquitur, aridæ terræ portiones ſunt; ita & in exhalatione cauſam illam confirmat à ventorum & pluriarum generatione, & à calore maris &c: item à vaſe cereo in mare immiſſo, & ab aquæ ſalſæ pondere ac craſſitie. Lege & examina ſingula. quamvis fateatur admixtionem inter cauſas ſalſedinis prolatam non tantum ſalſedinis; ſed & aliorum aquæ ſaporum cauſam eſſe. ubi & fontes & amnium fluenta varia ſaporum genera ideo dare exiſtimat. quorum omnium cauſam vult eſſe τὴν οὖσαν ἢ ἐγγιγνομένην δύναμιν πυρὸς. i. *igneam virtutem ſive facultatem, quæ in iis eſt aut naſcitur*. &c. De *fluminibus* Veterum opiniones recenſet lib. i. meteor. c. x. (al. 13.) & refutat. ſed cap. xi. fluminum duplicem eſſe cauſam, ſtatuit. i. ſcilicet, quod aqua ſub terra & ſupra eam gignatur ex aëre vaporoſo,

cum

cum ὁ ἀτμίζων ἀὴρ συνίσαται εἰς ὕδωρ. 1. *in vapores actus (aut vaporosus) in aquam descendat.* & non tantum eam aquam, ὕδωρ τὸ ἀποκεκειμένον, ἐν αὐτῇ καὶ τοῦτο ῥεῖν. 1. *quæ in ea* terra *est sequestratum, fluere*; ἀλλὰ καὶ γίγνεσθαι συνεχῶς. 1. *sed & continuò fieri.* 2. quod aqua pluvia ex superioribus in inferiorem locum colligatur. In eo quoque, qui supra terram est, loco, ὥσπερ μικραὶ συνισάμεναι ῥανίδες καὶ πάλιν αὗται ἑτέραις, τέλος μετὰ πλήθους καταβαίνει τὸ ὑόμενον ὕδωρ, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ ἐκ μικρῶν συλλείβεσθαι τὸ πρῶτον καὶ εἶναι, οἷον πηδώσης εἰς ἓν τῆς γῆς, τὰς ἀρχὰς τῶν ποταμῶν. 1. *ut exiguæ aspergines coagmentantur, quæ rursum aliis coeunt, & tandem copiosus imber decidit: Sic etiam in terra grandiores guttas ex parvis factas stillare primum, nec non fluviorum principia esse, quasdam velut scaturigines aquarum, quæ in unam aliquam terræ partem concurrunt.* & hanc confirmat deinde ab arte, à locis è quibus flumina derivantur, & à fontibus. In montanis locis utramque causam conjungit. quam tanquam spongiam, locis incumbentia humilibus, paulatim quidem; sed multis ex partibus stillare & effundere aquas, existimat. cum magnam intra se

aquæ copiam admittunt: & vaporem egredientem in sublime frigefaciunt, & rursum in loquorem cogunt. & ideo amnium maximos è maximis montibus derivari per has causas, statuit. quod deinceps variis exemplis confirmat. subterranea autem aquarum receptacula non esse fluminum primordia, probat Philosophus, è terræ exiguitate & comparatione cum nubibus, à fontium locis, & à comparatione cum ipsis fontibus. subterraneas autem esse cavernas, colligit ex occultatione fluminum, quæ absorbentur, ut sint quasi fontes occulti. hæc breviusculè. vide plura l. c. nunc de terræ tremore & fossilibus & metallicis.

CAP. XXVII.

De terræ motu: *item de* fossilibus *&* metallicis *corporibus agitur.*

RECenset Phil. Anaxagoræ, Democriti & Anaximenis sententias de motu terræ, lib. 2. meteor. c. 14. suamque edocet cap. 15. conjiciens causam ejus tremoris (σεισμοῦ) in spiritum inclusum. quem ante dixerat in terra & extra eam variis gigni modis: eumque modò extra, modò intrò fluere. illum autem

aptum

aptum esse etiam ad movendum, eodem contextu adseverat. Quam causam deinceps variis argumentis signisque confirmando persequitur. Spiritum causam ejus motus esse, vult, ὅταν ἔσω τύχῃ ῥυεὶ τὸ ἔξω ἀναθυμιώμενον. i. *ubi, quod extra exhalat, intrò fluit.* unde etiam fieri dicit, ut & cœlo tranquillo ejusmodi tremor fiat quandoque. cum exhalatio continens & perpetua existit, ὥστε ἢ ἔσω ἅμα ἢ ἔξω ὁρμᾷ πᾶσα scilicet ἀναθυμίασις. i. *tota simul exhalatio aut intro aut extra contendit.* flante autem vento minus vehementer fieri; sed ideo noctu sæpius fortiorem contingere, fatetur: & in locis fungosis, ubi cavernæ plures in terra, & ubi mare fluidum est. etiam autumno & vere maximè & per imbres & squalores; considerata simul virtute spirituum, qui & in animantibus maximam vim ostendit, & Spirituum in procellam mutatione, igniumque per spiritus collisi incensionem facta eruptione, & spirituum sub terra fluentium majoris minorisque copiæ consuetudine. quibus motibus & nubium obscuritatem & venti tranquillitatem ac frigoris pertinaciam, causam extare vult, τὸ ἀπογεῖον ἐρχομένου τοῦ πνεύματος εἰς τὴν γῆν,

τοῦ διαλύοντος τὸν ἀέρα καὶ διακρίνοντος. 1. *incipiente condi in terræ venas ſpiritu, qui vim diſſolvendi diſcernendique aërem obtinet.* cui etiam ſervire lunæ defectum, exiſtimat. validum autem terræ motum Philoſophus lib. 2. c. 16. eſſe vult, nec illicò nec funditus terram quatere, neque ſiſti ante quadraginta dies, aliquando tardius. cum quidam anno & biennii ſpatio circa eadem loca perdurent. quia tam ſpirituum multitudo, quam forma cavernarum, vel cuniculi, per quem meat terræ motus, exiſtit, qua ſpiritus exultat, nec facile penetrare poteſt, & maxime quatit & in ſpecum anguſtiis intercluditur, aquæ modo, quæ pertranſire non poteſt. 1. addit autem: καὶ ἀρχὴ ἀφ᾽ ἧς ἡ ἀναθυμίασις ἐγένετο καὶ ἡ ὁρμὴ τοῦ πνεύματος, δῆλον, ὅτι οὐκ εὐθὺς ἅπασαν ἀνάλωσε τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἐποίησε τὸν ἄνεμον, ὃν καλοῦμεν σεισμόν. 1. *quin in aperto quoque eſt, ſpiritus delationem non protinus omnem abſumſiſſe materiam, ex qua ventum illum concreavit, quem terræ motum nuncupamus.* durante autem ſpiritu terram quati; ſed leviuſcule, exiſtimat. & eo uſque, dum id, quod exhalat, minus ſit, quàm ut evidenter movere queat. de ſono ſubterraneo, eruptio-

ptione & exundatione aquarum, deque discrimine venti & terræ motus, & hujus generibus consule seq. addam pauca de fossilibus & metall. Ad differentiam exhalationum, siccæ & humidæ, Arist. c. 9. libri 3. meteor. τὰ ὀρυκτὰ καὶ τὰ μεταλλευτά. 1. *fossilia* & *metallica*, eorum, quæ in terra fiunt, etiam distinguit. sic describit fossilium ortum: ἡ μὲν οὖν ξηρὰ ἀναθυμίασίς ἐστιν, ἥτις ἐκπυροῦσα ποιεῖ τὰ ὀρυκτὰ πάντα. 1. *exhalatio igitur arida suo calore fossilia omnia efficit.* scilicet λίθων τε γένη τὰ ἄτηκτα καὶ σανδαράχην, καὶ ὤχραν, καὶ μίλτον καὶ θεῖον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. 1. *tam illiquabilia lapidum genera, quàm sandaracam, ochram, minium, sulfur, cæteraque ejusdem generis.* fossilium partim κονίαν κεχρωματισμένην. 1. *pulverem coloratum:* partim λίθον, οἷον τὸ κιννάβαρι, 1. *lapidem* ejusdem consistentiæ cum *cinnabari*, facit. esse autem τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἀτμιδώδους, ὅσα μεταλλεύεται. 1. *vapidæ exhalationis, quæ* metallica *fiunt corpora.* & distinguit illa in τὰ χυτὰ & ἐλατά. 1. in *fusilia & ductilia*, ut ferrum, æs, & aurum. Vapida autem exhalatio efficit illa ἐγκατακλειομένη καὶ μάλιστα ἐν τοῖς λίθοις, διὰ ξηρότητα εἰς ἓν συνθλιβομένη καὶ πηγνυμένη. 1, *cum con-*

cluditur & in lapidibus potissimum ob eorum siccitatem constringitur in arctius denseſcitque. ut ros aut pruina, cum excernitur, exhalatio ea omnia committit. gigni autem ſolent *metallica*, priuſquam exhalatio humida excernatur. ita tamen, ut, πρὶν γενέσθαι παγείσης τῆς ἀναθυμιάσεως, ἕκαστα τούτων ἐστὶ. 1. *horum ſingula, concreta prius exhalatione, quàm ſubeant ortum, fiant.* ideo vult terram in ſe habere ea, urique omnia ejuſmodi, quæ ſiccam habeant exhalationem, excepto auro. plura de iis vide lib. 4. meteor. c. 14. nunc in tradendis communibus affectionibus corporis perfectè mixti, vel primarum qualitatum operibus breviſſimè, antequam Phyſicæ terminos ſtatuam, Ariſtotelis nonnulla, quæ ἀναγκαιότερα, perſequar.

CAP. XXVIII.

De qualitatum primarum operibus *ſive* effectis *variis ex Ariſt. quædam excerpuntur.*

PRimum opus qualitatum primarum eſt ἡ ἁπλῆ γένεσις καὶ φυσικὴ μεταβολή. 1. *ſimplex generatio & naturalis mutatio*, eique oppoſita ἡ παρὰ φύσιν φθορά. 1. *per naturam corruptio*, uti docet Ariſt. lib. 4. meteor. c. 1. eſt autem generatio ſimplex

μετα-

μεταβολὴ ὑπὸ τούτων δυνάμεων, ὅταν ἔχωσι λόγον ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἑκάστῃ φύσει. i. *transmutatio, quæ ab hisce potentiis fit, ubi ex subjecta materia ad quamque naturam rationem obtinent.* potentias autem illas dicit esse passivas. tum enim calor & frigus ei gignunt, cum materiam evincunt. cum vero non evincunt, particulariter μόλυνσιν καὶ ἀπεψίαν. i. *inquinationem & inconcoctionem*, fieri. simplici generationi contrariam esse vult σῆψιν. i. *putredinem.* quod tribus deinceps argumentis demonstrat l. c. primum fieri humida, quæ putrent; deinde sicca, existimat. estque ei σῆψις φθορὰ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑγρῷ οἰκείας καὶ κατὰ φύσιν θερμότητος ὑπ' ἀλλοτρίας θερμότητος. i. *proprii naturalisque caloris in unoquoque humido existentis ab extraria caliditate facta corruptio.* unde duas putredinis causas, calorem & frigus, arcessit, eamque doctrinam sex argumentis confirmat in seq. à calore fieri vult, c. 2. πέψιν. i. *concoctionem*, ad quam & pertineant πέπανσις, ἕψησις, & ὄπτησις. i. *maturatio, elixatio, & assatio.* à frigore v. ἀπεψίαν. i. *inconcoctionem.* ad quam refertur ὠμότης, μόλυνσις & στάτευσις. i. *cruditas, inquinatio, & excaldatio.* definitur

nitur autem πέψις, c. 3. τελείωσις ὑπὸ τῆς φυσικῆς καὶ οἰκείας θερμῆς ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν. i. *perfectio, quæ à naturali proprioque calore ex oppositis fit passivis.* à calore nativo perfectionis sic fieri exordium vult, ut non excludantur externa adminicula, quæ juvent. finem in aliis esse dicit naturam, in aliis formam. obtingere autem illam, ὅταν κρατηθῇ ἡ ὕλη καὶ ἡ ὑγρότης. i. *cum materia atque humiditas victa fuerit.* & nisi certa ratio sit inter calidum & humidum, calidum in humidum non agit. quæ autem concoquuntur, crassiora dicit evadere & calidiora. ἀπεψία autem ei est ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τῆς οἰκείας θερμότητος. i. *imperfectio, quæ proprii caloris penuria accidit.* & illam penuriam caloris, vocat ψυχρότητα. i. *frigus.* & Imperfectionem illam pertinere statuit, ad ἀντικείμενα παθητικά. i. *ad opposita passiva.* πέπανσιν. i. *maturationem*, concoctionis speciem faciens cap. 4. & perfectionem, perfectam vocat, ὅταν τὰ ἐν τῷ ἐπικαρπίῳ σπέρματα δύνηται ἀποτελεῖν τοιοῦτον ἕτερον οἷον αὐτό. i. *cum semina, quæ in fructuum genere sunt, aliud ejusmodi, quale ipsum est, efficere valent.* & dicitur illa pertinere ad arborum fructus. alia

impro-

impropric maturari illi dicuntur, ut tubercula & pituitæ &c. priori modo omnia ex aëreis aquea, ex aquis terrea consistendo fiunt & è tenuibus crassiora. Maturationi adversari dicit ὠμότητα. i. *cruditatem*, quæ & ἀπεψίας species est, in arborum fructibus, & sic proprie talis dicitur. vocatur Aristoteli ἀόριστος ὑγρότης. i. *humor non definitus*, & ideo ἀτέλεια. i. *imperfectio.* illamque vel aëream, vel aqueam, vel eorum, quæ ex aëreis & aqueis constant, esse vult. fieri autem existimat illam imperfectionem in cruditate δι' ἔνδειαν τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ καὶ ἀσυμμετρίαν πρὸς τὸ ὑγρὸν τὸ πεπαινόμενον. i. *ob defectum caloris naturalis atque commensum humori ad muturitatem pergenti minimè respondentem.* & ideo crudorum succum prætenuem & gelidum, esui potuique inutilem facit. de impropria cruditate, ut distillationum, urinæ & sedimentorum &c. vid. in seq. nunc de elixatione &c.

CAP. XXIX.

Elixatio, molunsis, assatio, & stateusis *quæ? ostenditur.*

Ἕψησις. i. *elixatio* lib. 4. meteor. c. 5. definitur πέψις ὑπὸ θερμότητος ὑγρᾶς τοῦ ἐν-

τ͂ ἐνυπάρχοντος ἀορίστου ἐν τῷ ὑγρῷ. i. *indefiniti in humore existentis concoctio ab humido calore facta.* licet elixa vocabulum ἕψησις tantum exprimat. Illud autem indefinitum, aut aëreum aut aqueum esse vult. fieri illam elixationem dicit ὑπὸ τ͂ ἐν τῷ ὑγρῷ πυρός. i. *ab igni, qui in humore est.* ubi calor, quem externus humor habet, ab eo humorem foras pellat. ideo elixa assis aridiora esse vult: neque omne corpus elixabile (ἑψητόν) esse. cum id, in quo non est humor, ut lapis, tale non sit; aut in quo, licet sit humor, densitatis tamen ratio tale esse non permittat, ut lignum, &c. plura de ea vide l. c. ubi μόλυνσις, elixationi contraria est ἀπεψία. i. *inconcoctio.* scil. τ͂ ἐν τῷ σώματι ἀορίστου δι' ἔνδειαν τ͂ ἐν τῷ πέριξ θερμότητος. i. *infiniti in corpore existentis, quam caloris in humore circumfuso, penuria committit.* Ὄπτησις. i. *assatio*, cap. 6. etiam dicitur πέψις ὑπὸ θερμότητος ξηρᾶς καὶ ἀλλοτρίας. i. *concoctio, quæ ab arido & alieno calore efficitur.* Ergo non ab humoris caliditate, ut in elixis fit; sed, ut ille, ὑπὸ τ͂ τ͂ πυρὸς θερμότητος. i. *ab igneo calore.* & sicco excessus est, πε-ρισκεκαῦσθαι. i. *adustum esse.* sed contrarium

στάτευ-

ϛάτευσις. i. *excaldatio* fit δι᾽ ἔνδειαν θερμότητ☉. i. *propter caloris indigentiam.* quæ aut exterioris ignis paucitate aut in re assanda humoris diluti copia accidere potest. prius accidit, cum calor concoquere non queat: posterius, cum motum excitare non possit. atque hæc proficiscuntur potissimum à calore & frigore: nnnc, quæ spectant humidum & siccum, &c. ut principia passiva, dicendum.

Cap. XXX.

Durities & mollities, concretio, exsiccatio, humectatio, liquatio. *item* mollificabilia, humectatilia, flexilia & directilia, fractilia & friabilia, impressilia & formatilia, pressatilia & tractilia, ductilia, fissilia, & sectilia, tenacia, densatilia, combustilia & exhalabilia *iisque omnibus contraria, quæ? traditur ex Arist.*

TO ξηρὸν ϗ τὸ ὑγρὸν. i. *siccum & humidum* cap. 7. lib. 4. met. *Aristoteles*, vel potestate vel actu, ut se habeant ceu eliquatio & eliquabile, facit. humidum & siccum se invicem agglutinant & terminant, ait enim τὸ ὑγρὸν, τῷ ξηρῷ αἴτιον ϩ ὁρίζεσθαι· καὶ ἑκάτερον τῷ ἑκατέρῳ οἷον κόλλα γίνεται i. *humidum arido, ut terminetur causa est. & alterum alteri glutinis instar existit.* i. e. terminus: & ita corpus terminatum

natum constare dicit humido & sicco, siccitate terræ, humore aquæ peculiarissimè tributis. & ita nulla terminata corpora aliter, quàm ex terra & aqua constare, vult; denominari autem ab illo, cujus plus habent. Illis corporibus terminatis conveniunt σκληρότης καὶ μαλακότης. i. *durities & mollities.* utriusque definitio his exprimitur cap. VIII. ἔστι δὲ σκληρὸν μὲν, τὸ μὴ ὑπεῖκον εἰς αὑτὸ κατὰ τὸ ἐπίπεδον, μαλακὸν δὲ, τὸ ὑπεῖκον τῷ μὴ ἀντιπεριΐστασθαι. i. *est autem durum, quod per summa in se non refugit: molle vero, quod in se non obluctando refugit.* ideo aquam negat esse mollem, cujus summa pars compressui intro minimè cedat: sed circumobsistat. dura & mollia, aut talia sunt absolutè, aut respectu aliorum. priora vult æstimari πρὸς τὴν ἁφήν. posteriora modò mollia, modò dura, invicem dici. his succedit πῆξις. i. *concretio*, explicata Arist. c. 9. illius operâ vult omne corpus terminatum, consistens, molle & durum fieri. illiusque duas causas exhibet, quemadmodum & διαχύσεως καὶ τοῦ ξηραίνεσθαι καὶ τοῦ ὑγραίνεσθαι. i. *fusionis, assiccationis & humectationis*; scil. τὸ μὲν ποιοῦν, ὡς ὅθεν ἡ κίνησις· τὸ δὲ πάθος, ὡς εἶδος. i. *id, quod agendi*

agendi facultatem obtinet & affectus ipſe: hic ut ſpecies ac forma; illud, ut id à quo proficiſcitur motus. agens autem duplici potentia agere vult, patiens duabus pati affectionibus. Illud, θερμῷ καὶ ψυχρῷ. i. *calore & frigore:* hoc, ἢ παρουσίᾳ ἢ ἀπουσίᾳ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. i. *præſentia vel abſentia calidi & frigidi. Exſiccationem*, vicinam concretioni aut prope cum illa eandem, explicat cap. x. lib. 4. meteor. præſupponens, id, quod in exſiccatione & humectatione patitur, aut humidum eſſe aut ſiccum, aut ex utroque conflatum. item, aquam humidi, & terram ſicci, corpus eſſe. Exſiccari autem vult, ὅσα ἐστὶν ὕδωρ καὶ ὕδατος εἴδη· ἢ ἔχει ὕδωρ εἴτε ἐπακτὸν εἴτε συμφυές. i. *quæ aut aqua aut aquæ ſpecies ſunt: aut aquam ſive adventitiam, ſive inſitam habent, ſicceſcere.* cauſam & modum exſiccationis ponit in calefiendo & refrigerando, idque per calorem internum aut externum: & frigus, ut in veſte, cum humida ſeorſum per ſe maneat illa, ab interiori calore humor expellitur; aut ſi humor exiguus ſit, calor ob frigus circumfuſum egreditur. τὸ ὑγραίνεσθαι. i. *humectari*, dicit, ἓν μὲν, τὸ ὕδωρ γίγνεσθαι συνιστάμενον· ἓν δὲ, τὸ τήκεσθαι τὸ πεπηγός·

τύτων δὲ συνίςαθαι μὲν εἰς ὕδωρ ψυχόμθυον τὸ πνεῦμα. i. *una quidem modo accidere, cum quid in aquam consistit: altero, cum id eliquatur, quod prius concreverat. horum autem est spiritus, qui in aquam frigore densatur.* Concreta *liquari* (λύεσθαι) docet Arist. cap. xi. contrariis calori & frigori. ubi: τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ παγέντα, ὑπὸ ὕδατος λύεται, ὃ ἐστιν ὑγρὸν ψυχρόν. τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ παγέντα, ὑπὸ πυρὸς λύεται, ὅ ἐστι θερμόν. i. *quæ calore sicco concrevere, aqua solvuntur, quæ humor algidus est: quæ vero frigore, igne, qui calidus existit.* additque, quod, cum calor egreditur, res concrescat, ideo fieri, ut, ὅτι τῷ εἰσιέναι λυθήσεται. i. *quia ingreditur scil calor, resolutio contingat.* de concretione ibidem & c. 13. plura lege Deinceps Philosophus similarium mixtorum corporum principia quatuor, calorem & frigus, activa; humorem & siccitatem, passiva, horumque subjecta terram & aquam &c. cap. 12. enumer[at]: sed affectiones eorum cap. 13. expon[it] paucis tantum eas excerpam: in spec[ie] præter quæ suprà in genere notaverat, πηκτὸν καὶ ἄπηκτον, καὶ τηκτὸν καὶ ἄτηκτον. i *concretili & inconcretili, eliquabili & in-*

quabili, agit ibidem, dicens; ex corporibus, quæ *concrescunt & durant*, quædam fervore caloris, quædam frigore, illo humorem assiccante, hoc calorem extrudente, ita affici: ut alia humoris absentia, alia caloris, ea patiantur; aquea caloris, terrea, humoris. *Liquefacere* autem quædam humor illi dicitur, humoris absentia; nisi adeo se collegerint cojerintque, ut minora partibus aquæ foramina relicta sint: ut in fictili. quæ autem ita non coierunt, humore liquari, existimat, ut nitrum, fal, & terram è cœno ortam. quædam autem caloris privatione, calore deliquescere, ut crystallum, plumbum, æs. ἄτηκτα. i. *inconcretilia*, autem ei sunt, ὅσα μὴ ἔχει ὑγρότητα ὑδατώδη, μηδ' ὕδατός ἐστιν, ἀλλὰ πλεῖον θερμοῦ καὶ γῆς. i. *quæcunque nec humorem habent aquosum, nec aqueæ sortis sunt, sed terræ plus calorisque continent.* ut mel, & vinum passum. quæ ipsi dicuntur ὡς ζέοντα. i. *quasi ferventia.* item, ὅσα ὕδατος μὲν ἔχει, ἔστι δὲ πλεῖον ἀέρος. i. *quæcunque aquea quidem sunt, sed aeris plus continent:* ut oleum, argentum vivum (ἄργυρος χυτὸς) & siquid tenax lentumque est, ut viscum & pix. μαλακτά. i. *mollificabilia*, loco cit. ei sunt,

τῶν πεπηγότων, ὅσα μὴ ἐξ ὕδατος, οἷ(ον) κρύσταλλος· ἀλλὰ ὅσα γῆς μᾶλλον καὶ μήτ' ἐξίκμαται πᾶν τὸ ὑγρὸν μήτ' ἀνωμάλως· ἀλλὰ εἰσὶν ἑλκτά, καὶ μὴ ὄντα διαντά· ἢ ἐλατὰ μὴ ὄντα ὕδατος καὶ μικτὰ πυρί. i. *quæcunque concreta, non ex aqua constat, u(t) glacies: sed quæcunque ad terram potius spectant, nec eorum humor universus assiccatus est, nec inæqualiter; sed tactilia sunt & non humectatilia, aut ductilia & non aquea atque ignis opera* mollificabilia, ut ferrum, cornu, & lignum. ad immollificabilia ἀμάλακτα, refert, glaciem, ſal & nitrum, & fictile &c. deinde confert humectilia & inhumectilia cum eliquabilibus & ineliquabilibus. τεγκτά. i. *humectatilia* ei ſunt, ὅσα γῆς ὄντα, ἔχει τοὺς πόρους μείζους τῶν τοῦ ὕδατος ὄγκων, ὄντων δὲ σκληροτέρων τοῦ ὕδατος. i. *quæ cum terrena ſint & aqua duriora exiſtant, meatus ampliores, quàm partium aquæ moles, continent.* per aquam autem liquantur, quæ aqua per omnes partes madefiunt & ſolvuntur. quod autem nitrum eliquetur, non humectetur, cauſam eſſe vult; quod in illo pori continuati totum penetrent. unde fiat, ut aqua partes continuo diſpeſcat. τὰ τῶν σωμάτων καμπτὰ καὶ εὔθυντά. i. *flexilia*

flexilia & directilia sunt corpora, ὅσων τὸ μῆκος δύναται εἰς εὐθύτητα ἐκ περιφερείας καὶ ἐξ εὐθύτητος εἰς περιφέρειαν μεταβάλλειν. i. *quorum longitudo ex ambitu in rectum, è contra è recto in ambitum permutari valet.* distingunt tamen inflexionem, reflexionem & directionem licet, flexibilia, & quæ diriguntur, eadem sunt. ἄκαμπτα καὶ ἀνεύθυντα. i. *inflexilia & indirectilia*, quæ dictis modis mutari non possunt. τὰ κατακτὰ καὶ θραυστά. i. *fractilia & friabilia*, exponit in seq. ubi, ὅσα οὔπω πέπηγεν, ὥστε πολλοὺς ἔχειν παραλλάττοντας πόρους θραυστά· ὅσα δὲ εἰς πολὺ κατακτά. i. *quæ ita concrevere, ut multis scateant foraminibus, quæ directim posita non sint, friabilia sunt: quæ vero longè porrecta habent foramina, fractilia.* τὰ θλαστά. i. *impressilia* ei sunt, ut æs & cera. ἄθλαστα. i. *minimè talia*, ut fictile & aqua. θλάσις. i. *impressio* ei dicitur ἐπιπέδους κατὰ μέρος εἰς βάθος μετάστασις, ὥσει ἡ πληγῇ· τὸ δ' ὅλον ἁφῇ. i. *partis ejus, quæ per summa residet, introrsum migratio, quæ pulsione ac ictu; sed in totum tactu, accidit:* ut cera, aut æs. Impressionem non admittere dicit, tum dura, ut fictile: tum liquida, ut aqua. quæ facile imprimi possunt, ait, manere im-

impressa, vocatque πλαστά. i. *formatilia.* quæ difficulter lapidis vel ligni more imprimuntur, aut facile quidem, sed non remanente impressione, ut spongiæ aut lanæ. illa tantum πιεστά. i. *pressatilia* sunt. πιεστὰ autem ei sunt, ὅσα ὠθούμενα, εἰς αὑτὰ συνιέναι δύναται, εἰς βάθος τοῦ ἐπιπέδου παραλλάττοντος, οὐ διαιρουμένου, ἀλλὰ μὴ μεθισταμένου ἄλλου ἄλλῳ μορίου. i. *quæ pulsa colligere se poßunt, intro recedente superficie non distracta: nec alio demigrante parte alia.* ἀπίεστα. i. *impressatilia* autem vocat τὰ μὴ πεφυκότα συνιέναι ὤσει εἰς τοὺς ἑαυτῶν πόρους, διὰ τὸ ἢ μὴ ἔχειν ἢ σκληροτέρων ἔχειν πλήρεις. i. *quæ pulsione in suos coire poros per naturam nequeunt, quæ vel nullos habeant, vel re duriore oppletos gerunt.* ut ferrum, lapis, aqua &c. ἑλκτά. i. *tractilia* ei sunt, ὅσων δυνατὸν εἰς τὸ πλάγιον μεθίστασθαι τὸ ἐπίπεδον. i. *quorum superficies in latus porrigi potest.* ut, pilus, lorum, nervus, massa tritici, viscum: ἄνελκτα. i. *intractilia;* ut, lapis & aqua. τὰ ἐλατά. i. *ductilia,* sunt, ὅσα τῇ αὐτῇ πληγῇ δύναται ἅμα καὶ εἰς πλάτος καὶ εἰς βάθος τὸ ἐπίπεδον μεθίστασθαι κατὰ μέρος. i. *quorum superficies non tota in latum pariter atque profundum migare eodem ictu*

potest-

poteſt : ut æs. ἀνέλατα. 1. *non ductilia*, ὅσα ἀδύνατα. 1. *quorum non poteſt* &c. ut, lapis. ductilia omnia ſunt quoque impreſſilia, ſed non vice verſâ. Præterea, τὰ σχιστά. *fiſſilia*, vocat τὰ δυνάμενα διαιρεῖσθαι ἐπὶ πλεῖον ἢ τὸ διαιροῦν διαιρεῖ. 1. *quæ ampliorem, quam, quæ ab eo, quod dividit, fiat, diviſionem ſubire poſſunt*. ut lignum. τὰ δ' ἄσχιστα, ὅσα μὴ δύναται τοῦτο πάσχειν. 1. *quæcunque illud pati nequeunt*: ut, fictile. τμητά 1. *ſectilia*. δ' ἐστὶ τῶν συνεστώτων τῶν σκληρῶν ἢ μαλακῶν, ὅσα δύναται μήτ' ἐξ ἀνάγκης προηγεῖσθαι τῆς διαιρέσεως, μήτε θραύεσθαι διαιρούμενα, 1. *ſunt ex hiſce, quæ dura conſtant molliaque ſunt, quæcunque nec diviſionem neceſſario anticipare, nec comminui, cum dividuntur, poſſunt*. ἄτμητα. 1. *inſectilia*, ὅσα μὴ ὑγρὰ ἢ τοιαῦτα. 1. *quæcunque liquida aut hujuſmodi ſunt*. γλίσχρον. 1. *tenax ſive lentum*, ci eſt, ὅταν ἑλκτὸν ᾖ, ὑγρὸν ὂν ἢ μαλακόν. 1. *quod, cum liquidum aut molle ſit, protrahi poteſt*. Ejuſmodi corpora vult permutatione fieri, quæ catenarum modo componuntur, ut diſtendantur & contrahantur; ſcilicet permutatione ſiccitatis, qua retrahuntur, & humoris, quâ protrahuntur. ψαθυρά 1. *remittentia*. 1. *friabilia* au-

tem vocat, ὅσα μὴ τοιαῦτα. i. *quæ non sunt ejusmodi.* τὰ πιλητά. i. *densatilia*, esse dicit, ὅσα τῶν πιεστῶν μόνιμον ἔχει τὴν πίεσιν. i. *quæcunque pressatilium stabilem fixamque habent pressationem.* ἀπίλητα. i. *indensatilia*, ὅσα ἢ ὅλως ἀπίεστα ἢ μὴ μόνιμον ἔχει τὴν πίεσιν. i. *quæcunque vel impressatilia sunt aut pressationem obtinent inconstantem.* τὰ καυστά, i. *est combustilia*, esse dicit Phil. ὅσα ἔχει πόρους δεκτικοὺς πυρὸς καὶ ὑγρότητα ἐν τοῖς κατ' εὐθυωρίαν πόροις ἀσθενεστέραν πυρός. i. *quæ meatus habent ejusmodi, ut ignea introrsum admittant, atque in hisce meatibus, qui per rectum dispositi sunt, minus valentem, quàm ignem, continent humorem.* ἄκαυστα. i. *incombustilia*, ὅσα μὴ ἔχει ἢ ἰσχυροτέραν, οἷον κρύσταλλος καὶ τὰ σφόδρα χλωρά. i. *quæ nullum habent, aut valentiorem, ceu glacies, & quæ vehementer virent.* τὰ θύμια, i. *exhalabilia* ei sunt, ὅσα ὑγρότητα ἔχει μὲν, οὕτω δ' ἔχει, ὥστε μὴ ἐξατμίζειν πυρουμένων χωρίς. i. *quæcunque humorem habent, sic tamen habent, ut evaporare, nisi ignitis addantur, non possunt.* ἀτμίδα. i. *vaporem*, distinguit à θυμιατοῖς, i. *exhalabilibus.* θυμίασιν autem esse dicit, τὴν ὑπὸ θερμοῦ καυστικοῦ κοινὴν ἔκκρισιν ξηροῦ καὶ ὑγροῦ ἀθρόως. i. *communem sicci & humidi*

secre-

ſecretionem, quæ univerſim caloris uſtivi opera fieri ſolet. ἀτμίδα autem τὴν ὑπὸ θερμοῦ καυστικοῦ εἰς ἀέρα καὶ πνεῦμα ἔκκρισιν ἐξ ὑγροῦ διαντικόν. i. *ſecretionem factam ab humido in Spiritum aeremque, quæ madefacere queat.* ita oleum dicit eſſe θυμιατὸν, οὐκ ἀτμιστόν. i. *exhalabile, non evaporabile,* διὰ τοῦτο, inquit, οὐκ ἕψεται, οὐδὲ παχύνεται. i. *nec decoquitur nec craſſeſcit.* contra aquam non exhalabilem, ſed evaporabilem eſſe vult. Vinum autem dulce, cum pingue ſit, exhalabile. pinguis exhalatio illi vocatur λιγνύς. i. *fuligo.* oleoſi vero, κνίσσα. i. *nidor.* combuſtilibus præter ante memorata ibidem hoc attribuit, quod poſſint εἰς τέφραν διαλύεσθαι. i. *in cineres reſolvi.* dividitque illa in φλογιστὰ i. *flammatilia,* & ἀφλόγιστα. i. *inflammatilia:* quorum nonnulla ſint ἀνθρακευτά. i. *carbonatilia.* illa, ὅσα φλόγα παρέχεσθαι δύναται. i. *quæcunque flammam emittere queunt,* ut pix, oleum, & cera. hæc, ὅσα οὐ δύναται. i. *quæcunque nequeunt* &c. ἀνθρακευτὰ, ὅσα τῶν τοιούτων γῆς πλέον ἔχει, ἢ καπνοῦ. i. *quæcunque ejuſmodi terræ plus, quàm fumi continent.* collationem flammatilium cum liquabilibus & combuſtilium cum iis, quæ ſuffitum reddunt, vide in

ſeq. item diviſionem ſimilarium corporum, ſumptam ex forma & materia & temperamento, capitibus 14, 15, & 16 hæc de illis quàm breviſſimè. addam pauca de ſenſu & ſenſilibus: cæteris, quæ de animæ & animalis atque hominis natura affectionibuſque hic tractanda erant, brevitatis ſtudio (nec enim exiguis his pagellis omnia cludi poſſunt) ideo omiſſis, ut ſpeciali aliàs de illis ſcriptioni & plenius vacem.

CAP. XXXI.

Senſus *quinque Ext. qui ſint, breviter ex Ariſt. inquiritur.*

DE *ſenſu* tractaturus Philoſophus lib. de ſenſu & ſenſili, cap 1. præſupponit ea, quæ de anima copioſiſſimè docuerat. Senſum autem animæ tribuit, ubi: ἡ δ' αἴσθησις, ὅτι διὰ σώματος γίνεται τῇ ψυχῇ, δῆλον διὰ λόγου καὶ τοῦ λόγου χωρίς. 1. *Senſum vero per corpus animæ competere, per rationem & abſque ratione conſtat.* lib. 2. de anima cap. 1. & 2. binas dat animæ definitiones. ubi inter alia: ἡ ψυχὴ δὲ, τοῦτο, ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως· ὥστε λόγος τις ἂν εἴη καὶ εἶδος. 1. *anima vero eſt id, quo vivimus & ſen-*

sentimus & intelligimus primò : quocirca est ratio quædam & forma. & rectè existimare, fatetur, quibus anima videtur, nec sine corpore nec aliquod corpus esse. Licet non neget, σώματός τι εἶναι. i. *aliquid corporis esse.* i. e. ἐντελέχειαν, quam substantiam antè nuncuparat. facultates animæ tribuit cap. 2. τὸ θρεπτικὸν, αἰσθητὸν, ὀρεκτικὸν, κινητικὸν κατὰ τόπον, διανοητικόν. i. *nutritivam, sensitivam, appetitivam, motivam secundum locum, & dianoeticam.* quarum hás & illas diversis rebus & animantibus convenire, dicit: sed, quibus competit ratiocinatio (λογισμὸς) ut corruptibilibus, eis & cæteras competere omnes, affirmat. cap. 5. αἴσθησις. i. *sensus,* positus legitur ἐν τῷ κινεῖσθαι καὶ πάσχειν. i. *in moveri & pati,* & fieri eo quandam ἀλλοίωσιν. i. *variationem,* quæ fiat ab αἰσθητῷ. *sensili;* quod necessaria adesse debere, requirit. ut sit τὸ αἰσθητικὸν. i. *sensitivum,* tale potestate, quale est αἰσθητὸν. i. *sensile,* actu : & patiatur hoc, cum non sit simile; sed, cum perpessum est, ὡμοίωται, inquit, καὶ ἔστιν οἷον ἐκεῖνο. i. *simile est factum & quale est illud.* per simile scientiæ, ut hoc illustret, ibid. vide. Species sensuum nunc breviter pervidendæ.

ὄψις

ὄψις i. *visus*, ei complures variasque di ferentias advehere, lib. de sens. & sensili, i. dicit, quæ colore repræsentantur. illo sensu maximè communia sentiri. i. figuram, magnitudinem, motum, st tum & numerum. propriè autem visus pe cipit colorem, ut legitur cap. 7. lib. 2. anima; τὸ ὁρατὸν, ὃ λέγομεν, ἐστὶ χρῶμ i. *aspectabile, quod dicimus, est color.* H autem est τὸ ἐπὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁρατοῦ. *qui in eo inest, quod per se est aspectabi* &: πᾶν χρῶμα κινητικόν ἐστι τοῦ κατ' ἐνέργει διαφανοῦς. i. *omnis color est motivus us quod est actu perlucidum.* unde colligi nullum aspectabile esse sine lumine: omnino colorem in lumine cerni debe At lumen quid? & quid perlucidur φῶς, i. *Lumen*, inquit, ἐστὶν ἡ ἐνέργεια διαφανοῦς, ᾗ διαφανοῦς. i. *est actus p fundi, quatenus est profundi.* & φῶς χρῶμα ἐστὶ τοῦ διαφανοῦς, ὅταν ᾖ ἐντελεχ διαφανὲς ὑπὸ πυρὸς, ἢ τοιούτου, οἷον ἄνω σῶμ i. *Lumen est quasi color perlucidi, qua est actu perlucidum ab igne, aut ejusm alio, quale est superum corpus.* διαφα i. *Perlucidum* vocat, ὃ ἐστὶ μὲν ὁρατ οὐ καθ' αὑτὸ δὲ, ὁρατὸν, ὡς ἁπλῶς εἰπ ἀλλὰ δι' ἀλλότριον χρῶμα. i. *quod est q*

dem aſpectabile; verum, ut ſimpliciter dicam, non eſt aſpectabile per ſe; ſed per alienum colorem, ſcil. aëris, aquæ, aliorumque ſolidorum. nec omnia in lumine cerni poſſe, docet; ſed tantum cujuſque rei colorem proprium: qui movet τὸ διαφανές: οἷον, inquit, τὸν ἀέρα, ὑπὸ τούτου δὲ συνεχοῦς ὄντος κινεῖται τὸ αἰσθητήριον. i. *perlucidum, ut aërem: ab hoc autem quod eſt continuum, movetur ſenſorium.* πάσχοντος γὰρ τοῦ αἰσθητηρίου γίνεται τὸ ὁρᾶν. i. *ſenſatio enim patiente aſpectus fit.* ſcil. medio diaphano. de viſione vide plura, lib. de ſenſu & ſenſili cap. 2. ψόφος. i. *ſonus*, eſt objectum auditus. nam lib. de ſenſ. cap. 1. ἡ ἀκοὴ τὰς τοῦ ψόφου διαφορὰς εἰσαγγέλλει. i. *auditus ſoni diſcrimina renunciat.* & id vim ſonandi habet (ψοφητικὸν) τὸ κινητὸν ἑνὸς ἀέρος συνεχείᾳ μέχρις ἀκοῆς. i. *quod habet vim impellendi aërem unum continuatione uſque ad auditum.* auditui autem συμφυὴς ἀὴρ dicitur. i. *nativus aër.* ratio: διὰ δὲ τὸ ἐν ἀέρι εἶναι, κινουμένου τοῦ ἔξω, τὸ ἔσω κινεῖται. i. *quia in aëre eſt, moto externo movetur internum, nec perſonat.* ἐὰν μὴ, inquit, λεῖον ᾖ τὸ πληγέν· τό δὲ εἷς γίνεται ἅμα, διὰ τὸ ἐπίπεδον· εἷς γὰρ τὸ τοῦ πλείου ἐπίπεδον.

πεδον. i. *nisi leve sit, quod percutitur: tunc autem fit unus simul propter planiciem, quoniam una est planities rei lævis.* Sonus autem est κίνησις τοῦ δυναμένου κινεῖσθαι τὸν τρόπον τοῦτον, ὅνπερ τὰ ἀφαλλόμενα ἀπὸ τῶν λείων, ὅταν τις κρούσῃ. i. *est motus ejus, quod potest moveri, eo modo, quo moventur ea, quæ resiliunt à lævibus corporibus, cum aliquis impulerit.* & ita vult in sono fieri στερεῶν πληγὴν πρὸς ἄλληλα. i. *ictum solidorum inter se & erga aërem.* Et idcirco, si celeriter & vehementer percutiatur, ψοφεῖσθαι. i. *sonum edi.* oportet enim, juxtà eum, ut motus percutientis anticipet dissipationem aëris. Ἠχώ. i. *Echo*, fieri illi dicitur, ὅταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἑνὸς γινομένου διὰ τὸ ἀγγεῖον τὸ διορίσαν καὶ κωλῦσαν θρυφθῆναι, πάλιν ὁ ἀὴρ ἀπωσθῇ, ὥσπερ σφαῖρα. i. *quando ab aëre, qui propter vas terminans ac friari prohibens, unus effectus est, rursus aër repellitur, quasi pila.* nunc de odoratu, de quo sic Phil. ὀσφραντοῦ αἴσθησις καὶ δυσώδους καὶ εὐώδους, ὄσφρησίς ἐστιν. i. *odoratus est sensus rei odorabilis, tam fætidæ, quàm bene olentis.* fitque per medium interjectum vel aëris vel aquæ: & in homine, inspirando, & non sine affectu aut gratæ aut ingratæ perceptio-

ceptionis. in quo sensorium adoratus ut differat ab iis, quæ sunt cæterorum animantium, lege lib. 2. de anima, cap. 9. ubi & ὀσμὴν (odorem) dicit esse τοῦ ξηροῦ. i. *sicci:* & ὀσφρανλικὸν αἰσθητήριον, δυνάμει τοιοῦτον. i. *odorativum sensorium, potestate tale.* gustabile corpus (σῶμα γευστὸν) est, ἐν ᾧ χυμὸς, ἐν ὑγρῷ, ὡς ὕλη. i. *in quo est sapor* consistens *in humido tanquam materia:* dicitque esse ἁπλόν τι. i. *tactile quiddam.* nec quicquam facere sensum saporis ἄνευ ὑγρότητος. i. *sine humiditate:* sive illa humiditas sit ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει. i. *actu aut potentia,* ut salsum, quod ipsi dicitur εὔτηκτόν τε καὶ συντηκτικὸν γλώσσης. i. *quod facile liquefieri potest & colliquefaciendæ linguæ vim habet.* atque ita ei γεῦσις τοῦ γευστοῦ. i. *gustus rei gustabilis* perceptio. & τὸ γευστὸν est ὑγρὸν. i. *gustabile,* est *humidum.* ideo dicit necesse esse τὸ αἰσθητήριον αὐτοῦ μήτε ὑγρὸν εἶναι ἐντελεχείᾳ, μήτε ἀδύνατον ὑγραίνεσθαι. i. *ut sensorium non sit humidum actu nec impossibile, ut humectetur.* πάσχει γὰρ, inquit, ἡ γεῦσις ὑπὸ τοῦ γευστοῦ, ᾗ γευστόν. i. *patitur enim gustus à gustabili, quatenus est gustabile.* concludit inde, necesse esse, humectari, quod potest humectari, ita ut servetur; non tamen

men est humidum, τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον. i. *gustativum sensorium*. Et τὸ πρῶτον ὑγρὸν. i. *primum humidum*, hic tantum inferre gustum, existimat. cum lingua ubi nimis est arida, aut nimis humida, non, aut non rectè gustet. Saporum species esse dicit simplices, τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν. i. *dulce & amarum*. huic proxima τὸ λιπαρὸν καὶ ἁλμυρὸν. i. *pingue & salsum*. & his interjecta dicit τό τε δριμὺ καὶ αὐστηρὸν καὶ στρυφνὸν καὶ ὀξὺ. i. *acre & austerum, nec non acerbum & acidum*. τὸ γευστικόν. i. *gustativum*, quod est potestate tale. & τὸ γευστὸν, τὸ ποιητικὸν ἐντελεχείᾳ αὐτοῦ. i. *gustabile, quod vim habet efficiendi illud actu*. nunc de tactu. ἁφὴν. i. *tactum*, non unum vult esse sensum, sed plures: & ita τὰ ἁπτὰ πλείω αἰσθητά. i. *tactilia esse plura sensibilia*. quodnam sit sensorium tactus, multis ambigentibus, ipsi est caro. & vult enim τὰ ἁπτὰ sentiri οὐχ ὑπὸ τοῦ μεταξὺ, ἀλλ' ἅμα τῷ μεταξὺ. i. *non ab intermedio, sed unà cum intermedio*. & ita sensorium rei tactilis colligit esse internum, & ἐπὶ τῆς σαρκὸς ἐπιτιθεμένων αἰσθάνεσθαι ὡς τε τὸ μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ ἡ σάρξ. i. *carni imposita sentiri, ut caro sit medium tactivo interjectum*. item tactilia differen-

tias

tias esse corporis, quà corpus est. 1. tactu ejusmodi differentias qualitatum in corporibus explorari. sensorium autem tactilium est τὸ ἁπτικόν. 1. *quod tangendi vim habet:* Et ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ, τὸ δυνάμει τοιοῦτον μόριον. 1. *in quo primo inest sensus, qui vocatur tactus,* 1. *pars, quæ potestate est talis.* & sentire tangendo, id est, πάσχειν τι. 1. *pati quoddam.* ideo, quod facit, quale ipsum est actu, tale illud facit, quod est potestate. & potissimum dicit illud: sensum esse excessum contrariæ qualitatis respectu &c. atque hæc de sensibus dicta, de quibus plura vide libro citato, cap. 12. & libri 3. cap. 1. 2. & seq. nec quicquam hic amplius addam. Sufficiat ergo hactenus, quorundam Philosophorum placita, ex Antiquitate huc traducta, summis labris degustasse: ut constet paucis, qua via omnis Philosophia, si laxior esset pagina, pluribus lineis repræsentari posset, juventusque ad lectionem Veterum etiam inter Philosophandum manuduci.

INDEX

Authorum, qui in hoc opere aut citantur, aut explicantur, aut emendantur.

INDEX Græcarum Vocum, quæ explicantur.

Ἀφασία

INDEX

INDEX
Rerum Plenissimus.

Ami-

Forma-

Inimi-

Migra-

ERRA-

ERRATA.

PAg. 3. quod alii, dele *quod.* p. 4. *observavit.* p. 8. *defensabatur.* p. 9. *alii à Barbaris.* p. 12. *cernentium.* p. 13. ἀστρονομίαν. p. 21. *accesserint.* p. 24. *Arpedonaptæ.* & *peragravit.* & *aëris.* p. 25. ἀποκρύφους. p. 30. & Cæsar. p. 31. *nunc* ad Græcor. p. 46 ut *est* ap. 48. *Plutarch.* 49. ἐγγύας. p. 50. Πιτθακοῦ. p. 55. ἀνέλῃ. 56. *Rhodiis.* p. 61. Poeseos quoque, dele *quoque.* p. 66. *Heraclides.* p. 72. cum *quæreretur.* p. 73. Εὐβραῖκός. p. 80. *Aristoteles.* p. 83. *Phavorinus*, p. 89. *Anaximandro.* p. 96. *Posteà.* p. 104. post κρίνειν pone τ᾽ἀληθὲς. p. 111. *insanientes.* p. 150. προσκαιδεκυπικά. p. 168. ἐπιβάλλουσαν. p. 172. *imperio.* p. 173 πρῶτος. ibid. *Geometricæ.* p. 178. γραφῇ. p. 180. *Crotoniates.* ibid. *Pirithi.* ibid. *Telaugen.* p. 185. *Pythagoras.* p. 194.. *constructionem.* p. 200. μονάδα, μονάδας. p. 205. *Epicharmi.* p. 219. *Parmenidem.* p. 227. *narrante.* p. 234. *quid* sit nutriri. p. 244. *olfactu.* p. 250 quoque *fiat.* p. 256. *audiamus.* p. 258. Origen. p. 259. ἐγκεφάλῳ. p. 267. *Thyanæus.* p. 269. *hostiam, voluit.* p. 270. δὲ. p. 276. *verecundiam.* p. 283. *abstinuerint.* p. 290. *Iudæorum.* 294. *attendendum* p. 297. πρέπει. p. 308. Αἰγυπτίων. ἐγεννήθην. p. 309. *bonarum* artium. p. 310. *commendatus* & traditus. p. 311. προσείπων. p. 316. *Chamæleonte.* ibid. *ejus* prævia fides. p. 320. *Democritus.* p. 321. *corporibus.* p. 322. *Atomos.* p. 323. εἶναι στοιχεῖα p. 334. pro quod sint, leg. *quid.* p. 348. *nostro* ordine. p. 359. ὁρίζειν. ibid. ὁμοῦ, *sententia* inclinet. p. 363. perturbatione. p. 368. *Diallelum.* p. 369. αἰτιολογίας, αἰτιολογικῶς. p. 370. *ut* de signo. p. 375. αἰσθητόν. p. 382. *sic* certum. p. 387. δοξαζόμενον, δοξάζεται. p. 390. & Rhetorica. p. 394. αὐτῷ ἐλάγχανον. p. 397. οἶδα. p. 402. εἶμαι p. 403. μὴν μὴ ἐθέλειν. p. 407. *Æschines.* p. 411. *Empiric.* p. 412. bene *vivendum.* p. 421. *causas.* p. 435. *usurpabantur.* p. 443. *Italiam.* p. 446. quæcunque. p. 447. *reprehendit quidem Minois.* *vocatur.* p. 480. *demersum.* p. 483. ψυχήν. p. 484. *opus* dele. p. 494. εἶδος, ἢ τοῦ. p. 517. pro Rep. lege *legibus.* ὄντως dele. pro 247. & 249. pone, 78, 79. p. 517. ἀντεπίδειξιν. p. 526. pro verba leg. *voces.* in Timæo *usurpatæ.* p. 534. quid. p. 551. *distribuere.* p. 554. ἐρήρεισθαι. p. 561. *creatio.* p. 578. εἶναι. p. 630. *in* Phædone. p. 630. *formis* indui. *pænam. quo* decem. πειθώμεθα. 631. *vivendum.* in Politico, dele *suo.* causam *esse vult.* 632. post *primam.* 635. *quo* per. 636. ἀνάγκη ἄν. 637. à corpore, adde, *vocatur.* 634. *expetendarum.* 642. *Deum* vocat. 643. *Anthog.* ἐνδιατρίβειν βίῳ, *versari.* 644. sine *animo* de *anima.*

FINIS.